

HERR EHRENSENATOR EBERHARD IGLER
hat mit seiner Spende für die Universitäts-
und Landesbibliothek Düsseldorf die
Restaurierung dieses Bandes ermöglicht.

1992

que si finē accepert. nulla vitalis
anime. corpore deficiente valeat
portio remanere. Si enī seuerit
alterā esse uitā. ignarā mortis. tri-
ticiē nesciam. in qua in mortali-
tas regnat. & perpetua gaudia cō-
morant. pfecto uobiscū ad illam
festinarent ptingere. & istā uitā
p nichilo cōputantes. illā appet-
rent. que in exultatione pmanet.
& penitus finiri non nouit. **VIII.**

Ita enī uita fugitiua est. & etiā in
fidelis. ut nec amatoribus suis
fidem potuerit custodire. Ab ori-
gine enī mundi in se credentes
fessell. omēs se expectantes doce-

dala. ipsa tollit iudiciibus iuste
castis pudiciā. artibus periti
ipsa moribus auferit disciplinā
Eclā. Descendens ihē. **AGNETIS UN-**

MIBROSIVS seruus xpī. uir-
nibus sacrif. diem festū sacri-
tissime uirginis celebrem


Hunc psalmi resonant. in
concrepant lectiones. hunc p
turbe letant. unde reficiunt
peres xpī. Omēs ergo in dñō gra-
lem. & ad edificationē uirginis
qualiter passā sit beata agnetis
memoriam reuocemus. Tercio
cimo etatis sue anno. mortē p-
dit. & uitā inuenit. qui a solū

...ne si finē accepert. nulla unalis

data hoc toll

20 Philos. 50 (20)





43 JUN 20 1861



BAROLI BOVILLI OPERA PHILOSOPHICA
 eruditissima & elegantissima : propria ipsius meditata / inuenta
 et speculata : ~



Que hoc volumine
 continetur.

H	<u>Liber de intellectu.</u>	S
3.	<u>Liber de sensu.</u>	
21.	<u>Liber de nichilo.</u>	
63.	<u>Ars oppositorum.</u>	
fol. 77.	<u>Liber de generatione.</u>	
97.	<u>Liber de sapiente.</u>	
119.	<u>Liber de duodecim numeris</u>	
148.	<u>Epistole complures.</u>	
171.		

IRLI

180. **I**nsup mathematicū opus quadripartitū **C**De Numeris Perfectis **C**De
 Mathematicis Rosis **C**De Geometricis Corporibus, fol. 185.
CDe Geometricis Supplementis, fol. 192.

Empitq et comparatq ē iste liber p me Joannē cincinnū^a
 de Lippia p̄br̄m amozancē in monasterio b̄ti Lud-
 Sheri in Verdena : p. 15. alb 207. A^o ch̄a.

1713.

CAROLVS BOVILLVS SAMAROBVINVS CELEBER
RIMO PATRI FRANCISCO DE HALLEVVIN AMBIA
NENSI PRESVLI S. P. D.



Am animi portionem amplissime pater quā intellectuicem nūc
cupamus: ois qui philosophie studijs vel pusillā impēderit ope
ram/pre ceteris animi dotib⁹ preclarisq; nature donis: vt longe
maximatē, vt delectissimā & precipuā nouit merito extollēdā.
vtpote qua & homo /hō est: et qua sui cōpos effectus /imorta
litate & beatitudinē] fertur natus indipsi. Hec etenim intellē
gendi facultas /tanto reliquis anteit viribus /quāto mutis animātib⁹ homo:
& quanto anima corpore euadit prestantior. Homo siquidē vn⁹ terreni or
bis sortitus imperiū: administrāde mundane rei publice /moderandisq; cū
ctis animantibus a natura preficitur. Vis vero intellectuia /haud dispari cul
mine: in minore mundo residere conspicitur. Eodē quippe fastigio & apice
locata: humani totius domicilij rem familiarē] ab eadē natura administrare
eiq; preesse iubetur. tēperare moderariq; quicquid superest humanarū vi
rium: quas vt ancillulas /in intellectuie virtutis famuleuū] natura cōdidit ei
demq; subesse voluit. Igitur maximoperepreciū fuerit vnicā hanc animi vim
supmāq; potestātē: pre ceteris alti⁹] pfundiusq; rimari. ac trutinatiore dispi
cere indagine: soli ne homini /an cuius alteri creature intellectuialis huiusmodi
competat facultas? Promēdū in super erit] q̄ lato ab reliquis discrimine /ea vis
dissociata: nullo materie cōmercio /nulla corporeorū organorū cōione /ppri
as pagat fūctiōes. Hūan⁹ enī intellectu⁹] licet materiali cōdit⁹ vasculo /in corpo
re delireat: tñ & iure immortalitatis & imaterialis fūctionis atq; operatiōis li
bertate: par angelico /abiuncto & ex toto imateriali intellectu /cēsetur. distāt
duntaxat: q; prior ille simplicior /ab initio cōsumat⁹] & a sua ipsi⁹ origine cō
templatiuus euadit. Humanū vero imprimis practicū esse /sublunari mūdo
adesse /sensibiliū rerū prehensare & imbibere species /diuina lege cautū est:
q̄ glomerari voluiq; in seipsum /q̄ cōtēplatiuū esse proprieq; notionis opifis
cem & sui speculatorē /eidem sit indultū. Si enī materie pōdus /si ima rerum
naturalium hypostasis (vt sūma quedā earū alteritas discordia atq; diuisio)
orbiculari earum cōuersioni ac proprie agnitioni obesse creditur: iure angeli
cus intellectus /qui primus extra materiā factus est: vt exors sui dissidētia &
priuationis vmbra: cōditus in orbe est. perseueratq; in sui glomere /gyro &
cōtēplatione euitern⁹. Porro hūan⁹] quē materie arcera obtegit /qui corpore
reo claus⁹ vehiculo p mūdū circūferē: dispāsus q̄ dē ē ab initio editusq; aut in
linea recta aut in orbe medio atq; iperfecto. demū tñ nichil obstante mate
rie obice ac mole: aut sese in curuā lineā a recta cōtrahit /aut ab orbe medio
in totū & pfectum explicat orbē. in quo & pari euiternitate & sui gnaritudi
ne cōsumatus: receptū a mūdo /in seipsū canit. Itaq; pauca que in hoc opus
culo de vtriusq; (presertim humani) intellectu natura /pertractāda suscepi

Hypostasis a substantia

Arcera ve
hiculi vn
decūq; op
ti genus

Receptū a carnis a seua
rat. recolligit. redit.

mus: tuo nomini dicata / hilaro vultu obuiſſq; manibus ſuſcipito. eorūq; pri-
mitias / q̄ ex cultus in tua domo noſtre mentis ptulit agell⁹: grato beniuoloq;
animo tibi offerri ſuſtineto. Vale

v. metrū xij. ſſim.

Ioannis Belloy / vimacui dodecaſticon ad lectores

Quicupit Angelice rimari mentis honores
Necnon humane noſcere mentis opus
Hunc legat exortum nitido de fonte libellum
Qui ſitit hinc grato proluat ora mero
Sit procul inuidie monitrum liuorq; facelſat
Hinc tua iam valeant ſcommata Rhinoceros
Hic licet exiguo textus ſermone: miniſtrat
Attamen e ſpina ſuaueolente roſas.
Ambroſiam malis tenuis tibi ſermo recondat
Q̄ culte voces lurida ſenſa tegant.
Hos igitur lector parui ne pende labores
Inde ſed ingenium noſcere diſce tuum.

*Stoma gre moſus late.
Rhinoceros aial vni hui⁹ cor-
ni i nau. vnde no⁹ h. hinc
q̄ dicitur volūg dicit. q̄ rū rāſū
a moſu alioſ trefſunt dicit
hūc maſu rhinoceros.*




Nicolaï Caronis auxiacenſis
Hectaſticon ad librum.

Scriniā nunc linquens in mundum publicus exi
Grandia prompturus dogmata parue liber
Pone metus ſi quis liuor tentabit acerbus
Blaterat in doctos lingua proterua viros
Si quod Ariſtoteles que vel Plato ſenſa locutus
Arguit hec maſtix hoc mage rodet opus
Ergo tibi immiſſos cūctis expande labores
Intrepidus mentes gramine paſce tuo.

a ij

intellec
illa imp
ure doni
merito ex
effectus im
Hec et in
mimātib⁹
de vn⁹ rem
noderant
naud dū
e ſaſtūg
ra admitt
ſ human
atura cō
hanc anim
utinatior
alis hui⁹
ſcrimine
cōione. p
culo. in
operatio
detur. d
origine cō
mani mū
e cautū
onis op
ma rerum
q̄ diuſſo
re angeli
ſidētia &
el gyro &
quicorpo
tulq̄ aut
ante mate
rbe medio
gnaritudi
n hoc op
ida ſulcepti



¶ Hec figura: candide lector: tibi vtrūq; intellectum præferat. angelicū in specie puri et ni-
 tidissimi solis: in quo sincera lux/ sine vultu aut effigie/ oculis offertur. humanū vero in spe-
 cie lune: cuius specularis orbis/ in circumstantis luminis medio/ maculoso quopiā vultu atq;
 effigie figuratur. Angelicus quippe intellectus/ cū sine specie intelligat sitq; iadictus mate-
 riei: purus cādidus & infiguratus manet vt sol. Humanus vero qui & addictus est materiei/
 & specierum susceptione consumatur: & in vultū quendā atq; effigiem concrevit estq; figu-
 ratus intellectus. porro inter vtrūq; intellectum ex parte superiore: stat diuinus vultus/ toti⁹
 lucis initium: & a quo in vtrūq; intellectu / intellectualis lux deriuatur, ex parte vero altera/
 ceteræ creature disponūtur: materia/ substantia/ viuentia & sensibilia: eo ordine quo post
 angelicum intellectum & ante humanum/ essendi initium acceperit.

CAROLI·BOVILLI·SAMAROBRI·LIBER·DE·INTELLECTV·AD·REVERENDV·M·IN·CRISTO·PATREM·FRANCISCV·M·DE·HALLEVVIN·PONTIFICEM·AMBRIANORVM·

¶ Quid tantum gemini creati intellectus.

CAP. I.

Duos sunt a deo creati intellectus: angelicus et humanus: ille purus / separatus / et simplex: hic vero corpori / sensui & materie cōiunctus.

Deus summa unitas est: omnium fons / initium et origo. Ab ea autē unitate et supsubstantiali oim fōte tres manarūt creature: prima simpliciter intelligibilis / secūda sensibilis / tertia harū media intelligibilis et sensibilis. Simpliciter intelligibilis est angelus / angelicusue intellectus: natura insensibilis / separatus ab oī corpe et materia. Est enī spiritus seipsū fulciēs / in se subsistēs / p se operās / seq; mouēs. Sensibilis creatura: ē quecūq; materiali / corporeae mole distīdī. Intelligibilis vero et sensibilis ē homo qui solus vtriusq; nature et intelligibiliū / et sensibiliū mediū reperit. Hūanus enī intellectus coniunctus sensui: i materia et corpore fertur / stabilitur / mouetur. Primū igitur creauit deus extrema / intellectum et corpus: abinuicem separata. Intellectū per se sine corpore: et corpus p se ex materia sine intellectu. Deinde velut coniunctis extremis / produxit ex eis mediū: intellectū in corpore et corpus intellectu peditū. Intellectum autem illum primū per se / sine corpore subsistentē: angelicum vocamus. Hunc vero secundū / corpori coniūctū: humanum. Et amborū intellectuū: idem est officium / finis vnus. vt in diuinā illam sumāq; monadem: iugi intentione recurrant / illi cohereāt atq; inserātur.

1 Angelicus intellectus: a principio in omnium scibiliū actu factus: oīa nouit. Humanus vero ab initio vt omnium potēs / et in omnium potentia factus: actu tandem omnium et scientia perficitur.

2 Duo sunt simplicissima et prima rerum omnium extrema: esse et posse / actus et potentia Angelicus intellectus: est esse et actus omnium. Humanus vero: omnium posse et potentia. Si igitur angelicus intellectus / ab sue creationis initio est esse et actus: idem intellectus ab initio indiuisibiliter et sine tēpore perfectus est et ex natura et momento sue creationis euasit vniuersa. Humanus vero intellectus ab instāti sue creationis / ē potentia omnium: secundum tēpus angelico intellectui equanda. Vnde fit vt angelicus sit vt punctū: quod ē lineae initium. Humanus vero vt linea: que est explicatio et motus puncti. Angelicus enim intellectus: perfectus est simul totus simul / in unitate / in puncto / in indiuisibili. Humanus vero sensim perficitur: in numero / in tempore / et in linea. Fit iterum vt angelicus intellectus sit vt curua linea: humanus vero vt recta. Est enim curua linea natura prior et vniuniformior: recta vero natura posterior / sensibilibior et explicatio curue. Curua itē linea idētitatis linea ē: et unitatis extremorū. Recta vero alteritatis est et diuersitatis.

3 Distant igitur angelicus et humanus intellectus: sicut et queuis duo opposita. vt actus et potentia / lux et tenebre / scientia et ignoratio / principū et finis / immobile et mobile / immediatum et mediatum / natura et ars.

4 Opposita dicimus non cōtraria / aut adinuicem pugnancia: sed que cum se ex aduerso respiciant / adinuicem cōuertantur / et alterū alterius est perfectio. vt actus / perfectio ē potentie: lux / tenebrarum: scientia / ignorantie: et natura / artis. Intellectus quoq; angelicus: perfectio quedā est humani intellectus. Nam haud aliter humanus intellectus q̄ per subliorem angelicū: ad deū prouehitur / fitq; diuini luminis capax. Et abo intellectus adinuicem aliquo pacto conuertuntur: angelicus ad humanū / prouehendiq; illius in deum causa. Humanus vero ad angelicum: vt cuius medio et arcana insinuatione / diuina illa indiuisibilis lux ad se vsq; pertingit.

4 Angelicus intellectus est vt actus / lux / scientia / principū / immobile / immediatum et natura. Humanus vero vt potentia / tenebre / ignoratio / finis / mobile / mediatum et ars.

¶ Angelicus intellectus / est actus: quia esse / lux est / vt qui primo apparuit: et ante omnē crea-

te pari et ni-
vero in spes
a vultu atq;
licus mate-
est materi
et aliq; fig-
as ruit / nō
e vero aliter
line quo pot

turam/ex diuina vnitare processit. semperq; deo astant: imensum diuini et imixti luminis pelagus/supra humanum modum haurit. **Scientia** est: quia verissima oim et abstractissima conceptio. **Principiu** rursus: quia prior humano intellectu/ et initium et punctu primu omnis creature: a quo cepta e explicari et produci vniuersoru linea. **Immobile**: nam sine motu simplici et indiuisibili omniu esse perficitur. **Immediatum**: vt qui attiguus est et proximus deo/ et sine medio ortus a deo. **Natura**: vt qui natura perfectus est: nullo motu/ nulla arte: cui nichil addi/ a quo demum nichil possit. **Humanus** autem intellectus/ poteria est: vt qui ab initio nichil e/ fieri tamē oia potest. **Tenebre**: vt qui haudquaquam simplici et primo sed permixto/ adumbrato/ secundoue lumine (per angelici intellectus medium) a deo illustratur. **Finis**: nam angelico posterior/ & qui tantu in fine perficitur. **Mobile**: vt qui per angelicum intellectum in deum fertur/ temporeq; consumatur. **Mediatum**: nam ab ipso deo/ angelici intellectus capedine/ atq; interuallo disclusus. **Arts**: vt qui ichoat a natura/ arte pfi ei eget. & qui productus a natura in esse simplici: demum coposito/ secundo/ studiofoue essendi modo sui ipsius operatione/ duplicatur.

¶ Quecunq; tamen angelice illi menti ab initio insunt: eadem et humane/ in fine. Et vt principium et natura angelicum: ita et finis et ars/ humanum perficiunt intellectum.

¶ Nichil moueat quempia: nos angelicum intellectum principiu dixisse humanu vero finem. cu principium omne videatur sine esse ignobilius: et finis sit quedam principii perfectio. Angelicus autem intellectus: natura perfectior sit humano/ atq; eminentior. Nam dumtaxat in subiecto et ente eodem (quod principiu & sine variatur) verum est ignobilius esse principiu: finem vero prestantiorē. vt homo perfectior est in fine: quam in principio. In diuersis autē subiectis/ vt angelo et homine/ aut in eo quod semper idē et immutabile est/ vt in angelo: aut principiu et finis/ eodē se habent modo/ aut principiu sine illustrius et prestantius euadit. Angelus enī principiu est creature dei et nobilissima creatura/ a qua explicari cepta est creaturarū linea. Homo vero finis est creature dei: et creaturarū omnium periodus/ angelo paulo inferior. Sicut igitur angelica mens a principio est in esse et in actu omnium: ita et humana in fine. Et sicut natura perfectus est angelus: ita et homo arte consumatur. Et angelicus intellectus vt indiuiduus et simplex: differentis caret perfecti et imperfecti/ actus et potentie. Est enim tam in principio quam in fine perfectus et in actu omnium: potentiam nullam habens/ actu ipso anteriorem. Humanus autem differentiam recipit vtrancq;: antea imperfectus/ inanis et in potentia vniuersum. tandem vero perfectus/ ac plenus: posteaquam seipsum mundana natiuitate/ oī rationali actu et intellectuāli specie referciuit.

¶ Hinc inter angelicum et humanum intellectum est summa ab initio inaequalitas. In fine autem ambo intellectus equantur: tantusque est ab arte humanus/ quantum a natura angelicus.

¶ Quanta est distantia inter omne et nichil: tanta est ab initio inaequalitas/ inter angelicum atq; humanu intellectum. hic enī vt diximus/ ab initio nichil est: ille vero ab initio est oia. Arte autem & tempore perficitur humanus intellectus. sitq; continue aliquid: quoad omnia factus sit/ & angelico intellectui euaserit equalis. Vnde fit vt intellectus angelicus sit intellectus immobilis/ qui in vno/ simplici et indiuiduo ante omnia et supra omnia: sine omnium speciebus/ in proprio suo esse omnia est. Humanus vero intellectus/ est intellectus mobilis. per omnia discurrens: et qui per ipsorum omnium species omnia fit.

¶ Angelicus enī intellectus/ simul atq; factus est: omnia immobiliter didicit. Humano autem intellectui/ innata est rerum oim ignorantia: quem necesse est actione/ propria circulatione et arte: in rerum omnium peruenire noticiam.

¶ Angelicus intellectus est purus actus: cui nichil inest potentie. is igitur ab initio/ est quies quid esse potest: et nichil aliud fieri natura est. Nam si natura esset aliquid fieri/ quod non esset ab initio: iuisset illi eius entis potentia. & minime esset actus purus et separatus: sed altcui potentie permixtus. Angelicus itaq; intellectus/ non modo omnia immobiliter didicit: sed & e omnia sine motu. Oritur enī omnis motus ex priuatione/ potentia & defectu. Nulla autē est in angelo priuatio: nulla in eo potentia/ aut defectus. Rursum intellige sicut angelicus intel-

natiuitate v negotiator
natiuitate negotiatori est.

lectus est purus ab initio actus qui nichil nō est: ita et humanum intellectum esse ab initio simplicem puramque potētiam que actu quidem nichil est/ seu omnia non est/ fieri tamen oīa sit nata. Hanc rerum omnium priuationem: vocamus ignorātiā intellectui humano innas- tam Perficitur autem is intellectus: arte/ motu & actionib⁹ plurimis: quibus omnium rerum capeffit/ recipitque speciem sitque actu omnia. Non enim intellectus humanus est nichil simpli- citer (nam ex simpliciter non ente nichil fit) sed est ab initio/ solo actu nichil: potentia vero omnia est. Est enim ab initio null⁹ actus: est tamen omnium capax facultas et speculatrix potentia. Vnde fit vt hec duo/ actu omnia & potentia omnia: sint tanq̄ angelicus/ atq; hu- manus intellectus. Nam hic vniuersalis potentia est: ille vniuersalis actus.

¶ Et vt angelicus intellectus/ ab initio omnia est & nichil fieri potest: ita & humanus omnia ab initio fieri potest/ nichil est.

¶ Simplex/ purus et separatus actus omne esse claudit: omne vero posse/ omnēue potētiam excludit. simplex quoque potentia omnē excludit actū: vt que potest omnia/ nichil est. vni- uersalis autem & purus actus: est (vt diximus) angelicus intellectus. vniuersalis vero potē- tia/ intellectus humanus. Creauit igitur de⁹ omnia anteq̄ fierent in āgelico intellectu: qui est actu omnia/ et ante omnia creat⁹ est cūctis sublimior. Statuit quoque duo tota vniuersa- lia/ tāq; rerū omnium extrema et maxima. vniuersale affirmatiuū et vniuersale negatiuum/ omnē scilicet & nichil: illud ante omnia/ hoc post oīa. Angelicus enim intellectus: est prima et antiquissima dei creatura/ actu omnia. humanus vero ceaturarum vltima: actu nichil. Vnde fit vt omnē suam creaturā concluderet deus inter duos intellect⁹/ angelicum et hu- manū/ velut inter ingentia mundi luminaria/ solē & lunam: vt hoc pacto ab vtraque parte vniuersum eius op⁹ intellectuali lumine illa staretur.

¶ Vt rursus angelicus intellectus/ est omnium essentia: ita & humanus/ om- nium potentia et nulla essentia. In fine tamen est et omnium essentia.

¶ Angelicus intellectus est omnium esse: humanus vero omnium posse. formentur igitur hec duo: ab esse/ essentia/ et ab eo quod est posse/ potētia: erit intellectus angelicus omnis essen- tia/ siue omnium essentia. Humanus vero omnis potentia/ siue potētia omnium: et null⁹ essen- tia/ id est null⁹ actus: siue nichil in actu. qui tamē in fine perfectus: euadit omnis essentia siue omnia in actu. Perficitur enim tempore/ intellectus humanus: sitque continue aliud et aliud/ quoad omnia factus sit. Vnde fit vt perpulchre trifariam deus oīa creauerit: scilicet in esse simplici/ in fieri posse/ & i continue fieri. In esse simplici/ per angelicum intellectum. In posse fieri/ per humanum intellectum: qui est posse fieri omnium. In continue fieri/ per esse et posse: quando hūanus intellectus continue perficitur/ sitque actu id quod fieri natus est. Creauit item deus omnia ante omnia/ omnia in omnibus: et omnia post omnia. Om- nia ante omnia: per angelicum intellectum. omnia in omnibus/ per ipsa omnia: quando in seipsis a deo sunt (post angelum) creata. omnia vero post omnia/ per humanum intelle- ctum: qui quodam modo omnia est/ et post omnia creat⁹ est. Fit iterum vt omnia sint tan- tum tria: duo scilicet extremi intellectus/ quorum vterque est omnia: et reliqua omnia queque in vtriusque intellectus medio clauduntur. Et eorum quodlibet est quodlibet: et omnia/ om- nia. Nam tantum de tribus dicimus omne: et eorum quodlibet est omne. Manifestū est itē vniuersū dei opus esse trinum: absolutum/ cōtētumque duobus extremis intellectib⁹/ et am- borum medio. Angelic⁹ enim et humanus intellectus: sunt diuini operis extrema. Mediū autem: est omnis sensibilis creatura siue materia: post angelū āte hominem creata. Omne igitur quod fecit deus: vel est actus simplex/ vel potentia simplex/ vel actus et potētia. & ho- rum trium: vnūquodque est vnum/ totū et omne. Act⁹ enim simplex est totus actus: potētia simplex/ tota & vniuersalis potētia. Actus et potentia simul: totum sunt ex actu et potētia. Iterū omne quod creatum est: vel est omne/ aut nichil/ aut aliquid et aliquid nō. Nulla enī creatura media/ per se est omnia ipsa tamen aliquid est. igit omnis media creatura: aliquid est et aliquid nō est/ omnes tamē medie simul sumpte/ sunt omnia. Creauit igitur deus vni- uersalia extrema/ affirmatiuū et negatiuū: et pticularia media/ affirmatiuum pariter et ne- gatiuū. Et hec rursū vera sunt: ante omnia creatum ē omne: id est angelic⁹ intellectus. In omnibus/ creata sunt omnia: propter ipsa omnia. Post omnia creatū est nichil: id est huma- nus intellectus: qui ab sue creationis initio/ actu nichil est/ est tamen omnium potens. Hec quoque verissima sunt. omnia sunt vnū: vt in angelo. Omnia sunt plurima: scilicet in seipsis

Omnia sunt nichil: vt in homine/ qui ab initio/ vtpote nulla affect⁹ specie/ omnifue ratio-
nalis forme exors nichil esse eorum que sunt: verissime pronunciat. 10

¶ Vtriusq; intellect⁹ coniunctio et equalitas: haudqua^m ex angelici/ sed hūa-
ni intellectus natura procedit.

¶ Angelicus intellect⁹ ab initio/ atq; ex sua natura est omnia. Human⁹ vero ab initio/ fie-
ri omnia potest. in fine autem cū omnia euasit: angelico intellectui factus est equalis ei⁹
coniungitur. Hec igitur equalitas/ atq; coniunctio: haudqua^m ex angelici intellectus natura
pendet vt qui semper idē est & immutabilis nullasq; principij et finis differētiās recepat:
sed ex humani natura et demutatione accidit. Perficit etenim humanus intellectus/ in an-
gelicum: atq; ad angelici perfectionē vnitatē et equalitatem cōscendit. Sicut in humanis
maxime abinuicem in initio distant qui docet et qui discit. ille quidē actu omnia: hic vero
nichil adhuc nouit. Ambo tamē in fine: & similes doctrina fiūt et equales. Hec autē equa-
litas: ex mūtatione eius pendet/ qui discit. Qui eni docet: immutabilis est et sepe idem. qui
autem discit: assidue in altum nititur/ quoad nouit oia/ sitq; similis ei qui se docuit.

¶ De simplicitate angelici intellectus: & permixtione humani. **Cap. II.**



Angelicus intellectus est vt omnium presentia/ instantia et
actus. Humanus vt omnium distantia potētia/ & futurum. 1

¶ Presentia est instās mediū: et act⁹ oim simplex. Distātia autē: absentia rei
est et i potētia. Est igitur angelic⁹ intellect⁹ similis presentia: hūan⁹ autē futuro.
Sūt em oia in angelico intellectu presentia: in hūano futura. Et sicut solū presentia/
si in esse: futurū autē actu/ in posse et potētia/ in esse: ita et angelic⁹ intellectus
actu est in oim esse. Hūanus vero actu/ in posse oim: & potētia/ in esse oim.
Et sicut esse cōstitit in indiuisibili et pūcto/ posse vero i quodā sectili et i linea: ita et angelic⁹
intellect⁹ secūdū indiuisibile & pūctū est omnia. Hūanus vero secūdū lineā oia fieri nat⁹ est.
vnicō enim termino/ vt simplici natura: angelicus intellect⁹ oia repēte fact⁹ est. Duorū autē
terminorū fluxione/ natura sciūcet et arte: hūanus intellect⁹ sensim/ ac diuisibiliter oia fit.

¶ Angelic⁹ intellectus/ sicut a materia abiūctus ē: ita & sine specie intelligit. 2

¶ Angelicus intellectus vtrobiq; modo est simplex: essentia scilicet et intellectione. vnius
enim simplicitas est et alterius. Nam si angelicus intellectus/ suo ipso esse perfect⁹ est: vnde
illi aduentabit species/ ad eius perfectionē necessaria. Ab eo siquidē (que astruis esse purū
actum) omnē potētiam excludis. Si igitur eum indigere specie et intelligere per specie po-
sueris: erit ad huiusmodi specie in potentia. et innata eidem erit aliqua priuatio: aduentitia
et peregrina huiusmodi specie perficienda. Est eni intellectualis species: ad id in quo recipit
nata est vt actus. Id vero quod eam capiat et recipit: vt potētia et subiectū. Esset igitur an-
gelic⁹ intellectus/ aduentātis potētia species: ipsa vero exotica species/ vt ei⁹ act⁹. Et qua ra-
tione posueris eundē coniunctum species: dicas profecto et materiei esse permixtū. Rursū
angelic⁹ intellectus/ ante omnia factus est. igitur et anteq̄ oia fierent/ nouit ipse oia. Nam
eo ipso quod est: omnia est. et eodē ipso suo esse nouit se nichil nō esse. Nō itaq; omnia euasit
per omniū species: vt qui anteq̄ essāt vllē rerū species/ erat oia/ et nouerat se esse omnia.
Nouit igitur angelicus intellect⁹ omnia/ nō per ipsa omnia: neq; per ipsorū omnium spēs.
sed simpliciter & p se intuitu et cōtēplatione sui esse/ anteq̄ oia fierēt. Est eni esse angelicū
purus actus: et esse quiddā omniū/ ante omne esse: primāue et simplicissima oim cōceptio.

¶ Humanus intellectus vt cōiūctus est materiei: ita & per speciem intelligit.

¶ Humanus intellectus: et substantia et actione/ permixtus est. substantia: quia in materia
degit/ et subiecto i corpore fertur. Actione vero: quia eius intellectio/ haud sine exotica et
aduentitia specie/ fieri potest. Qui eni deficit a simplicitate subiecti: deficit et a simplicitate
obiecti. et qui mixt⁹ est subiecto: mixtus est et obiecto. Impossibile eni est humanum intel-
lectū: e continenti et ex semetipso/ nosse vniuersa. sed per omniū species/ omnia fit. Est eni
omniū potentia. potentia autē perfici et impleri nequit/ nisi ab aduentate actu. Vniuerso-
rum autē species/ sunt quidam actus: quorū habit⁹ et plenitudo/ nūcupatur humani intel-
lectus perfectio/ lux et sciētia. Ex his iterū manifestum est intellectū angelicū: esse purū/
esse imixtum et sine specie. Nam cum sit natura simplex: vno tātū exprimitur cōtineturue
termino. Est eni omniū simplex esse/ sine posse: siue sola essentia/ sine potentia. Rursū in eo

ipso: idem sunt esse et scire / essentia et sciētia, que in humano intellectu (vt qui geminis clauditur terminis) reperiuntur diuersa. Aliud enī est eius esse / aliud scire: alia eius essentia / alia sciētia. Inest enī illi ab initio et a natura esse: scire autē nōdū nisi in fine et ab arte. Si igitur veriore quopiā et eminentiore modo / angelicus intellectus est omnia / q̄ humanus / humanus autē omnia est dūtaxat quia omnia nouit / omniūq; sciētiā indeptus est: erit angelicus omnia secundū esse. Est enī esse verius quippiā / ac prestātius: q̄ scire, et essentia eminentior scientia, et quod in homine est scire: est in angelo esse.

4 ¶ Quicquid est: vnum est et trinum.

¶ Vnum tantū est creans / deus. Quod vero creatū: est trinum, omne enī quod creatum est: aut est extremū / aut medium, si extremū: intellectus est / aut angelicus aut humanus. Diximus enim hec esse creaturarū extrema. Si medium: est sensibilis creatura posterior āgelo / homine prior creata. Omne igitur quod ē vñū et trinū est. Nā preter hec / nichil ē: deus / āgelus / sensibilis creatura / homo, vñū est opifex / opus eius trinū, opifex quid sit / scire nullus potest, opus autē ipfius: est aut actus / aut potentia / aut vtriusq; vñū: siue aut esse / aut fieri posse / aut continue fieri.

5 ¶ Quicquid est / est omne et totum: et quodlibet quodlibet.

¶ In superiore propositione / deū inter ea que sunt posuimus, in presenti vero deum excludentes / ea tantū esse dicim⁹ que a deo facta sunt. Hec autē dixim⁹ esse tria: geminos intellectus angelicum et humanū / et omnē mediā creaturam. Tantum igitur tria sūt: que facta sūt: duo extrema et medium, et eorū vñū quodq; est totū et omne: et quodlibet / quodlibet. Intellectus quippe angelicus / est esse omniū: et vniuersalis omniū actus, Humanus intellectus / est oīm posse: et vniuersalis omniū potentia. Et quecūq; inter vtrūq; intellectum relinquantur: sunt omnia secundum substantiā ex actu et potentia. Intellectus enī angelicus est vt simplex omniū actus, humanus / vt simplex et vniuersalis omniū potētia. Quicquid vero superest: sensibile est et eorū mediū ex actu et potentia. Sūt enim tantum hec tria: actus omniū / potentia omniū / et substantia omnium, et eorum vñū quodq; est totum et omne: et quodlibet quodlibet.

6 ¶ Creauit deus omnia / in intellectu.

¶ Creauit deus (vt superius ostēdim⁹) tantum tria / duo extrema: et eorū mediū. Eius enī: opus est trinū, duo extrema: sunt vterq; intellectus / angelicus et humanus, hic vt omniū potentia / ille vt omnium actus. Mediū vero est omnis reliqua substantia inter āgelū et hōiē: hoc prior / illo posterior. Omniū igitur rerū mete / fines et naturales termini: sunt ambo intellectus. Atqui omnia: suis finib⁹ et terminis arcētur / claudūtur et cōtinētur, omne quocq; medium in suis clauditur extremis. Sunt itaq; omnia id est omnium rerū substantie: in intellectu. Clauduntur enī vna ex parte: angelico / altera hūano intellectu. Rursum in principio et in fine: sunt omnia. Angelicus autem intellectus: principium est oīs creature, Humanus vero omnis creature period⁹ et finis, Sunt igitur omnia / in intellectu creata: et extra intellectum nichil creatum.

7 ¶ Angelicus et hūan⁹ intellect⁹: ad inuicē ratiōes habēt forme & materie.

¶ Finge actum verum et perfectum: separatam ab omni potentia, hic erit āgelicus intellect⁹ qui nichil nō est, finge et ex opposito potentiam veram / ac simplicem: ab omni separatam actu, hic erit humanus intellectus: qui ab initio nichil est: preter id quod est: scilicet omniū potentia. Est enim humanus intellectus / omniū potentia: et nichil aliud ab initio / q̄ oīm potētia. Quando enim dicimus humanum intellectū nichil esse: haud propriū ei⁹ esse deest uimus. Est enim propriū eius esse: rerum omniū potētia, sed nullā eidem a natura voluimus inesse speciem: nullū in eo naturalem esse actum, cui⁹ habitu: aliquid (id est alicui rei similis) dici possit. Participatione enī speciei: intellectus id fieri / aut ei similis fieri dicitur: cui⁹ specie impregnatur. Intellectum igitur humanū natura nichil esse: non ē ipsum simpliciter nichil esse / aut simpliciter esse nō ens: sed est ipm a natura nulli⁹ rei habere speciem, potēs est autē in omnē exhaurire speciem et omnia fieri: et ad id factus / natusue est vt omnia fiat: et aliquando omnia factus sit. Et q̄ natura separatus est ab omni specie: arte sola fit oīformis / omniue specie insignis. Est igitur angelicus intellectus similis forme et actui: humanus vero materie et potētie. Est enī forma / esse rei naturalis: materia vero eius potētia. Distant autem q̄ materia et forma / semper cōiuncta et agglutinata sūt: et vnum aliquid cōstit-

simplici lumine a deo illustratur: in deū fertur: fitq; de^o. Omnis enī intellectus id fieri/ eue
 assimilari natus est: quod vi naturalis intelligentie capellit. et potētia ois/ ad id natura insti
 tuta & facta est: vt transeat/ euadatq; in obiectum. sed que proxima/ atigua & coniūcta est
 obiecto/ eidē quoq; similior fit: et pri⁹ illi atq; altius i feritur/ āplioreq; luce donat. Q ue vero
 ab obiecto enun⁹ distat: cōgruo ordie p. p. priorē: illi⁹ i sese lumē admittit/ i illudq; subuehit.

3 **¶** Vnde fit vt angelic⁹ intellectus/ sit natura immobilis et simplex. Huma
 nus vero mobilis & per multa discurrens: priusq; in obiectum perueniat.

¶ Omnis motus: fit de extremo/ in extremū/ p. medium. vbi autē nullum fuerit mediū: ex
 trema atigua sit et proxima oportet/ nullūq; ibi motū possibile est reperiri. Est enim distā
 tia: cuiusuis motus initiū. Angelic⁹ igitur intellect⁹ vt atiguus et proximus deo: sine motu
 perfectus est/ et cōiunctus deo. Nullo enī mediō: in eū nixurit/ ac fertur. sed fix⁹ et immobilis
 simplici statu/ (quo iugit deo astat) in seipso perficitur. Humanus vero intellectus et ange
 lico intellectu et omni sensibili/ materialiuē creatura posterior/ cōiūctus et admixtus sicut
 imprimis per omniū sensibiliū creaturarū gradus discurret q̄ ad angelicā simplicitatē et di
 uinā vnitatē peruehatur pluribusq; mediis ad optatum/ finē/ diuināq; noticiā pertendit.

*visum est. ut in velle
 a nitor. mediantē*

4 **¶** Tantum in extremis sui operis ē et inhabitat deus: in mediis non est.

¶ Ad huius ppositiōis veritatem: finge deū haud aliud esse q̄ vt & Mercurius & pleriq;
 aiunt iūmētam lucē. siue vt diuus Dionysius scēt i finiti luminis pelagus: quod ipsam mētis
 hebetat aciem. adeo vt tenebrarū/ potiūq; luminis nomine censetur. Aio hūc i modū. de⁹
 lux est. lux autē i ijs est solis: que lucis sūt capacia/ et que natura pparata/ atq; ad suscipiēdā
 lucē/ idonea: qualia sunt specula. Atqui duo tān sūt naturalia diuine lucis specula/ duoue
 ingentia luminaria: angelicus et humanus intellectus. angelicus vt sol: hūan⁹ vt luna. Ab
 his vero intellectibus: diximus vniuersū dei opus claudi/ cingi/ contineri. et esse vtrūq; intel
 lectū: diuini tot⁹ operis extrema. angelicū/ initiū: humanū/ finē. Tātū igitur i extremis sui
 operis (id est i angelo atq; hoīe: siue in āgelico atq; hūano intellectu) est et inhabitat de⁹. in
 medijs vero vt i ceteris sensibili⁹ materialibusue creaturis nō est. q̄ nullā dei spiritalē et in
 uisibilē recipiunt lucē: nullā ei⁹ scientiā et agnitiōē cōsequūtur. Et pfecto dīcere tān i sui
 operis extremis esse deū: ē dicere deū solis extremis creaturis. angelo atq; hoī cognitū/ per
 spectūq; eē. et haud plura q̄ duo: eē naturalia diuine lucis specula/ totiusq; diuinitatis tēpla.
 Speculū diuine lucis primū/ est angelicus intellectus: similis corpori transparenti/ qd i pro
 fundū lumē admittit/ totūq; illustrat. Speculū vero diuine lucis scdm: est hūan⁹ intellect⁹.
 similis ijs speculis: que dūtaxat vna sui superficie illustrata/ rerū imagines i se suscipiūt: in
 profundū vero et reliqua superficie griseofa manent et obscura. Celeste quoq; dei tēplū est an
 gelus: templū vero dei in terris homo. habitat enī deus p angelū in celo/ p hoīem i terra.

*Genesofa ut obscuru
 nebulosū. KNEPAS est
 nimbū ferat laur.*

5 **¶** Deus vt vtriusq; intellect⁹ obiectū: actus est & substātia vtriusq;. vterq;
 vero intellect⁹: vt ei⁹ qdā emanatio/ splendor/ apparitio & cognitua/ potētia.

¶ Obiectum actus est cognitue potētie. actus autē et obiectū: natura prius est potētia et
 cognitrice facultate. Omnis enim potētia id fit: quod act⁹ antea subsistit et naturaliter est.
 Prius est igitur obiectū/ cognitua potestate. vt intelligibile/ prius est intellectu: et sensibile/
 prius sensu. omnisq; veritas/ sua similitudine: et substātia/ accidente prior. Diximus autem
 deum: vtriusq; intellectus/ angelici atq; humani naturale esse obiectū: fontēq; totius ipforū
 luminis/ scientie/ veritatis et agnitiōis. dedit enim substātiā vtriq; intellectui: atq; ad sui
 imaginē vtrūq; procreauit. quos et circa se intentos/ ne decidāt: fulcit/ fouet/ sua lampade
 illustrat/ iūgitq; sibi. Vterq; igitur intellectus ad deū: est vt potētia quedā ipsius/ cognitua/
 diuiniq; luminis receptaculū/ speculū diuine imaginis/ diuinitatis emanatio/ splendor et
 apparitio. Erat enim deus ab eterno: veraciter et in semetipso subsistens/ solus ante omnē
 creaturam. Nondū tamen vlli innotuerat: necdū extra se profect⁹/ cuiq; apparebat. Appa
 ruit autē primū/ in initio et consumatiōe sui operis: binaq; lāpade/ prima angelici/ extrema
 humani intellectus/ in suo opere/ splendescere cepit.

¶ Id fiunt angelicus atq; humanus intellectus: quod effectu deus.

6 **¶** Omnis potētia fieri dicitur obiectum: et assimilari obiecto. est enī obiectū act⁹ et prius.
 deus autem positus est/ vtriusq; intellect⁹ obiectum. id igitur fiunt perpetua in deū intena

tione diuinorūq; radiorū patula susceptione vterq; intellectus: quod est actu deus. Nititur enī suapte natura vterq; intellectus in deū: vt diuinitatis particeps diuinusq; fiat. Etenī finis/ consumatio et perfectio vtriusq; intellectus: est deus. vt quantum quisq; diuinitatis est capax: pro modulo suo euadat in deū. Primus tamen (vt diximus) angelicus euadit in deū: simplicioreq; et illustriore radio/ immobiliter perficitur. Hūan⁹ autē haud aliter q̄ ab angelico/ in deū traductus: deo adunatur fitq; deus. Sed dicit fortassis quispiā: cur angelicū intellectū prius vocitantes simplicem et purū actū: dixim⁹ eū nichil fieri posse/ et esse velut omnium essentiam. nūc autem vtrūq; potentiā nūcupam⁹ et fieri posse deū. ¶ Ad hec dicimus: angelicū intellectū/ quādo ad inferiores et posteriores creaturās/ materialē set sensibiles cōparatur: veraciter exprimi vt omnīū esse/ vt simplicē actū: et nichil fieri posse. et eē ab initio vniuersa: queq; in humanū intellectū sensim/ diuisibiliter et in tempore traducūtur. Si autē ad deū vtriusq; intellectus cōparatio fiat: vterq; ad deū quodā modo potentia est/ idq; fieri potēs qd est deus. Angelicus tñ potētia/ ppior est/ deo attigua/ sine motu pfecta. Hūanus vero potētia/ secūda/ semotior a deo motu egēs: vt in deū euadat/ diuinitateq; repleat. ¶ Non eodem modo ambo intellectus: ad deum et ad diuinum opus/ sese 7 habere comperiuntur.

¶ Ambo intellectus ad deū: vno tantū/ eodēq; nomine (vt potētie) censentur. Est enī de⁹ actus et substātia vtriusq;: ambo vero intellectus/ cognitiue quedā dei facultates. Differentias tamē habent adinuicem/ sub nomine potētie prime et secūde: immobilis et mobilis/ ab initio et in fine pfecte. Nam prior et ab initio/ pfectur angelus a deo: posterior vero et in fine homo. Ambo autē intellectus ad diuinū op⁹/ id est ad omnē reliquā creaturā/ materialē et sensibile/ diuina cognitione et intellectu carentē: varijs censētur nominibus/ habentq; adinuicem differentias actus et potētie. Angelicus enī intellectus (vt sepe diximus) est act⁹ et esse omnīū: humanus vero omnīū potētia et posse.

¶ Ante omnia est de⁹/ fons omnīū/ nichil omnīū. Deinde angel⁹: omnīū 8 actus. Hinc subsistunt oīa: postremus homo omnīū potētia. Rursū nichil.

¶ Vniuersū quicquid est aliquid: aut actus est aut potētia. et preter hec/ nichil est alicui⁹ preter ipsū aliquid/ quod est ex actu et potētia. Quicquid enī est/ nam deus est ante esse et quid sit indiffinibile/ aut actus est/ aut potētia/ aut ex actu et potētia. Deus autē anterior et prior est actu: vt qui ipsū cōdidit actū. deus igitur initium quidē ē omnīū: sed nichil est omnium. neq; enim actus est omnīū: neq; ipsa omnia/ neq; omnīū potētia. Cōdidit autem deus primū omnīū actum/ purū et separatū: vt angelū. quicū sit vniuersalis et tot⁹ actus: omnia est ab initio/ et fieri nichil potest. Est enī nō aliud q̄ omnīū actus. et si quid aliud est/ set angelus/ q̄ omnīū act⁹: nō esset prima et simplicissima dei creatura diuini operis initium. Deinde productio conditioe omnīū actū: ex eius permixtione et vniōne cū potētia/ facta sunt omnia. quoad sensim inuini cepit ipse act⁹/ eoq; ex toto deficite: sup̄ma orta est oīm poentia que est homo/ vltima dei creatura/ et qui actu quidem nichil est/ omnia autē fieri potest. Nichil enim aliud est ab initio homo/ q̄ id quod est: scilicet omnīū potētia/ omnīū actu p̄fici nata. Post hominē nichil creauit deus: neq; actū neq; potētia/ neq; substātia/ aliquā totā. Creauit igitur deus hec tantū tria: actū omnīū/ substātia/ omniū/ siue ipsa omnia/ et potētia omnīū. atq; horū extrema scilicet actus et potētia/ sunt separata simplicia et tota. Media vero (ipsa scilicet omnia/ coniuncta sunt: et ex actu et potētia. Angelicus enim intellectus/ ab initio omnia est: fieri nichil potest. Hūanus omnia fieri potest: nichil est. Media creature/ aliquid quidē sunt et aliquid nō sunt. Nā quāta illis inest vis actum: tantū dem esse dicātur. Quāta vero est ipsa potētie participatio: hactenus nō esse probantur. Est enim actus ipsum esse: potētia vero/ ipsū nō esse. Sed queret aliquis cū oīa subsistant ex actu et potētia/ preter ipsa omnīū extrema/ actum scilicet et potētia/ que natura simplicia et separata sunt/ cur deus nō prius actū et potētia/ statuē ad esse/ q̄ omnia/ cum videātur actus et potētia/ (ex quibus ipsa media cōflātur) omnīū esse extrema et ptes. sed primo omnīū produxit actum/ deinde omnia: postremā vero vniuersorum potētia/ Dicimus deū ab extremo in extremum/ per media processisse. et a maximo inchoasse: cōsūmasse in minimo. Est enim angelicus intellectus/ vt qui maxime et supereminēter omnia est/ id ipsum maximū/ nichil fieri natū. Human⁹ vero (vt qui ab initio nichil est) ipseus minimi ratione finiendus est/ tanq̄ pene nichil: fieri tñ omnia nat⁹. Et processit in creatione omnīū

deus ab vniuersali toto simplici & sepato actu: ad actū pticularē mixtū & cōiūctū. Et ecōtrario a potētia particulari & cōiūcta: ad potētiā vniuersalē simplicē separatā & totā. Est enī vniuersalis actus/angelicus intellectus: act⁹ vero minor/act⁹ ē rei cuius libet. Minorē quoq; potētiā/eodē modo vniuscuiusq; potētiā nūcupam⁹. Maiorē & vniuersalē potētiā: humanū intellectū/separatū ab initio ab oī actu/ nulla illitū specie: & actu nichil. In p̄senti siquidē sermone/ cū de oīm potētia loquimur: nō materiā volum⁹ intelligi/ sed humanū intellectū, qui ad oīs intelligibiles species sese habet: vt & materia ad naturales formas. Sicut enī materia sensibiliū oīm naturaliuue formarū est potētia: ita & human⁹ intellect⁹: intellectuāliū & sup̄naturaliuū specierū. & fieri possūt tā materia/ q̄ intellect⁹: singuli suo modo oiformes.

9 **O**mnia sunt separata in intellectu: extra vero intellectū coniuncta.

Diximus deū nichil esse oīm: neq; actū/ neq; potētiā/ neq; substātiā: esse autē ipsū/ vniuersorū sōtē atq; initiū. Dixim⁹ itē oīm nichil esse p̄ter actū & potētiā: que sūt vt rerū oīm extrema & primarie particule. Sūt enī oīa ex actu & potētia. At qui i intellectu angelico/ qui est ante oīa) est act⁹ sine potētia. In humano vero/ q̄ post oīa factus est) est potētia sine actu. Porro inter vtrūq; post inquā angelū & ante ipsū hoīem) in medijs creaturis: cōiūcta sunt actus & potētia. Oēs enī medie creature: actui & potētie participāt. Oīa igī sunt separata i intellectu: cōiūcta extra intellectū. idest act⁹ & potētia separata sunt i extremis/ cōiūcta in medio. Sūt enī act⁹ & potētia oīa: & p̄ter ea creatū est nichil. q̄ cū i extremis intellectibus/ angelico atq; humano separata sint: in medijs tantū creaturis/ reperiūtur cōiūcta.

1 **D**e vtriusq; intellect⁹ speculari natura: & illustratione a deo. Cap. III.



Terq; intellectus perpetua/ ac stabili circa deum sede locatus/ vt verum ac naturale diuine lucis speculum: beneficos ei⁹ in se suscipit radios/ diuinamq; gestat effigiem.

Vt a bono nil nisi bonū exorīt: ita et a deo/ nil p̄ter diuinū deoq; simile oriri potest. & ab eo quod est: nil etiā nisi quod essentie et substātie participat. Oē enī quod ab aliquo ortū est initio: dissimile illi p̄ oīa esse nequit. sed quādā ei⁹ referat naturā/ oportet. Diuina autē substātia/ vt opifex & cōditrix oīm: veritas ē oīm et substātiāle initiū. Oīa vero sūt vt p̄tenuis eius similitudo et exiguū vestigiū: q̄ i cōspectu illi⁹ versant semp. Etenī nūq; abesse possūt illi/ qui posuit tenebras latibulū suū: quicq; ima & pfunda abyssi scrutat: cuius oculis/ nuda sunt oīa & adapta. Et si cunctain cōspectu illius sūt: p̄cipue tamē illi rugiter astāt & corā eo versant semp/ angeli⁹ atq; humanus intellect⁹. ad hoc a deo facti: vt cunctis p̄sint creaturis. sicutq; ingētia diuini toti⁹ operis luminaria: & precipua diuine lucis specula. i quib⁹ excepta diuina lux diuināq; in eis tudiculata & expressā effigies: demū sup̄ reliquū dei op⁹ fundi & expādi queat. Vnde fit vt & hac de causā/ vniuersū suū opus statuerit de⁹ i vtriusq; intellect⁹ medio. ne quid hoc pacto diuini sit luminis exors: aut diuina careat effigie/ aut decidat ab esse. Diuini enī toti⁹ operis (vt sepe dixim⁹) vtraq; ora et extremitas est intellectus: est diuini splendoris emanatio diuināq; effigies et esse.

*Tudiculata. imptio
& frulpe est. Tudiculata
in hūm q̄ vasis signa
d̄mittunt. qd̄ alio vobis
lo totum est port⁹*

2 **P**er materiale speculū: de vtroq; intellectu philosophari licet.

Materiale speculū: est speculū & receptaculū visibilis hui⁹ lucis: arte ex quauis materia factū. Sicut enī visibilis hui⁹ solis lux: signū est iterioris alterius intellectualis & inuisibilis lucis: ita & corpora spirituum/ sensibilia/ intelligibiliū: & materialia/ immaterialium sunt signa. Nata est autē mens nostra: p̄ sensibilia & ea q̄ nobis familiaria & cognita sūt: ad ea penetrare q̄ sūt nobis incognita/ sub ficticijs aut naturalib⁹ signis expressā. De igī vtroq; intellectu/ qui inuisibilis & incorpore⁹ est) per materialia signa philosophari licebit: vt per solaris lucis specula. Est enī vterq; intellect⁹: diuine illi⁹ spiritualis inuisibilisq; lucis naturale speculū.

Autoritas

3 **S**icut ars ex materia et corpore/ duo fingit solaris lucis specula/ vnū trāspārēs alterū intrāspārēs: ita & deus oīm opifex rerū/ duo inuisibilis sue lucis specula i spiritu cōstituit/ angelicū et humanū intellectū: hunc intransparentem/ illum perlucidum ac dyaphanum totum.

Ars (vt aiunt) imitatur naturam et ad nature similitudinem/ pleraq; operatur. fingitq; et exprimit rerum imagines: ex quibus ad verarum rerum naturam atq; substātiā licet assurgere. Est autem ars posterior natura: nobis tamen notior, ideoq; et vniuersum artis

*9. Nihil
far. Etenim
itans est cap
rin deo/ sim
q̄ ab angeli
lica intell
velut omnia
ec dicimus
et sensibiles
sse. et et
ducitur. Sicut
entia est
tu p̄fecta. Hic
itateg; respici
am opus/ sicut
tur. Hic de
itates. Dicitur
et mobilis
rior vero et
urā materia
bus/ habent
simus est act⁹
el⁹: omniū
ursū nichil.
hui⁹ est alicui⁹
est ante esse
aut anterior
sed nichil est
ēdidit autem
errore⁹ actus:
est aliud ef
peris initiū.
rentia facta
orta est oīm
nia autē fieri
ntia/ omniū
ex substātiā
nium siue
tū: sunt se
u et potētia.
na fieri pos
lis inest vis
renus nō esse
aliquis cū oīa
niā quena
sse q̄ omnia
rema et p̄tes.
ni potētiā
choalle: cōfo
ter omnia est
plius imitati
one omniū*

opus: signum quiddam est naturalis ac diuini totius operis: illiusue congrua expressio & imago. Ars ex sensibili materia & corpore: duo fingit visibilis huius lucis specula: vnum transparentens alterum intransparentens. Transparentens dicitur quod in profundum & secundum se totum: lumen admittit vt aer / aqua / berillus / cristallus / vitrum & plerumque gemme. Intransparentens vero: quod vna tantum superficie illustratur. vt que ex eadem ferme materia (vt vitro) ad suscipiendas presentandasque imagines fiunt. sed vna ex parte luto / pice / plumbo aut alia quauis imperlucida obscurae substantia oblita: ab luce sunt impenetrabilia. Hec igitur duo specula sicut ab humana industria / ad captandam visibilem solis huius lucem sunt facta: ita & vtriusque intellectum constituit deus in spiritu ad hauriendum / continendum & perferendum solis inuisibilis acumen / diuinamque exprimentam effigiem.

¶ Angelicus intellectus persimilis est transparenti speculo: humanus intransparenti. 4

¶ Speculum transparentens: simplicius est & vniuniformius intransparente. totumque luci efficitur peruium: nec vlla in eo est partium aut superficierum differentia: vt alia actus / alia potentie similis dici possit. Intransparentis autem speculi: alia quidem superficies (vt quae luminoso obiecta est corpori) est vt actus: alia vero (ex priuatione luminis) vt potentia. Angelicus igitur intellectus natura simplex & mixtus: similis est transparenti speculo. Humanus vero natura materiei permixtus: similis intransparenti. Et sicut ex eadem materia speculari / perspicua lucisue capaci / fit ab arte vtriusque speculum / vt ex cristallo aut vitro: additione autem et permixtione dissimilis materiei vt plumbi aut pici / fit alterum intransparentens: ita et vterque intellectus angelicus atque humanus / ex consimili spiritali & incorporea substantia / diuine lucis capaci a deo facti sunt. addita tamen est alteri (vt humano intellectui) dissimilis materies / vt corpus cui permixtus est: & qua ab angelico intellectu distare cõperitur.

¶ Vnde fit vt sub angelo: sit aliqua creatura / diuine lucis capax. sub homine vero aut post hominem nulla. 5

¶ Liquec hec illatio / ex vtriusque speculi natura. ¶ Nam lucis radius / transparenti incidens speculo: ad vteriora & inferiora penetrat. Incidens autem speculo intransparenti: ad vteriora haudquam pertingit. vt cuius opacitate aut continetur figiturque immobilis: aut ad superiora reciprocari cogitur. Que igitur de visibili lumine / in visibilibus speculis contingunt: intellige & de intellectuali lumine / in vtroque intellectu. Angelicus quippe intellectus vt speculum transparentens totus diuino perfusus lumine: id quoque ad inferiora (vt ad humanum usque intellectum) traducit. Humanus autem intellectus / vt intransparentens speculum ob relique materie cui coniunctus est impedimentum: diuinum in sese continet figiturque radius / ne ad vteriora protendatur neue inferiori creature rationis experti pelluceat. Diuini igitur totius radij diuineque scientie ortus & apparitio: prima est in angelo. occasus vero eiusdem et vltima apparitio in homine: qui diuine scientie finis terminus & consummatio est.

¶ Sicut speculum transparentens / est solius ferme luminis capax: intransparentens vero luminis & imaginis / quam visibiliter oculo presentat: ita & angelicus intellectus / est vt solius diuini luminis capax. Humanus vero diuino in lumine diuinam quoque in se effectam gestat presentatque effigiem. 6

¶ Lux est colorum et visibilium omnium actus: sine qua neque colorum species / neque suscepti speculis rerum imagines oculo presentantur. lucisque presentia / quecumque videri nata sunt: actu visibilia fiunt. cunctisque coloribus & visibilibus rebus: prior est / simplicior & antiquior lux. Colores vero & cetera visibilia: sunt vt lucis subsidie atque hypostasies. Transparentia igitur specula / que simplicia & vniuniforma esse dicta sunt & ypostasi dissimilique materia carentia / ipsam quidem lucem sine ypostasi / id est sine specie & imagine receperant: suntque simplicia infigurata ac solius luminis specula. Intransparentia autem / que ex transparentibus additione ypostasis dissimilisque materie fiunt: collecto imprimis contentoque in se luminis radio rei demum visibilis imaginem (vt ipsius luminis ypostasin) oculis presentant. Vnde fit vt transparentibus speculis / insit actus luminis purus: sine admixtione potentie aut visibilis speciei aut imaginis. Intransparentibus vero inest luminis actus cum potentia: id est cum visibili specie & rei imagine / que in speculo mediante lumine visitur. Proportionabiliter igitur

tur & de vtroq; intellectu dicendum est: angelicum intellectum susceptaculum esse simplicis actus: id est diuini luminis sine ypostasi & specie, humanum vero capacem esse vtriusq; actus scilicet & potentie: tam diuini luminis q̄ diuine speciei. Recepta enim est in humano intellectu diuina effigies: que mediante diuino lumine in eo viuitur atq; demonstratur. Diuinum autem lumen prius est hac ipsa effigie & est vt eius actus: ipsa vero effigies est vt diuini luminis ypostasis & potentia.

7 **¶** Vnde fit iterum vt angelicus intellectus per similes sit soli: humanus vero lune.

¶ Nam sol similis est transparentī speculo: luna vero intransparenti. Inest quippe phæbeo orbi: simplex luminis actus: sine ypostasi. lunari vero globo inest lumen: cum potentia atq; ypostasi. In sole lux solauisitur: sine vllius rei specie: imagine aut maculosa facie. In luna lumen quidem inest: sed cum admixtione imaginis et speciei, que mortaliū oculis sese visibile prestat: & quā maculosam faciem vocant. Hec autem maculosa & pallidula facies: circumstante se lumine visibilis: potētia est & ypostasis eiusce luminis: seu diuina quedam caligo atq; effigies lune indita & cunctis obiecta mortalibus, similis ei speciei atq; imagini que in transparentibus speculis: vt quedam luminis potentia atq; ypostasis: demonstratur. Est igitur haud immerito angelicus intellectus: soli: humanus vero lune: per similes. Inest enī angelico: diuina lux sincera & pura: sine admixtione speciei. In humano vero diuina effigies: nebula & caligo: circumstātē diuino lumine: (haud secus ac in luna: maculosa facies) demonstratur. Et sicut sol & luna: duo sunt ingentia mundi luminaria: ita & angelus & homo: due sunt precipue diuini totius operis creature. & angelus vt sol: preest dici: id est regioni intelligibilium. Homo vero vt luna: preest nocti: id est sensibili mundo. Est enim intelligibilis mundus: lucis regio & dies, sensibilis vero: nox est & tenebrarum regio.



¶ Angelicus intellectus sit interior & cōtēplatiuus: humanus vero vt exterior & actiuus. Cap. V.

Angelicus intellectus a tribus separatus est & abiunctus: a specie a sensu & a materia, quibus humanus addictus est & cōiunctus.

¶ Quia specie careat et sine specie intelligat / angelicus intellectus: satis in superioribus ostēdimus, vt pote qui erat actu omnia: anteq̄ fierent omnia: & anteq̄ vllē essent rerum species. Sunt enim omnia post angelicum intellectū facta. Ipse quoq; rerum species: natura posterioris sunt rebus ipsis: quarum sunt species. Omnis item sensus: est i corpore & materia. Angeli autem immateriales & incorporei sūt. Et materia angelis posterior est: & post angelos creata. Abiuncti igitur sunt natura: angeli: & a specie siue ab rei imagine: & a sensu & a materia. Sunt enim simplices spiritus & puri intellectus: & primordiales rerū omnium actus. Intellectus autē humanus: natura cōiunctus est materiei & sensui. & haud alter q̄ in materia & corpore subsistere: & sensuum adminiculo perficij: & intellectuales rerū haurire species natus est, eius item scientia: plenitudo & perfectio: est rei sensibilis intellectualis species & imago. Intellectus autē angelicus: natura abiunctus est et a specie: & a sensu & a materia. Humanus vero natura quidem cōiunctus est & sensui & materie: nō autē speciei. Nullius quippe rei gestat in se a natura effigiem: nisi fortassis diuine substantie suiq; principij: vt prius docuimus. Est enim intellectus humanus: creaturarum omnium speculatrix: quedam facultas: natura nichil: nisi omnium potentia, et que sigillatim: suapte ipsius industria et arte cōsumatur: hauriens & captans rerum ipsarum species: quoad euaserit actu omnia.

Aucoris

2 **¶** Vnde fit vt angelicus intellectus sit vt intellectus interior: humanus vero vt exterior.

¶ Nam angelicus intellectus ab iis que extra se sūt: vt a creaturis: nichil capit. Haber enim & est oīa a natura. & nime ab ipsis singulis: sed cōtinēter & ex seipso discit nouitq; vniuersa. Manet quippe intra se immobilis: cum in vno & impertiac minimo: super omnia videat: intueat & speget oīa. Hoc enī pacto angelicus intellectus: non modo oīa speculari sed & esse vniuersa p̄dicat: quo & indiuiduū pyramidis vertex: oēs eorū q̄ ad basi sūt p̄ctorū: varietatē: vniiformiter abit & ad vnitatē colligit. Hūan⁹ aut vt p̄ficiat: fit extra seipsū miscetq;



sensibus. quorū per valuas et aditus: species a mūdo ad se vsq; deferuntur. Motu et discursu eget: vt qui haudquaquam a natura in puncto/ in vno & indiuiduo perficiatur: sed per ipsa oia in corpore et sensibus peregrinus agatur. vt cominus cūda inueatur/ fiatq; tādē ex ipso rum omnium specie omniformis.

¶ Fit iterum vt angelicus intellectus sit solum contemplatiuus: humanus vero initio practicus/ tandem contemplatiuus.

famulatio v. seruitus

¶ Contemplatio/ est interna mentis motio et operatio: praxis vero exterior. Eadē enim spiritalis vis idē eue animi: vt sine dissimilis materiei opecula/ libere & per se in se ipsum fertur/ vtue proprios agit gyros: meditari & cōtēplari dicitur. vt vero dissimili aliquo iuuatur/ cum famuletio & adminiculo aut sensuū aut corporis vtitur: practicus quodā modo & negociosus dīcēdus. Atq; angelicus intellectus/ nudus est intellectus: abiūctus et a sensibus & a corpore. añ ortū oim i seipso cōsumat/ & q; iugiter seipso/ sine vlla intercurrēte materiei vmbra sine corporea nocte liqdo & clare itue vniuersa. Humanus vero i corporis euectiōe motitatur/ & famulante imprimis sensu/ q; cūq; extra se in mūdo sunt: intra seipsum tandē aduehit. & q; ab initio sensibus obteat/ extra seipsum speculatus est omnia: valet postremo sine vllō sensuum opitulamine/ per se & libere eadem omnia in seipso contueri. Est igit angelicus intellectus solum cōtemplatiuus. vt cuius est simplex & vnica operatio: que interna meditatio & contemplatio vocitatur. Humanus vero in initio/ similis est practico & adiuo: q; diu in exteris & mundanis negociatur. In fine autem refertus & exuberans speciebus: similis angelico/ quietus/ arcanus & cōtemplatiuus euadit. eiq; (vt diuus Dionysius ait) supfluunt cum rebus sensibilibus sensus.

Diuus Dionysius.

¶ Angelicus intellectus est diuina omnium precognitio & preconceptio: 4 quam secuta est omnium creatio & productio.

Dnplex omnium precognitio.

¶ Deus est ab eterno: & ab eterno omnia creare voluit/ que tamen nō ab eterno sed aliquādo produxit. certisq; procedens initijs: angelicū intellectum statuit/ totius sue creature initium. Sunt enim angelici illi intellectus primi & purissimi dei partus: diuineq; omnium opificis mētis precognitiones & preconceptiōes. & velut eorū immateriales archetypi & exēplaria prima: que denuo creanda & futura erant ex materia. Preuidit enim precognouit et concepit in angelis deus vniuersa: que deinceps erat factururus. Extra materiam et ante materiam id in angelicis spiritibus prospexit: quod deinceps in materia/ sensibiliter adimpleuit. Duplex tamen est diuina creandorum omnium precognitio/ & prescientia. vna in creata et eterna: qua dicimus deum ab eterno precognouisse & presciuisse omnia/ que contingenter erant futura. quopactō etiam & angelos precognouisse & presciuisse dicitur. Hec vero precognitio & prescientia est ipse deus. Nā quicquid in deo est/ deus est. Alia vero est precognitio dei creata: que est opus dei primū/ immateriale & intelligibile. quo producto & actu subsistente: dicimus vniuersas dei creaturas/ et si nondū subsistant esse conceptas. diuināq; mentem primā omnium creaturarū conceptionem & absolutissimā formā peperisse: que est angelicus intellectus. Quēadmodū nubens mulier: primo simpliciter et sola mēte cōcipit habiturā se ex matrimonio filiū. Deinde secūdo in vtero/ a viro ipregnata: eūdē filium cōcipit priusq; pariat. Prima autē mentalis & simplicissima mulieris de filio precognitio: similis est prime illi diuine & increate omnium precognitioni. Secunda quoq; mulieris prescientia & vterina filij conceptio: secundam omnium diuinam prescientiā/ rite emulatur. Sicut enim prima filij in mulieris mente conceptio/ nichil ad filium ipsum attinet & neq; filij pars est: ita & prima illa & antiquissima creaturarum omnium/ in mēte diuina preconceptio: pars non est creaturarum neq; creatura. Secunda vero que est angelorum creatio: ad creaturas spectat. Est enim angelus creatura: & simplicissimū omnium creaturarum actus. Et sicut mulier postq; concepit in vtero filium/ paulo post parit eundem & nascitur filius integre totusq; subsistens & visibilis apparet: ita & deus postq; in angelo concepit oēs creaturas/ eas deinde visibiliter peperit/ creauit in sua substantia & materia compleuit.

Analogia.

¶ Vnde manifestum est/ cur angelus sit natura inuisibilis: & celi interstitio a visibilibus creaturis abiūctus.

¶ Ex precedente liquet angelum vniuersę nature esse conceptū: & vt filium in matris vtero & conceptionis sue loco. Filius autē in conceptionis sue loco & matris vtero: inuisibilis est. nec antea videri potest/ q; nascatur: q; e minoris mūdi tenebris promatur in maioris mundi lucem. Et hoc sensibile signū est angelicam substantiam natura esse inuisibile. Rursum sicut

in minore mundo / homine fieri videmus: ita & in maiore mundo & vniuerso proportionabiliter fieri intelligendum est. In minore autem mundo vt in muliere: conceptionis & natiuitatis filij thalami: interiecto distare vtero cōperiuntur. In maiore igitur mundo pari quoque modo inter vniuersę nature totiusque mundi conceptus & partus: interhiat maioris mundi vterus / idest celū. Sunt enim angeli vniuersę nature cōceptus & simplices spiritus natura inuisibiles: interfiat celo a visibilibus creaturis abiūcti. visibiles autem creature partus sunt maioris mundi: & velut nascentes angeli extra maioris mundi vterū (idest celū) procedentes corpore vestiti / visibiles / & qui ex spiritu & materia conflantur.

6 **S**icut prima mentis humane operatio est accidentalis cōceptio: ita & prima diuine mentis operatio est substantialis cōceptio / que est substantialiū conceptionum (idest angelorum) productio.

Ars ad similitudinem nature: humana vero mens / ad imaginem diuine mētis operatur. E diuine autem mentis & ipsius nature scatebris profiliunt substātie: ipseque rerū veritates. humana vero mens & ars: in accidentibus & rerum similitudinibus negociatur. Ideo & humane mentis conceptus: accidentia sunt: eidem menti inexistētia. diuine autem mētis cōceptus: quos angelos vocamus / vere sunt substātie: per se extra diuinā mentē subsistētes. & que ab eadem omniū opifice mente: ante omnia repente emerferunt. Sicut enim nichil prius / purius & simplicius potest ab humana mente profertur / quā interna ipsius cōceptio: que ab eadem humana mente distincta: atque diuersa est / & illi inexistens: ita & id sincerum / infeculentum / simplex / immateriale: & primū: quod repente e diuina mēte ante omnia in esse profiliit: angelum vocamus / humane mentis conceptui respōdentem ac simīlē. Sicut enim humane mentis conceptus natura inuisibiles / seic oculis abdicere: ita et eminentissimi angeli / natura omnē oculorum subterfugium contuitum. Et sicut illi humane semper insunt mētī: ita et hi iugiter astra deo / in celo probantur.

7 **V**nde iterum manifestum est humane mētī nullā a natura inesse speciē: sed eā ad diuine mētis similitudinē / vniuersarū suarū notionā esse opificem.

Sicut enim diuina illa substāialis mens: cunctarum opifex est substantialiū notionum & conceptionum vniuersę nature / quos angelos nūcupamus: ita & humana mens / opifex est vniuersarū que ipsi insunt notionū. & antea subsistit: quā sit vlla ipsius notio & cōceptio. Et profecto dicere humane menti insitam esse aliquā a natura speciē / illi congenitam / & coeūā: est dicere aliquē angelorū esse ab eterno / deo congenitum & coeūū. Et sicut humana mens non esset illius opifex notionis: que illi diceretur coeua / que uerba a natura eidē probaretur insita: ita & mens diuina illius substāialis conceptionis (idest angeli) nō esset opifex: que illi statueretur coeterna. Sicut igitur diuina mēs / omnes maioris mundi conceptus (idest angelos) duratione transcendit / & eorum est efficiens causa: ita & humana mens / omnes minoris mundi (idest hominis) notiones / duratione precedit: & earū est efficiens causa. Interest autē: quod diuina mēs increata / ingenita / & eterna: infinito & incōprehensibili a nobis euo / angelos precedit. humanā vero mens / definito temporis spacio: suas notiones exuperat.

Qui diuina mēs: oīa in āgelico cōcepit intellectu / scripsit in hūano. Cap. Vi.

Sicut vniuersa sunt a diuina mente in āgelico intellectu cōcepta: ita & in humano scripta & figurata.

Angeli (vt superius ostēdim) sunt simplicissimi oīm cōceptus. quib⁹ productis / diuina mēs oīa cōcepisse / omniūque rerū statuisse initia dicitur. Sicut igitur scriptura / extreme distat a conceptu: velut rerū vltimū & finis (Est enim scriptura supremus litterarius character / vltimaue doctrinalis notula) ita & hūanus intellectus / extreme est ab āgelico: & est / vt rerū vltimū & creaturarū oīm finis. Et quicūque cepta sūt in āgelico intellectu: finita sunt: cōsumata & pfecta in hūano. Et sicut primū discipline signū / quod ab humana mēte scaturit est cōceptus / vltimū vero scriptura: ita & primū quod a diuina emerfit / p̄ditue mentes: quod esse cepit / est angelus: vltimū homo. Et vt in angelo diuina mens cōcepisse omnia dicitur: ita & in homine / scripsisse vniuersa.

Nota

2 **N**on sicut āgelici intellectus essentia / conceptus omnium dicitur / diuine semper astra mētī: ita & humani intellectus essentia / dicenda omnium scribitur.

b

ptura: sed quia in eo describi & figurari omnia possunt.

¶ Tametsi omnia in angelico intellectu cōcepta & in humano scripta dicantur: diuersis tamen hec modis contingūt. Non enim in angelico dicuntur oīa cōcepta/ quia i angelico sint rerū omniū conceptus: sed quia ipse sit vniuersorū prima & simplicissima cōceptio/ diuine semper astās & presētissima mēti. In humano vero/ dicuntur oīa scripta: haud quia hoc pacto secundum suum esse/ ipse sit omnium scriptura: sed quia tabula est oīm: preparata/ & complanata a natura: vt in ea pingantur/ scribant/ & figurentur oīa. vtue cūctarū rerum species cōmodi⁹ susceptet/ gestetq; vniuersorū effigie. Et angelic⁹ intellect⁹ hoc ipso qđ ē cū sit simplex) oīm cōceptio. hūan⁹ vero nō hoc ipso qđ est/ sed qđ potest: oīm est scriptura & figura.

¶ Vnde manifestum est angelicum intellectum esse impassibilem; humanū vero passibilem/ specierumq; susceptiuum.

¶ Satis i superiorib⁹ ostēdimus/ angelicū intellectū esse impassibile. vt qui nullā int⁹ admittit peregrinā speciē: qui nulla inculpā potest exteriore tudicula ac forma. Est enī vt transparent speculū/ in quo visitur sola lux: species vero aut imago nulla. Oīs quippe actus: est iua: pre natura impassibilis. Angelic⁹ autē intellect⁹ est actus. Humanus vero intellectus sēsū rerum/ vt diximus) colligit species: illis ipsīs afficitur easq; suscipit et intus admittit. & est vt intrāsparens speculū: in quo cū lumine & in circūstātis luminis meditullio/ visū imago. perā inde atq; in lunari globo circūstante lumine: maculosus quispiam exprimitur vultus.

¶ Omnis intellectus/ vt huiusmodi: apathes idēst impassibilis est.

¶ Nam oīs intellectus/ vt intellectus est: est actus. et est ea vis simplex: q̄ oīm intuitiua/ p̄spectiua & iudicatiua nūcupat. Omnis autē actus/ est impassibilis. nullus igitur intellectus/ vt intellectus: est passiuus. Hūanus enī intellectus passibilis quidē est/ non tamē secundū se: sed propter meōriā. in qua recipiūt rerū imagines & intellectuales species. quas intellect⁹ cū a mūdo & sensibilib⁹ substantijs captarit: eterno memorie proptuario/ ad futuras cōtēplationis & considerationū verissimas intra se cōuersiones & circulares lationes/ cōmēdare soler. Proprietas autē & ratio intellect⁹/ est iudiciū & intuitio specierū/ siue in exteriore obiecto/ velut in p̄ceptio: siue in interiore meōria vt in fine. Quod vero iudicat & intuetur speciem/ vt huiusmodi est) eam non suscipit/ neq; illius est subiectum. sed in alio quopiā eā diiudicat et ituetur. Ipsa etenī imago cū i vno vt subiecto resideat & collocetur: ab eo deniq; quodeidem subiecto circūfusū est/ vt ab eius actu & intuitiua facultate diiudicatur. vt imago est equidē ipsa in speculo: sed non videtur a speculo. videtur autē & conspiciē ab oculo: et nō est in oculo. Ocul⁹ igitur est vt intellectus. Speculū vt meōria: imago vero in speculo vt intellectualis species i meōria. Intellige itaq; ex oculo & speculo fieri aliquid vñū: id totū simile erit hūano intellectui. cuius actus/ qui est vere intellectus & vt oculus: erit impassibilis eius vero potentia que est memoria et vt speculum/ passibilis erit.

¶ Vnde fit vt vtriusq; intellectus tā angelici/ q̄ humani: sit necessaria discretio/ in intellectum/ atq; memoriā.

¶ Vtriq; intellectui p̄priū est itelligere & aliquid intueri: siue idem/ siue diuersū/ siue p̄ se/ siue p̄ speciē. Id igit totum quod intelligit/ sine sue substantie diuisione: necessario in seipsum flectitur/ euaditq; in se numerosū. Nempe in eo pars partē diiudicat/ & pars parti est obiecta. diciturq; alia intelligens/ alia intellecta. et est aliquid ipsius/ quod dicitur totius intellectus actus/ et vis intuitiua: aliud vero eiusdē intellectionis potētia/ que ab altera spectatur. Et harū duarū vna est vt intellectus: alia vt meōria. Et hec in intellectu humano/ clari⁹ perpēduntur. Intellectus enim hūanus est vna aliqua tota substantia/ spiritalis/ iuisibilis/ indiuidua/ incorruptibilis. qui cū per species intelligat: id solū ipsius quod prehensat/ iudicat et intuetur ipsas notiones ac species: actus et intellectus dicitur. id vero ipsius/ quod eas res ceptat et suscipit: eius potentia et memoria est. Et hec duo/ actus et potentia intellectus & memoria: veraciter req; ipsā sine totius humani animi diuisione abinuicem discreta et inseparabilia numerantur. Similiter et in angelico intellectu dicendum. licet enim ab angelico intellectu tollantur rerum species et imagines/ dicaturq; per seipsum intelligere vniuersa: vis tamen ipsius intuitiua et p̄spectiua/ actus est et vt intellectus. que vero p̄spectiōni et intuitioni seipsam subdit: potētie et memorie similis dicatur. Et hec quoq; i angelo sine angelice substantie diuisione et dissectione: eodem modo quo et in humano re ipsa distinguūt et separari abinuicē nequeunt. atq; id ipsū implent/ quod vocam⁹ angelicū intellectū.

studium

1. appoztio
Analogia
speculi.

1. appoztio

6 Et si in angelico intellectu vt & in humano reperiantur actus & potentia: licet tamen eundem purum vocitare actum.

In angelo reperiuntur actus et potentia: id est intellectus & memoria. Angelus tamen simplex est essentia & purus actus: propter tria. scilicet propter carentiam materie. quia abiunctus est & separatus a materia & est vt absoluta forma. propter carentiam specierum: quia per se ipsum et non per species oia intelligit. tertio quia ab initio ante tempora perfectus est: et actu omnia. Humanus autem intellectus: et coniunctus est materie & per species intelligit. & ab initio est vt omnium priuatio & potentia: in fine tamen euadit (vt diximus) omniformis.

7 Deus antequam fierent omnia: ea concepit in angelico intellectu. deinde omnia protulit & fecit. postremo ea in humano intellectu descripsit.

Diximus tria esse facta: vnum ante esse/ vnum in esse/ et vnum post esse. que sunt intellectus angelicus/ sensibiles creature/ & humanus intellectus. Sensibiles creature primitus a deo concepte sunt in angelis: deinde iuxta proprias essentias producte/ & oborte sunt. Vltimo vero in humano intellectu (qui vltimus omnium esse cepit) figurate/ & descripte. Et sicut tria sunt que ab humana mente/ in minore mundo ortu habent conceptus/ vox/ scriptura: ita & a diuina mente/ tria in maiore mundo prodire: conceptus omnium/ vox & substantia omnium/ scriptura & figura omnium. Vniuersorum primitus & purissimi conceptus sunt angeli. omnium voces sunt ipsorum rerum substantie que a deo post angelos manarunt. omnium denique scripturae/ humanus intellectus. in quo postquam oia subsisterunt/ omnia deus pingit/ atque describi voluit.

8 Unde fit vt rerum substantie/ tametsi in seipsis corruptionis resolutione tabellecant & effluant ab esse: in utroque tamen intellectu fixe sunt & permanentes.

Inter conceptum & scripturam media est vox: suapte natura fluxa et ad momentu euanida per similes rerum substantias/ que in vtriusque intellectu medio create sunt. Angelicus enim intellectus/ similis est conceptui: humanus scripturae. Superest vt relique substantie: voci respondeant. Sicut igitur e tribus his litteralibus signis conceptu/ voce/ scriptura: soli conceptus fixi sunt et stabiles in mente/ scripturae vero quoquo etiam pacto in exteris subiectis vt schodis et chartis fixe & permanentes/ at voces continuo disparent & labuntur: ita et sensibiles creature in seipsis fluxe et euanide/ haud aliter quam in utroque intellectu pseuerant/ perdurantque in eum.

Scheda v. quarta. In scheda dimittit.

De duplici actione humani intellectus.

Cap. VII.

1 Humanus intellectus duplex est actio: vna exterior/ alia interior.

Angelici intellectus/ vt sepe ostendimus simplex est & interior operatio: quia ex semetipso & sola intuitione sui/ sine vlla aut specie aut imagine deprehendit oia. Ideo enim contemplatiuus dicitur: & eius actio contemplatio. vt qui ab exteris nichil discit/ aut suscipit: sed ab initio perfectus est/ et actu oia. Humanus autem intellectus/ quia ab initio potentia est oim/ et in fine actu oia: aliam in principio/ aliam in fine exercet operationem. In principio siquidem circa mundum operationem habet imperfectam: qua extra se ipsum factus/ seque coniunctus: naturam oim ab ipsis singulis discit/ eorumque species suscipit. In fine vero perfecta operatione potitur: quando conceptis intra se et repositis in memoria rerum omnium speciebus: nullo deinceps exteriori eget obiecto/ nulloque sensu iuuatur adminiculo. sed iam perfectus & angelico similis intellectui: ad internam solam sui memoriam conuertit/ et asseruata in ea rerum omnium intellectualia spectra speculatur: que operatio humana contemplatio vocat/ humanique intellectus ad se ipsum reuocatio/ status in seipso/ finis et quies.

Spectra tri.

2 Exteriori sui operatione discit humanus intellectus & omnia sui: interiore vero perfectus/ & immobilis: omnia in seipso contemplatur.

Hec ex superiore satis est manifesta. Nam humanus intellectus potentia est oim. & ad hoc natus/ factusque est: vt aliquando fiat oia/ & oim speciebus impleat/ qui est oim priuatio. Ab initio igitur conuersus se sui/ ad exteriorum mundum (i quo a natura reposita sunt oia) conuertit/ & mediante se sui ipsa oia: oia fit. oia vero factus: et exteriorum mundum & se sui officia & organa linquit: simplex & absolutus in seipsum remeant/ & oim contemplatione in seipso potitur. in seipso manet immobilis.

3 Vn fit vt intellectio fit contemplationis iunctio: & actus intellectus fit prior actu memorie

Distant intellectio & contemplatio: vt imperfectum & perfectum. Omnis enim contemplatio/ intellectio est & intellectualis operatio. Non omnis autem intellectio/ est contemplatio. Nam primarie/ mundane/ & imperfecte humani intellectus operationes: quibus haud sine sensuum opitu-

ficatur: dicitur
quia i angelico
conceptio dicitur
quia hoc
preparata: & in
taru rerum
ipso qd est
scriptura & figu
blem: humani

si nulli in
dicitur
ipso acus
ro intellectu
s admittit
vlti in
mitur vna
is est.

in iunctio
ur intellectu
e secundum
nas intellect
uras contem
s comedare
exteriori ob
& intuerit
quoque ea d
r: ab eo deniq
icatur. vt im
pici ab ocul
vero in specie
id vnu: id totu
erit ipsa libu

Tria dicere

est: siue pte
ro in seipsum
nati est obiect
otius intelle
ltera spectre
mano clar
i vultu bilis
benlat iudic
as: quod eas
ia intellectus
a discreta et
et enim ab
intelligere
ue vero per
e quoque i
humanor
gelici intell

Nota

lamine per oim species oia fit: intellectiones / non cōtēplationes dicūtur. Secūde autē & interne ipsius operationes / quib⁹ oia illi per memoriā presētia sūt: & cōtēplationes / & intellectiones vocātur. Rursus intellectui hūano propriū est intellectualib⁹ affici & imbui speciebus. Memorie autē illas asseruare & cōtinere propriū. Et actus intellectus: est intellectualiū specierū acquisitio. Actus vero memorie earū continētia & reueruatio. Precedit igitur actus humani intellectus / actum memorie.

¶ Fit iterū vt mundus / necessario sit prior humano intellectu: & is sit practicus in mundo / contemplatiuus in se. 4

¶ Obiectū omne / tēpore prius est: cognitiua sui potestate. Est enim obiectū actus / & in actu subsistens: quod potētia fieri potest & futura est. Mūdus autē qui locus est oim: est humani intellectus naturale obiectū. & vniuersa que sunt in mundo / humano intellectui per sensus natura innotescūt / presentātur / obiciūtur: vt ab eis edificat & fiat oia. Prior igitur mundus creati & fieri debuit: q̄ hūanus intellectus. Et quādiu imperfect⁹ adhuc & vacuus hūanus intellectus / per sensum circa mūdū negociatur: practic⁹ & acquisitiuus dicit̄. postq̄ vero perfect⁹ & plen⁹ / species acquirere desit. & ad seipsū solū cōuertit̄: cōtēplatiu⁹ merito dicit̄.

huān⁹
mētr⁹

practic⁹
contemplatiu⁹

¶ Idem est numero / req̄ ipsa vnus humanus intellectus practicus & cōtemplatiuus: solo distans officio & obiecto. 5

¶ Inter humanū intellectū practicū & contemplatiuum: nulla numeri / aut rei differitudo reperitur. Sunt enim nūero & re ipsa vnus / atq; idem intellectus / solo distās respectu / officio / & obiecto. Nā hūanus intellect⁹ vt cōiunctus sensui fertur / respicitq; mūdū / vt adhuc species dicit̄: practic⁹ vocetur. vt vero idem ipse a specierū disquisitione resedit: vt relictis sensibus & mūdō / ad internā sui memoriā deflexus: quesitarū a mūdō specierū speculatione focillatur / pascitur / enutrit̄: tū primū: speculatiuus & cōtemplatiuus dicit̄. Obiectū enim practici intellectus: est mūd⁹. Speculatiui obiectū memoria. Vnde fit vt pl⁹ abiuicem distēt ambe animi pres̄ intellect⁹ & meōria: q̄ intellectus practicus & contemplatiuus. Nam intellectus practici⁹ & cōtemplatiui⁹: sunt vn⁹ / atq; idē intellectus substantia / re & nūero: sola ratione / respectu & officio ducti diuersiq;. Intellect⁹ autē & meōria / siue intellectus agēs & intellectus possibilis: sunt vnus & idē intellectus hūanus / idē solū substantia: re vero & ratione abiuicē distincti / atq; diuersi. Intellect⁹ rurū practici⁹ & cōtemplatiui⁹: sunt eadē animi pars: quā ai actū / vī speculatricē & intellectū nūcupam⁹. Ast intellect⁹ & meōria / gemie quedā sunt et extreme eiusdē animi pres̄: q̄rū hec animi potētia: illa vero eiusdē act⁹ vocitat̄.

Illatio.

¶ Humanī intellectus memoria est alter mundus qui microcosmus dicitur / maioris mundi speculum: verum contemplatiui intellectus obiectum. 6

¶ Hec ppositio intelligēda est de meōria pfecta / ab intellectu (vt aiunt imp̄gnata: & oim rerū speciebus & imaginibus) ornata / atq; secūdata. Nā practici⁹ intellectus oim q̄ in maiore sūt mūdō substantiarū & rerū: desumptas species meōrie cōmendat. in cui⁹ p̄optuariō ad futurarū cōtēplationū officia & pfectas sui operationes: reponi et asseruari iubet. Repositis igit̄ hoc pacto ab intellectu practico / i meōria rerū oim spēs⁹ & imaginibus: nichil nō ē meōria / nullius est exors ratiōis & speciei. Equalis enī est & similis maiori mūdō. vtpote i quo nulla est substantia: cuius nō species & imago / sit in meōria. Et sicut maior & exterior mūdus / armariū est & repositoriū substantiarū oim: ita & huiusmodi meōria (q̄ & minor mūd⁹) p̄optuariū & repositoriū est oim imaginū & intellectualiū specierū & verū ipsū intellect⁹ obiectū. Sicut enim maior mūd⁹ oia est: quia in eo sunt oim rerū vere et naturales substantie: ita & minor mūdus / siue meōria est oia / q̄a in ea rerū oim vere & intellectuales saluantur imagines.

¶ Ali⁹ est act⁹ intellect⁹ / ali⁹ meōrie: ali⁹ vtriusq; cōmunis / q̄ cōtēplatio dicit̄ 7

¶ Aliquo pacto actus intellect⁹ ē trin⁹. Nā intellect⁹ intellectuales acquirat species: eas reponit i meōria & speculat̄ i meōria. Meōria vero primū ab intellectu spēs capescit / eas cōseruat: & intellectui tādē speculatiuo p̄tat. Proprii igit̄ sūt intellect⁹ / act⁹ hi: spēs acquisitio / earū i meōria depositio / & i eadē speculatio. Proprii vero meōrie: earū receptio / cōseruatio / & intellectui res̄p̄satio. Cōmunis autē act⁹ vtriusq; est cōtēplatio. Nā cōtēplatio: impliciter diffiniri neq; neq; per solū intellectum / neq; per solā memoriā. sed velut actus medi⁹ & ab vtroq; procedēs: vtrumq; in sua diffinitione & ratione cōplectit̄. fieri enim cōtēplatio dicit̄: quādiu reseruat̄ in memoria species / speculatur intellectus: representante / atq; offerente eas illi memoria. Contemplatio igitur velut prestantissima / & vltima vtriusq; animi partium operatio: per

tertium vtriusq; actū / speculationem scilicet & representationem diffinitur. Nā hi duo vltimi vtriusq; actus: se mutuo cōsecantur / & adinuicē conuertuntur. Qui enim fiet / vt intellectus quippiam intrus speculetur: non offerente illi species memoria. Et quo pacto si species afferat: non offert memoria: nō illas intellectus spectabit. Intellectus quippe & memoria nulq; sibi inuicē absunt. Duo autem primi actus intellectus / et duo primi actus memorie: sunt actus intellectus practici / & practice memorie. Vltimus vero actus vtriusq; actus est vtriusq; contēplatiui. Et intellectus in duobus primis actibus / vt in acquisitione specierum et depositione earūdem in memoria: operatur per se sine memoria. Similiter & memoria in duobus primis actibus receptione scilicet & conseruatione specierum: per se sine intellectu operatur. Vltimū autem vtriusq; actus / illi in quā speculationi / huius vero representatio: neutri per se sine altero aut alteri officio adest.

8 **Humanus intellectus / quicquid intellexit: iterum intelligit.**

Humanus intellectu quicquid intellexit vt practicus: iterum vt cōtemplatiuus intelligit, & quicquid coniunctus sensui preuidit in maiore mundo: rursum sine sensus admitticulo speculatur in minore mundo / id est in interna sui memoria. Vidit autem prius in maiore mūdo omnia: quando vt practicus & negociosus vniuersorum species a mundo desumpsit. videt & postea in eadem omnia in seipso: id est in interiore sui memoria. Quicquid igitur prius intellexit humanus intellectus: iterum intelligit.

9 **Vnde fit vt meōria / sit scđa itelligētia: siue intelligētie resūptio / & iteratio.**

Simplex & prima alicuius intellectualis speciei deprehensio: proprie ad intellectum referenda est: dicendaq; verus & proprius eius actus siue intellectio. Secūda autem eius deprehensio / ad memoriā spectat. vt que ab ipsius speciei in memorie exedris permanentia / proficiscitur. Omnis enim intellectualis species cum primū deprehensa est ab intellectu: sublebratur / transitq; ad memoriā / vt ad promptuarium & receptaculum specierū. que si iterū presētabitur intellectui: ab sola memoria illi offeretur. omnium igitur intellectualiū specierum / siue intellectio nū. aut itelligētiarū resūptio et iteratio: aut est memoria / aut a memoria.

siue trichino

Sublebrare s. int' labra vel labia oris imittē.

10 **Fit rursus vt haud absq; ratione / dixerit Plato: scientiam esse memorie resumptionem.**

Platonis opinio.

Sciens dicitur non qui discit: sed qui perfectus est / notionibus plenus & contemplari potens. cuius memoria ab intellectu impregnata: omnium que in maiore sunt mundo substantiarum rationes / habitus / species / & imagines retentat: vt eas in cōtemplationis officio presēnter intellectui. Est enim scientia huiusmodi imaginū in anima / siue in memoria plenitudo: & minoris mundi cum maiore equatio. quādo quidem sicut maior mundus est omnis substantia / & omnium substantiarum locus / actu continens omnem substantiā: ita & minor mundus homo est omnis imago / omnium intellectualis speciei locus / omnem continere speciem natus. Si igitur scientia est habitus memorie / & perfectio & plenitudo memorie: & scientie actus est cōsideratio & contēplatio: ipsa vero cōtemplatio est memorie resumptio: tantum distabit a memorie resumptione scientia / quantum a contēplatione. Atqui contēplatio aut scientia est / aut scientie actus. igitur et memorie resumptio: aut est scientia / aut scientie actus. Est enī meōrie resūptio contēplatio: & eorū que sunt in meōria / intellectui representatio. Quippe tunc resumere meōriā dicitur intellectus: quādo ad sese reuocat et ea actu speculat / q; sūt in meōria. Et hec meōrie resūptio siue cōtēplatio: pfecta sciētia ē / et actu sciētia.

De ortu intellectualium specierum a mūdo: transitu earum per humanū intellectum / et statu in memoria. Cap. viij.

Mnis sensibilis substantia: vere est & subsistit in mūdo / extra intellectum: humano tamen intellectui a natura presentata.

Sensibiles substantie sublunares sūt & subcelestes: sicut intellectuales suplunares & supercelestes. vtrascq; ei substantias intellectuales & sensibiles / visibiles et inuisibiles: interiecta dirimit celi moles. Ois igit sensibilis substantia / q; intra celi abitū visit / et celo cōtinet: habet esse et subsistere extra intellectū / i eo quē vocam⁹ mūdū et vniuersū. q; ois i eo versetur substantia: obiecta et p̄sentata a natura hūano intellectui / vt fiat alter mundus: maiori naturalique mundo similis / equalis / coniunctus / atq; vnus.

2 **Mundus ab initio actu est omnia: que fieri natus est homo.**

Omnia hic dicim⁹ creata: preter vtrūq; intellectū: angelicū et hūanū. siue preter angelū

ide aut dicitur
mes & mēte
imbouit
intellectui
in gēneratū
& is lūpra
ctus & in
ne: est hūana
ctui per
ignur mūdū
racus hūana
postū vero
neno dicitur
us & cōtēti
rei dicitur
respectu
vt ad hūc
eō dicit: vt
decria spec
icat. Ob
p̄ ab in
tūius. Nam
& nūero: sola
ellectus a gēs
e vero & ra
eadē animi
gēnie quē d
vocat.
nus dicitur
entia
tum.
gnata: & oim
in maiore sit
vario ad fur
Repositus igit
ē meōria nul
quo nulla est
lus: armatū
rōpuarū &
nectū. Sten
ita & minor
ragines.
ēplatio dicit
es: eas repōn
as cōtēuat
earū i meōria
& intellectui
imiri negat
roq; proctō
ādū referat
is illi memō
a operatio: p̄

& hominē: que diſta ſunt oīm eſſe extrema. Et hoc pacto mundus eſt ab initio actu omnia: id eſt / oīs ſub ſtātia & oēm continens ſubſtātia. Homo autē vt ſepe diximus cauſa ſui intellect: per ſenſū oīa fieri poteſt. et eſt ab initio oīs potentia: que p oīm ſpecies tandē oīa fit.

Homo omnia fit: preter ſubſtātiam & materiam.

Mundus omnia eſt ſecūdū ſubſtātiam & materiam: vt qui eſt totius materie et ſubſtantiarum omniū in cōtinentia et locus. homo autē neq; omnia fieri / neq; omnia eſſe poteſt eo modo quo mundus: per veras ſcilicet rerū ſubſtāntias. ſed duntaxat citra materiā per rerū ſpecies / ratiōes et imagines. Nam ſi in materiali et viſibili ſpeculo / recipi nequit rei viſibilis veritas et ſubſtātia / ſed ſola ipſius imaterialis imago et ſpecies: quāto magis ī imateriali ſpeculo (vt in humano intellectu) nulla recipi poterit ſubſtāntia aut materies / ſed ſola imaterialis et intellectualis vniuſcuiuſq; rei ſpecies.

In intellectuales ſpecies / per quas homo omnia fit: ortum habent in mūdo / tranſitum per humanum intellectum / ſinem & ſtatum in memoria.

Sicut rei viſibilis imago / ortū habet a re viſibili: tranſitum per aerem. ſinem & ſtatum in ſpeculo / in quo liquido viſibilis demonstratur: ita & rerum que ſunt in mūdo intellectuales ſpecies / ortum habent in mundo a rebus ipſis: tranſitum per humanum intellectum / ſinē & ſtatum in memoria. Nā cum intellectus ſit ipaſſibilis: impoſſibile eſt huiuſmodi ſpecies demorari in intellectu. ſed conſeſti pergunt ad memoriā: que cū ſit intima & penitiſſima animi pars / et velut quedā baſis intellectualis apicis: nuſq; vltra mēoriā intellectualiū ſpecierū ſeſe motus extēdit. ſed in ea pperuo ad futuras cōtēplationes demorātur / ſtabiliunt / aſſeruātur.

Vnde fit vt hūanc intellectiōis iitiū ſit mūdus / intellectus mediū: ſinis ſit mēoria

Cuiusuis motus tres ſunt termini: a quo / per quē / ad quem. Mūdus terminus eſt a quo oriuntur ſpecies: intellectus terminus / per quem feruntur: memoria terminus ad quem feruntur & in quo recipiuntur. Eſt enim ipſa totius intellectiōis ſinis. Et ante mundum in humana eruditione & humani intellectus conſumatione: nichil eſt: & poſt memoriā nichil. diſtātq; maxime abinuicē mūdus & memoria: vt extrema iitiū & ſinis. Sicut & in ipſa rerū ſpeculari iſpectione / añ rē viſibile nichil eſt & poſt ſpeculū nichil. Hec enī ſūt iſpectionis extrema. In vtriuſq; autē medio / eſt aer aut aqua: per q̄ a re viſibili / ad ſpeculū trāſit deſerturq; ſpēs.

Rerum ſpecies vt in mūdo ab ipſis rebus oriuntur: nondū intellectuales ſunt ſed ſenſibiles / & in ſenſibus primum recipiuntur.

Quicquid eſt in mūdo: eſt ſenſibilis ſubſtātia. Qualis autē fuerit oīs ſubſtāntia: talis eſt & eius ſpecies & naturalis imago. A ſenſibilibus igitur ſubſtantijs que in mundo ſunt: haud alie q̄ ſenſibiles vibzātur / procedūt / oriūturque ſpecies: que primū in ſenſibus recipiūtur. & ex quibus hūanus intellectus / ſub ipſis ſenſib; delitens. intellectuales ſpecies aut deſecatione quadā ipſarū / aut rationali coniectura elicit / abſtrahit / profert.

Sicut ſenſibiles ſubſtāntias natura varijs accidentibus operuit: ita & pluribus ſenſibus / humanū intellectū.

Rationabile eſt / vt q̄le eſt obiectū: tale ſit & ſubiectū ſiue cognitrix eius poteſtas & ſpectatrix facultas. ſenſibilis aut ſubā: eſt ſubā pura / mixta a cōtētib; quorū alluuiōe ſenſibilis fit. ſubſtāntia enī pura / p ſe / ſine accidentibus: inſenſibilis & ſoli intellectui pura eſt. quē admodum & accidentia / ſunt ipſa vere ſenſibilia: ſunt et ppria ſenſuū obiecta. Sicut igitur ſenſibilis ſubſtāntia eſt ſubſtāntia accidentibus cōiūcta / & accidentib; obiecta: ita & hūan; intellectus / cui ipſa ſenſibilis ſubſtāntia obiecta eſt / intellectus eſt haud purus / ppatulus aut nudus: ſed ſenſibus addictus / ſub ſenſuū organo arcan; / corporea mole obiectus. Referendū igitur eſt id mūdi / qd in aperto eſt / ad id hoīs qd ē in aperto: id eſt accidentia mūdi / ad ſenſus hoīs. & id mundi qd occultū velatūq; eſt accidentib;: ad id hoīs qd ſenſibus eſt adoptū / id eſt ſubſtāntia ad intellectū. Hoc enī pacto totus homo: totus erit arbiter / iudex & ſpeculator mūdi: & p ſenſus hoīs / p ſenſus mundi. Senſus arbiter erit accidentiū: intellectus vero ſubſtantiarū. Extrema hoīs / extrema mūdi intuebuntur: illius quoq; interiora / huius intima & arcanā rimabūt. Ad hūc enī modū / toti ſpectatrici potētie: totum obiectum offeretur / nudabitur / pateſcet.

A mundo ad ſenſum hominis rei ſpecies eſt ſenſibilis: ab intellectu vero ad memoriā intellectualis.

*baſis iſtāntia p̄ intima
Apex. v. ſenſus*

Hec quattuor in hoīs cōsumatione / se ad hūc modū sequūt. Mūdo / sensū / intellectu / memoria. Kerū autē species oriūta mūdo: feruntq; per sensū & intellectu / vsq; ad memoriā: in q̄ statū suūq; morū finē habent. Mutat autē ipsa species suā originē primāq; naturā exiit: cum ex maiore mūdo miōrē mūdū subit. In vtroq; enimūdo eiusdē nature esse nequit. In maiore quippe mūdo: ipsa species / sensibile sortita est naturā. in minore autē mūdo: in naturā sensibilem cōuertit. Toto etenim spacio quo ab suo ipsius fonte & miōre mūdo. fertur ad usq; hominis sensū: naturā seruat sensibile. toto vero reliquo intervallo. quo lares subies animi / ab intellectu fertur ad memoriā & fiat manetq; in memoriā: intelligibilis vocatur.

Vnde fit vt cū alteri nature sit spēs in sēsū & alteri intellectu: sit aliq̄d mediū cōe iter vtrūq; / i quo spēs ipsa mutet naturā / fiatq; ex sensibili intellectualis.

Species & imago naturalis rei i sēsū: sensibili nature est ascribēda. In intellectu vero nature intellectuali poscit ascribi. Hec autē mutatio cū nō fiat in sēsū / neq; in intellectu: in medio aliquo fiat oportet. qd̄ quodā modo vtrūq; sit cōmune: se cretū. & abditū sēsū: intellectu vero extimū & manifestus. Hoc autē mediū (vt et Remūd⁹ Lullius sentit) est sensus interior: qui cōmunit sēsū dicitur siue imaginatio & phantasia. Ait enī in ipsa imaginatione: sensibiles huiusmodi species defecari & euadere puriores. indeq; trāsire cominus ad intellectum: nudatas omni materia & prisca accidentum eluue spoliatas. *diuinitas / impunitas qd̄*

Remund⁹.
Lullius.

Fit iterum vt ipsius sensibilis substantie species & naturalis imago non sit simplex: sed ex vtraq; natura / sensibili et intellectuali.

Nam qualis est sensibilis substantia: talis est & eius species. Sensibilis autē substantia habet aliquid ex vtraq; natura: ex inquā sensibili & intellectuali. Quāta enī illi vis inest accidētū: tantūde naturā sensibile imitatur. Quātā vero substantiā sortita est: tantum illi inesse de intellectu naturali natura asseueram⁹. Ipsa igit sensibilis substantie species / habet pari pacto & aliq̄d ex vtraq; natura: quo vtrāq; representet exprimatque naturā. De natura intellectuali habet in representatione substantie: de sensibili vero in expressione accidētū. Ipsa itaq; sensibilis species: cū nō sit simplex sed vtriusq; nature: resolui / spoliari & nudari accidētibus potest. atq; ad intellectualem naturā reduci. & hoc pacto e sensu valuis aut pomerijs peruenire in extrinsecas intellectus et memorie. *inuenit* Qz si simplicē dixeris ipsā sensibilis substantie naturā imaginē: aut nature erit solū sensitiue / aut solū intellectualis. Si nature solū sensitiue: representabit offeretq; sola accidētia / eritq; species accidētū. Si solū intellectualis: erit species solū substantie / nulla representās accidētia. Ipsa autē posita est toti⁹ esse species: representās substantiā cū accidētibus / & accidentia cū substantia. Qz si posueris eā de natura solū sensibili: quomō poterit ex ipsius in interiore sēsū defecatiōe / relinqui intellectualis notio / q̄ in intellectu e sēsū penetrat. Nā defecatio: est accidētū spoliatio. Et si de natura solū intellectuali dixeris: nō poterit esse sensibilis substantie species: nec subsistere in mundo & a mundo ferri ad hominem. Nichil enī intellectuale mundus gignit. In eo nil intellectualis spiritalisue nature, natum est subsistere. cum sola mens humana: sit simplicium & mere intellectualium locus.

Quonia prius fuerunt in intellectu & extra intellectum facta / tandem in intellectum reuertantur. Cap. VI.

Ante mundum factus est intellectus: & iterum post mundum factus intellectus.

Mūdo (vt super⁹ ostendim⁹) est omnia. Ast ante omia / factus est angelicus intellectus: post omnia vero humanus. Mundus igitur dyadem intellectualem / mediam dispartitur: vt qui in medio duorū intellectuum / angelici atq; humani est factus. *dyadem / adis: & dualitas*

Est etiam intellectus sensu anterior & prior: & intellectu sensu posterior.

Sicut in superiore dictū est de mūdo: ita & de sēsū dicēdū in p̄senti. Angelic⁹ enī intellect⁹ ante sēsū creatus est: hūan⁹ vero post sēsū. In āborū autē intellectuū medio: creat⁹ est sēsū. Nam sensū cum mūdo (vt cū animalib⁹ / que post angelos ante hoīem creata sūt) est fact⁹.

Vnde fit vt omnia prius fuerint in intellectu: & extra intellectum facta sint / tandemq; in intellectum reuertantur.

Oia (vt i priorib⁹ ppositiōib⁹ docuim⁹) pri⁹ fuerūt i angelico intellectu: vt in vtero & cōceptionis sue loco. Deinde velut nascētia & foras p̄deūtia: ex occulto in aptū facta sūt / & posita extra intellectu in seipsis / i sua natura & i sensu. Sūt enī oia i seipsis & scdm se sensibilia.

Illatio.

Rursum ex aperto in abditū reuertuntur: cum in intellectu humano fiunt. Humanus enim intellectus fieri natus est omnia: & omniformis in fine est factus. Et ex hac illatione: possumus elicere harum duarum propositionū veritatem. Nichil est in sensu: quin prius fuerit in intellectu. Et nichil est in intellectu: quin prius fuerit in sensu. Prima vera est propter angelicū intellectū: secunda propter humanū. Nichil enim est sensibile aut cōsistens in mūdo: quod nō prius per intelligibile esse fuerit quoquo pacto in angelico intellectu: & quin postea in homine fiat rursū intelligibile & extra mundū. Possum⁹ etiā relicto angelico intellectu: vtriusq; propositioni in solo homine dare veritatis locū: sed in eo veritates transponuntur. Nā secunda primo vera est et secūdo prima. Cū enim per sensū dicat homo vniuersa/ aut a natura siue a mūdo aut alius ab alio homine: hoc pacto nichil est in hūano intellectu/ qui pri⁹ fuerit in sensu. nichil in homine/ quin prius fuerit extra hominē. Postq̄ vero homo vniuersa didicit/ & factus est omnia/ consumatus & perfectus: is solus alium hominē docere potest. & in alterius mētem suopte pēdōtribatu tranſſerre: queq; sibi prius insunt. At qui docendi media & instrumēta: sūt sensibilia. Voces quippe audibiles sūt: scripture oculis perue. Et quascunq; voces. is qui docet profert/ quascunq; scripturas proponit: ab eius mente deriuat atq; oriuntur. Erit igitur hoc pacto mens sensibilū fons atq; initium. & nichil erit in sensu: quin prius fuerit in intellectu. Itaq; considerato eo homine qui discit: nichil est in intellectu/ qui prius fuerit in sensu/ id est in vocibus & scripturis. sumpto vero eo qui docet: nichil est in sensu/ id est in vocibus & scripturis/ quin pri⁹ fuerit in intellectu. Vox enim omnis & scriptura: ab eo exoritur conceptu/ qui est in mēte docentis. Et si vtrūq; simul perspexeris qui docet & qui discit: dispositis contra sese & ex aduerso duobus conceptibus/ eius qui docet & qui docetur/ velut distantibus extremis: & positis in mediolitteralibus notis/ conceptibus/ vocibus atq; scripturis: fit motus ab intellectu docētis ad intellectū discētis. Nam cōceptus qui pri⁹ menti docentis inest: transferendus est in discētis mentē. vt fiat mens discētis plena: docentis mente nichilo inferior. Transfertur autem huiusmodi conceptus de mente in mentē non per se: sed obiectus expressusq; vocibus & scripturis. Rursum igitur in hoc ordine: vera est vtriusq; propositio/ eo modo quo prius: nichil esse in sensu/ id est in vocibus & scripturis/ q̄ sunt sensibilia quedā/ quin pri⁹ fuerit in intellectu docentis. & nichil esse in intellectu discētis: quin prius fuerit in sensu/ id est in vocibus & scripturis.

Pedōtribatus/ ludimagisteriū. Pedōtribes/ preceptor.

inceptibus/

¶ Diuina operatio/ que est vniuersorum creatio: velut in quodam circulo est 4 facta.

¶ Nam deus creare inchoauit ab intellectu: & intellectu creare desiit. Est autē circulus: cuius finis/ aut idem est aut coniunctus principio. Diuina igitur operatio/ qua statuit deus ad esse vniuersa: facta est in circulo. vtpote que cepta ab intellectu: desiit in intellectu.

¶ Vnde manifestum est cur homo cum vltimus creat⁹ sit: proximum tamē 5 angelis sortitus est locum/ cunctis sensibilibus creaturis eminentior.

¶ Cū enim ex precedente diuina operatio qua creauit vniuersa/ facta sit in circulo: coniunxit deus totius sui operis finem/ initio. Diuini autem operis initium/ angelus est: finis homo. Coniuncti igitur sunt a deo & proximi loco facti: angel⁹ & homo. Angelus natura superior (vt & antiquior) deo attiguus est: homo vero ab angelo/ paulo imminut⁹. Rursum quecūq; dissimili medio distant extrema: sunt similia. Est enim duplex dissimilitudo/ quam habet ad medium: sue similitudinis causa. Angelicus autem intellectus & humanus distant abinui cem: medio sensu seu medijs sensibilibus creaturis. Vniuntur igitur adinui cem: ex oppositione & dissimilitudine medijs. Duplex enī ipsorū ad mediū discrimē geminusq; recessus: causa ē copule/ p̄p̄tatis & mutui access⁹ eorū dē. Rursū aliā eiusce rei afferim⁹ causā: cur hō sup̄ ma & nouissima creatura/ cūctis sensibilib⁹ creaturis: ē & dignitate & loco eminentior & ipsis angelis cōiunct⁹. De⁹ duos spūs creauit: vnū p se subsistere natū sine corpe / quē vocam⁹ āgelū. Alterum natum in corpore subsistere: quē dicimus humanū spiritum. Quia igitur angelic⁹ spiritus vt per se potens nullo ad subsistendum egebat: creatus est ab initio totus & per se. Humanus vero haud aliter subsistere q̄ in corpe nat⁹: creati post corp⁹ debuit. Oportuit enī prius a deo fabricari/ excudi & componi humanū corp⁹ humani spiritus domicilium: q̄ humanum procreari spiritum. Nempe & materies/ ex qua corpus huiusmodi conflatur: humano spū creata est prior. Sed & humanū corp⁹ haud aliter creati debebat/ q̄ post omnes sensibiles creaturas: que sunt ipsius materiei & humani corporis particule. Omnis enim sensibilis materialisue substantia: ad salutem humani corporis est pernecessaria. & est vt quedam

defluxum quendam esse atomorum vniuersi.

¶ Quo pacto humanus intellectus dicatur esse in corpore et non esse in corpore.

Cap. X



N materia & corpore quatuor habitant forme: substantia/vegetatiua/sensitiua/et rationalis:quam intellectiuam vocamus.

¶ Extra materiam et corpus: tantum vna reliquitur forma angelica/ ante oem materiã creata. In materia vero et corpore reperiuntur quatuor: substantia/vegetatiua/sensitiua/et intellectiua. Substantia dat materiei esse. Vegetatiua/ vitam eidem imprimi. Sensitiua/ sensationis est causa. Intellectiua/ intellectiõnis. Omnis enim sensibilis creatura: aut intelligit/aut sentit/aut viuut/aut subsistit.

¶ Tres inferiores forme: et substantiã & operatione sunt in materia. suprema autem rationalis et intellectiua: substantia quidem et reipsa est in corpore: functione et operatione extra corpus.

¶ Substantiua forma: dat corpori esse & subsistere. Vegetatiua illud viuificat/nutrit/ dat incrementum. Sensitiua in corpore: & corporeis organis: sensationem perficit. Rationalis autem & intellectiualis vis: nullũ cum corpore: in sua operatione habet cõmercium. Nam intellectiualis operatio/ similis est curue linee: cuius idem est principiũ & finis. ceterarum vero formarum actus et operationes/ rectas lineas imitantur quarũ sunt diuersa extrema: aliud initium/ aliud finis. Sensibiles enim forme: initia quidẽ sunt & efficientes cause suarum operationum. Illas attamen operationes minime in sese recipiunt: sed in materia et corpore/ eadem recipi oportet. Vnde fit vt in eis: aliud sit produccens/ aliud recipiens: aliud principiu/ aliud finis. In operatione autẽ & officio intellectus: eadẽ est causa efficiens/ materialis et susceptiua: eadem produccens/ eadẽ recipiens: eadem que actus/ & que potentia. Ipsa etenim rationalis & immortalis anima/ creata in orbe: in actum & potentia diducitur/ cuius actus agensue intellectus: in potentia propria possibilisue intellectu: intellectiõnes oes profert.

¶ Intellectus siue sit suarum notionum opifex/ siue eas recipiat a mundo: intellectiõnes omnes in se/ aut profert aut recipit.

¶ Intellectus imperfectus et inconfumatus: notiones omnes per sensum recipit a mundo. que (vt dictum est) in interiore sensu defecantur: a quo intellectũ sublabrãntur ac penetrãt. Huiusmodi enim desertus vacuusue intellectus: cum nõdũ sui cõpos euaserit/ neq; rerũ scientiam imbiberit: naturam imitari nequit/ aut aliquid ad nature similitudinẽ in seipso proferre: cuius nulla a natura suscepit initia. Consumatus autem intellectus per sese operatur/ & opifex est suarum notionum: naturãq; solus imitari potest. Vterq; igitur intellectus et qui suarũ notionum est causa/ et qui non est causa: intellectiõnes ipsas siue notiones omnes et species/ in sese nõ in corpore profert aut recipit. Intellectus enim agens & intellectus possibilis licet reipsa distincti/ atq; diuersi sint: substantia tñ sunt vnus intellectus et vna numero rationalis anima/ immortalis: cuius actus a potentia inseparabilis est. Et intellectus agens: est ea animi pars quã speculatricem nuncupamus. Intellectus vero possibilis/ est ipsa intellectiualis memoria: omnium intellectiualium specierum receptatrix.

¶ Tantum simile a simili patitur

¶ Nã sensibile patitur a sensibili/ intellectuale ab intellectu/ sensus a sensu/ intellectus ab intellectu. Sensibile a sensibili: vt corpus humanum a mundo. Omnia etenim que sunt mudi: necessaria sunt ad salutem humani corporis. cum omnis sensibilis substantia: sit eadem aut in alimentum aut medicamentum a deo attributa. Intellectuale ab intellectu: vt anima siue intellectus/ ab intelligibilibus speciebus. Sensus a sensu: vt sensus interior ab exteriorẽ. Est enim interior sensus/ vt quedam exterioris memoria: & vt penitior locus/ in quo sensibilia spectra & colliguntur & reseruãtur. Sensus quippe exterior/ preest sensibilibus speciebus a mundo captandis: easq; receptas a mundo/ ad interiorẽ sensum introducit. Interior vero/ illas intus asseruare iubetur. Intellectus deniq; ab intellectu patitur: vt intellectus patiens ab intellectu agente. qui sunt vnus/ totus substantialis intellectus/ & vna numero anima: non tamẽ eadẽ numero animi pars.

¶ Sicut sensibiles species subsistere nequeunt in intellectu/ sed tantũ in mudi

Intellectus agens.
Intellectus possibilis.

Spectra

do: ita & intellectuales subsistere nequeunt in mundo / sed tantum in intellectu.

¶ Sensibiles species aut sunt in interiore sensu / aut in exteriori: aut in aere aut in aqua / aut in alijs medijs corporibus: per que a rebus ipsis emicant / vibrantur / funduntur. nec in aliquo alio subiecto: q̄ in materia et corpore receptantur. In immateriali enim & dissimili subiecto / vt in intellectu: subsistere non possunt. Intellectuales autē species licet a mundo et sensibilibus speciebus deriuaticie sint: habent tamen esse extra mundum & materiam. Stant enim & permanent in intellectu possibili: a quo emigrare nequeunt

6 ¶ Quāuis intellectuales species sint in intellectu: intellectus in anima / anima in corpore et materia: non tamen dicuntur intellectuales species habere esse et subsistere in materia et corpore.

¶ Nam separari possunt anima & intellectus a corpore: permanentibus in intellectu notio- nibus intelligibilibusque speciebus. Nō igitur habent intellectuales species. verū esse & subsistere in corpore: vt sine quo esse veraciter possunt. sed in solo intellectu / sine quo esse nequeunt: licet possit sine ipsis esse intellectus. Nam in consummatus et inconditus disciplinis intellectus: ab initio (vt diximus) inanis est rerumque speciebus destitutus.

7 ¶ Intellectus humanus etsi separabitur a materia / non erit ociosus: nec a propria speculatione intellectualique operatione fatiscens / intermittetur.

¶ Nam humanus intellectus quādiu in corpore subsistit: nullo ad propriam operationem vtitur corporis commercio / sed sine materie et corporis officio: intellectualem perficit operationem. Si igitur degens in corpore: sine corporis vsu / propria actione potitur et ociosus non est: quanto magis extra corpus factus / eadem operatione (sine vlla sui immutatione) potietur & ociosus non erit. Ipsi enim anime substantia / incorruptibilis natura atq; immortalis: tota integra et salua extra corpus / cum virtutibus omnibus et speciebus intelligibilibus fieri potest. atq; in hoc licet innaturali statu: intellectuales operationes / in semetipsa congrue perficit vt prius.

8 ¶ Sicut angelicus intellectus / natus est per sese subsistere extra corpus: ita et humanus subsistere in corpore est natus.

¶ Angelicus intellectus purus est: et per se subsistere natus vt prius ostendimus. Humanus vero natus est subsistere in corpore: et in hoc ab angelo differt / paulo inferior. Si igitur humani intellectus natura est subsistere in corpore: non debet natura esse extra corpus: neque diiungi aut separari a corpore. Et si quādo extra corpus fiet: hoc preter naturā / alia quadā causa eueniet. Et iterum cum sit immortalis & incorruptibilis: natus est quandoque corpori restitui. vt in gradu proprio & suapte ipsius natura / se inper subsistat. Et hinc pendere cognoscimus future resurrectionis mysterium. Facta quippe sunt & creata a deo vniuersa: vt De mysterio modo quo esse nata sunt / subsistant. nec statuit aut finire potest deus / quicquam in rerū rio future nature inane atq; ociosū. Atqui nata est (vt diximus) rationalis anima esse & saluari in corpore. vt pote cui complures insunt vires: quas nisi corpori addicta & agglutinata / exercere nis. nequit. Nonnūq̄ igitur ex bonitate & clementia dei futurum est: vt resolutū in atomos corpus / priscā corporis formam recipiat / fiatque rursus eternum anime domicilium.

¶ Quod uterque intellectus eo quo creatus est modo consumatur.

Cap. XI.



¶ Tercus intellectus / quo modo substantialiter exortus est: ita & scientia perficitur.

¶ Angelici intellectus / specie plures sūt atq; differētes: genere tamē sūt vnus atq; idē intellectus. Humanus vero intellectus / species discrimina cū subterfugiat: dūtaxat nūero / singulari & diuiduo diuelliū euaditque plurimū. Singulorū q̄ppe hoim / vnū ē & peculiaris intellectus: oēs tñ humani intellectus / ad apicē & fastigiū speciei: vnus intellectus vocantur. Angelicus autē intellectus totus simul repenteque exortus est: nō vnus post aliū. quandoquidē et oēs angeli / simul creati sunt: eodēque momēto / substantiā acceperūt. Humanus autē intellectus (secū dū specie dico) diuidue & in tēpore substantiā acceperit: factus non

totus simul / sed parte post partē / id est indiuiduo post indiuiduū. Explicitus enī est per singularem & indiuiduorum numerū. & hic adhuc imperfectus / indes exoritur: succeditq; intellectui intellectus / quoad species humani intellectus suo numero impleatur. Vterq; igitur intellectus: eodē modo scientia perficitur / quo & substantia. Angelico quippe intellectui repente & substantia: et vniuersorum scientiā obigisse fatemur. Humano vero intellectui & substantia et scientia: sensim diuidue & in tpe affuere. substantia quidē / cū vnus post aliū oriat. scientia vero: cū non simul oīa sit fieri natus: sed prius vnū / posterius aliud fiat quoad oīa sit factus.

¶ Vtriusq; intellectui / quale obtigit esse primū / tale & secundum.

¶ Hec est ferme eadem cum precedente. Nam esse primum: est esse simpliciter / quod esse substantiale appellamus. Esse vero secundū: est esse secundū quid / quod esse rationale siue scientificū vocant. Vtriusq; igitur intellectus / primū esse: lex est secundi esse eorū dē. Quali ortu eorū substantia emerit: tali & scientia emergit. Cuius enī genus / repente ortū est: huic et oīs scientia repēte affuit. Cuius vero species / singularib; & indiuiduis diuidue & in tēpore explicatur: hui; quoq; indiuidua & singularia / cūctorū scientiā: diuidue piter sēsimq; recipiūt.

¶ Angelicorum intellectuum genus est vnū: species plurime et varie. Humanorum vero intellectuum / vnica est species. singularia vero multa et numero indefinita.

¶ Oīs angelicus & separatus intellectus: per se / vna quedā species est. oēs vero simul / vnū tantū genus cōstant. oīs autē humanus intellectus: per se est singulare quiddā. oēs vero humani simul: vnica tantū specie claudūtur. Nā cū angelicus intellectus / sit paulo eminentior humano: hic ad humanū sese habet / aut sicut genus ad speciē: aut sicut species ad indiuiduū. Quo enī modo angelicū intellectū vocaueris genus: dic humanū esse speciē. & si angelicum dixeris esse speciē: humanus abs te singularis & indiuiduus esse appellādus. Angelicus siquidē / vnus est genere: specie varius atq; diuisus. Humanus vero specie vnus: nūero plurimus ac varius euadit. Et sicut angelicū gen; habet esse in solis speciebus: ita et humana species in solis indiuiduis.

¶ Omnis humana intelligentia: est vt vnus angelice intelligentie numerus.

¶ Nēpe queuis angelica intelligentia: per se vna species est: oēs vero simul: vnū gen;. At quelibet hūana intelligentia singularis est & indiuidua. oēs vero hūane intelligentie simul: vnica adimplēt cōstantq; speciē. Oēs itaq; humane intelligentie simul sūt vt vnus angelice intelligentie nūer; quē admodū & vniuersa singulariū multitudo: vni cuiusq; speciei pbat equalis.

¶ Vnde fit vt non recte senserit impius Auerrois: omniū hoim vnū eūdemq; esse cōmunē intellectum / a cunctis separatū.

¶ Nā sicut deus angelicorū intellectuū gen; / i species partit; est: ita & humanorū intellectuū speciē in singularia & indiuidua eadē lege dispescuit. Et sicut oīs angelic; intellect; est vna species: ita et oīs hūanus / vnū hoc aliquid est & ens singulare. oī itaq; hoī: inest pprius / peculiaris & singularis intellect;. Rursū quicquid p se degit separat; & abiūctū a materia: aut gen; aut species est. quicquid vero cōiūctū est materiei: vnū nūero est & singulare & indiuiduū. Est enī materies rerū vltimū: totū singularitatis et indiuiduitatis causa. oīs autē hūan; intellect; addit; est et cōiūctus materiei. oīs igit hūan; intellect;: indiuidu; est / singularis / ppri; et nūero vnus. Deniq; fieri nequit vt eiusdē entis / simul gen; cū speciebus: aut species cū singularib; eodē modo subsistat. Nā cui; generis species / actu & vere extra mētē in rerū natura degūt: id genus dūtaxat ratione & intelligentia colligit. & nequaquā in rerū natura: sed i sola mētē reperitur. Angelicū enī gen; / i sola mētē subsistit: angelice vero species / extra mētē in rerū natura esse receperūt. Et eodē modo si cuius speciei singularia / habēt esse extra mētē: necesse est eā ipsā speciē / sola ratione & intelligentia / lectam ex indiuiduis / mētē inesse: nullāq; in rerū natura recipere substantiā. Humana etenī species / quā deus in singularia dispescuit: dūtaxat ratione & intelligentia colligitur. nullūq; aliud esse / q̄ mentis esse sortita est: vt cuius singularia et partes / extra mētē in mundo veraciter subsistāt. Qui enī toti alicui naturale verūq; esse ascribit: id simul a partib; auferat oportet: ijsq; solū rationis & mētis esse relinquat. Et contra qui partes in rerum natura collocauerit: earum tota in sola mente collocare debet. Si enim genus est in natura: eius species & singularia / inerūt soli menti. Similiter & si speciē statuis in mūdo aut in esse substantiali: necesse est eius indiuidua mētē soli inesse. Si vero singularia in mundo sunt: eius species & genus / haud aliter q̄ in mente sub-


Auerrois

Argumenta
quibus im-
pij Auer-
rois opinio
falsa demō-
stratur.

Cum ab astronomis celi longitudo definiatur ab ortu in occasum: latitudo vero a meridie in septentrionem: fit ut in celesti circulo hec differentia angelica: illa vero humana vocetur.

4

Latitudo celi vt astronomis placet: distantia est a meridie in septentrionem. Eius vero longitudo: distantia ab ortu in occasum. Fit autem vt diximus ois celestis delatio oisue successio: aut ab ortu in occasum aut ab occasu in ortum. Nam prima & precipua sphaera: ab oriente in occidentem defertur. Secunde vero latitones/ contra ab occasu conuertuntur in ortum. Est enim oriens dextrum celi: occasus vero pars est celi sinistra. Est itaque ea dyametrus que orientis occidentisque punctum dirimit/ humana linea: qua humani intellectus diuidue et in tempore procreant. Cetera vero dyametrus que hac perpendiculariter secatur a meridie in septentrionem pertinet/ que & celi vocatur latitudo: cum successio in ea nulla contingat/ angelicis spiritibus separatisque intellectibus competat. In latitudine igitur celi statuendus est angelorum numerus: qui vnice atque indiuidue/ totus simul in esse processit. In celesti vero longitudine/ numerus est hominum collocandus: qui sensim celestisque latitons assidue fluxu absoluitur/ perficitur/ consumatur.



*Dyametrus & transversus
Dyametrus / maioris
Dyametrus / minoris
e linea qua diuidit circulo
in duas partes.*

Ex natura permanentis qualitatis: liquet humanum animum esse immortalem.

5

Hec signum vnum proponit/ quo humani animi immortalitatem: quoquo pacto ratione claudere liceat/ ex natura permanentis qualitatis de promptu. Nam diximus humani intellectus speciem: persimile esse state permanentisque qualitati. Eo enim modo totius humani intellectus species/ per partes & singulares intellectus accrescit/ absoluitur/ consumatur: quo & permanentis qualitatis/ per partes variisque gradus absoluitur interio. Prioreni gradus vnus/ quod alius exortitur. Ad totius vero qualitatis intentionem perfectamque substantiam: necessarius est priorum graduum/ cum posterioribus status ac permanentia. Si enim prior/ aduentante posteriore dilaberetur: staret permanentis qualitas semper imperfecta/ nunquam tota/ integra/ absoluta. Metire igitur humani intellectus specie hac permanente qualitate: singulares intellectus (qui assidue in esse procedunt) referens ad totius qualitatis gradus: & clare deprehendes singulorum & indiuiduorum intellectuum immortalitatem. Nam singulares huiusmodi intellectus sigillatim profertur: vt demum totum humani animi species/ suum esse recipiat ipsaque tota abfoluatur. Stant itaque saluaturque priores intellectus/ cum posterioribus/ quaque e sensibili regione eorum corporum suorum claustris: veraciter abire & emigrare/ alioquin nature ordine iubeant. Si enim ortu posteriorum intellectuum/ priores iterum abirentque in nichilum: irrita esset humani intellectus species. vtpote integrum totumque sui esse nunquam sortitura.

Rursum ex eruditione cuiusuis humani intellectus: perspicuum est humanum animum esse immortalem.

6

Hec signum aliud assert: quo pariter constet humanum animum esse immortale. Nam cum humanus intellectus erudit/ cum disciplinam ipsam omnique scientiam capescit: intellectualium specierum diuidua & multifaria susceptione oia fit. Que autem species/ prius in animi thalamos irruerunt: haud continuo labuntur/ neque posteriorum aduentu pelluntur a memoria. sed simul cum posteris manentes salue & integre in memorie proptuario perdurant. Earum quippe numerus/ est & animi numerus: nec earum vlla: consumato deesse poterit animo. cum dicat humanus animus omnium esse potentia/ oia fieri nata. Quod si priores species posteriorum aduentu/ e sinibus animi liminari de pellit/ posueris: animum facis irritum/ inanem atque ociofum. qui cum sit fieri oia natus: euadet tamen oia nunquam tollit/ ab eodem imarcescibile sapientie fructu. Nam sapientia/ oim est rerum agnitio. Cum igitur eodem modo totum humani intellectus species/ substantiam perficiatur: quo & quicquid singularis intellectus/ sapientie nitore illustrat: necesse est vt sicut stata atque immortalis intellectualium specierum frequentia fructus est & consumatio cuiusuis singularis animi: ita & fixus immortalisque singularium intellectuum numerus/ sit integritas & absoluta consumataque substantia totum humani intellectus. Est enim accidentarium spirituum numerus/ figura & umbra/ substantialis singularium intellectu pluralitatis. Et sicut vnusquisque singularis intellectus/ intellectualium specierum numero adpletur perficiturque/ eo sapientie cadit: ita & totum humani intellectus species/ singularium intellectu numero substantialiter

Obiectio.

est adimplenda / p̄ficienda / cōsumāda. Sicut igit̄ intellectualib⁹ sp̄eb⁹ / immortalis i mēte siue in memoria deputata est sedes: ita & cūctis singularib⁹ intellectib⁹ / inoblitterabilē extra mēte in ipsa rerū natura māsiōne deū prouidisse attestamur. Intellectualiū q̄ppe accidētū siue sp̄erū sedes: est ipsa mēoria. Substātiarū vero māsiō: ipsa rerū natura. cōperit enī (vt dixim⁹) vtrūq; tā vmbri & speciebus / q̄ veritatib⁹ & singulis intellectib⁹: indelebile immortalēq; domicilium: his in rerum natura / illis vero in memoria.

7 **¶** Numerus cuiusuis hūanī intellect⁹: est vt oīm hūanorū intellectuū nūerus.

¶ Quilibet singularis intellect⁹ / fieri oīa nat⁹ ē. cū itaq; fact⁹ ē oīa: uest illi intellectualiū oīm specierū frequētia. quē accidētariū & vmbra tiliē specierū nūerū: cuiuslibet singularis intellectus nūerū appellam⁹. dicimusq; hūc nūerū: esse vt substātiālē oīm singulariū intellectuū nūerū / quo tota humani intellect⁹ species est absoluēda. Est enī accidēs: vmbra quedā & figura: potioris substātie. ea quoq; q̄ mēti i sunt: signa & imagines sūt eorū / que aut sunt aut futura sunt i mūdo siue in ipsa rerū natura. Id enī i quolibet singulari intellectu / sub accidētario sp̄erū numero p̄signat: qd̄ deinceps in rerū natura. sub vera ei & substāiali singulari intellectu nūero futurū ē & adiplēdū. Pri⁹ nūerat̄ & exprimit i parte: qd̄ postea futurū ē i toto.

8 **¶** Vnde fit vt vterq; human⁹ intellectus tam vniuersalis / q̄ singularis: absolueudus & consumandus sit in sapientia.

¶ Singularis intellect⁹ / est quilibet humanus intellectus. Vniuersalis vero intellectus: est totus human⁹ intellectus scdm̄ speciem: id est singulariū omniū intellectuū numerus. & hoc pacto vtrūq; intellectum / in sapientia absoluēdum cōsumandūq; fatemur. Nā quilibet singularis intellect⁹ / perfici natus est intellectualiū specierum multitudiē: que illi sapientia litterariūque thesaurus nuncupatur. Vniuersalis vero siue totus intellect⁹: pari singularium intellectuum numero / diuidue & in tēpore est absoluendus. Liqueat autē (per precedentē) hunc substātiālē singularium intellectuū nūerū: esse vt accidentariam intellectualiū specierū frequētia. Si igitur intellectualiū sp̄erū numer⁹ est sapientia: erit & singularium intellectuum multitudo sapientia quedā. Cōsumandus itaq; est vterq; intellectus / in sapientia. singularis in sapientia vmbra tili / figurata & accidentaria: vniuersalis vero / in sapientia potiore / veraci & substāiali.

9 **¶** Fit iterū vt sicut accidentarius intellectualium specierum numerus / sapientia est & lux animi: ita & substātiālis singularium intellectuū numerus sit lux & sapientia mundi.

¶ Minor sapientia / minoris mundi id est hominis siue animi est sapientia. Maior quoq; sapientia: maioris mundi lux est & sapientia. Est autē minor sapientia: intellectualiū specierum numerus: qui recipitur & subsistit in minore mundo / id est in hoie siue in aīo: que est accidēs tium intellectualiumque specierum regio. Maior autē sapientia: est substātiālis omniū singulariū intellectuū numerus: quem intellectualiū specierū numero / parē & proportionabilem esse docuimus. Et hec secunda ac potissima sapientia: subsistit degitq; in mundo / velut ratio / numerus & lux mundi. Est enim mundus substātiarū regio: et cōtinēs omnem substātiā locus. Et cū omnis sapientia sit lux / ratio / finis & perfectio eius in quo est: erit vt sicut intellectualiū specierū numerus / lux est animi: ita & singulariū intellectuū multitudo / sit lux / ratio / finis & perfectio mundi. Intellectualiū specierum presentia / bene esse affert aīo. Humanorū vero intellectuū plenitudo bene esse mundo / largitur. Exors specierū animus / in tenebris versatur. Mūdus vero humana desitutus p̄sentia: atrā pariter noctē subit.

¶ Intellectus / simul multa non intelligit. Cap. XIII.

¶ Intellectus est vnitas memorie: memoria vero numerus intellect⁹. **¶** Sicut vnitas est ante omnes numeros & omnium numerorum fons: numer⁹ vero omnis / posterior est vnitate & ipsius primarie vnitatis multiplicatio atq; resumptio: ita et intellectus est ante memoriam fons atq; initium memorie. memoria vero intellectui succedit: tanq; pars aīterior & p̄funda: & vt ipsi⁹ intellect⁹ pluritas / multitudo / resumptio. Licet enī intellect⁹ & memoria (quippe q̄ sūt vn⁹ rationalis & immortalis anim⁹) natura sint simul creata: intellect⁹ tamē ob duas causas / anterior & prior memoria esse pronūciatur. Primo quia collocat⁹ est i valis memorie: & est vt anterior animi pars qua in exedras animi / intellectuales species irrūpūt. Memorie vero velut i p̄fundo subsidēs / vltima aīe pars est: q̄ intellectualib⁹ it obuiā speciebus illarūq; delatiōes & motus sistit.

Duplex sapientia.

Sicut et vnitas in valuis omnium numerorū est collocata. Numeri vero in profundo & posterioriore parte vnitatis. Secundo quia operatio intellectus prior est & anterior operatione memorie. vt que impregnatur ab intellectu: et omnes ab illo trahere / captat recipitq; species. Et cū (vt dictum est in precedentibus) simplex et prima cuiusvis speciei intelligibilis deprehensio / sit intellectio & proprius intellectus actus: secūda vero eius deprehensio / sit primæ intellectionis resumptio / frequentia & iteratio spectās ad memoriā (Quippe secūdo intelligere recollere est: recollere vero actus est memorie et quiddā memorari) necesse est vt in sola vnitate & simplicitate iudicij & primogenie apprehensionis / cōsistat ipsa intellectio. Recordatio vero siue memoria: in dualitate & omni deinceps numero / cōsistere probatur. Est igitur intellectus vnitas memorie: memoria vero dualitas & numerus intellectus.

¶ Vnde fit vt intellectus simul multa non intelligat: sed continue tantum vnum.

¶ Nam intellectus est indiuisibilis / & quiddā infectile minimū / vt vnitas. Impossibile est autem quod indiuisibile est: simul duo aut plurima contingat / capret / apprehendat: sed continue tantū vnū. Per multa quidē & immensa id discurrere posse fatemur: sed nunq̄ duobus simul adesse duoue aut plura vnice complexi. sed continue tantum vni adest: tantum vnum contingit / sublabrat / introducitque in animum. Et hec facile intelliges per magnitudinē et punctum. Finge enim punctum mobile: idq; per totam rectam lineā ab vno eius extremo ad alterum discurrere. aut contra. punctū immobile: lineā vero rectā super punctū ferri ab initio ad finē. fieri nequit vt huiusmodi punctū: simul duobus aut pluribus / totius recte linee punctis adsit: aut simul duo queuis attingat sed continue tantū vni adest. Hec autē puncti super rectā lineā / aut recte linee super punctū delatio atq; defluxus: similis est intellectioni & primarie apprehensioni intelligibilū specierū. Est enim intellectus simul puncto & vnitati: intelligibiles vero species sunt vt lineā & numerus. Eadē erit & propior quidē analogia: si puncti & linee loco / sumpseris vnitatē & numerū: vnitate super numerū / aut numero super vnitate discurrente. Nā intellectuales species / haud cōtinue sunt aut sibi vicē herētes / vt puncta in lineā: sed mutuo abūte / discrete diducte / vt vnitates i nūero.

... Dicitur

Propozio Analogia

¶ Et intellectus est indiuisibilis: et id quod intelligitur indiuisibile.

¶ Ex precedentibus duabus: manifestū est intellectū esse indiuisibile & partiū expertē. Quippe qui est vt vnitas & punctū. id autē quod intelligitur est eius obiectū: quod ipse intellectus suapte intelligentia capescit. Id quoq; (vt sub intelligentiā cadit) est impers: per precedentem illationē. Nam si diuisibile dixeris / quia id totū simul capit intelligique intellectus: erit vt simul duo aut plura intelligat. Intelligit autē vt postum est / assidue tantū vnū. Quicquid igitur intellectus sublabrat & apprehendit: vt hoc pacto sub intelligentiā cadit infectile est & partium expert.

¶ Quicquid est vnum: est indiuisibile.

¶ Vnum hic intelligimus vere precise & simpliciter vnū: vt intellectus hoc pacto vere vnus est. Similiter & quicquid intellectus actu deprehendit vere est vnū. Quod enī diuisibile est vnū non est: sed multa. Idcirco & vnum sensibile: non est vere vnū. Vnū vero intelligibile est vere vnū: & vnum simpliciter / vt quod diuidi & plura esse nequeat.

¶ Intellectus non modo simul multa non intelligit: sed & neq; bis idem.

Obiectio

¶ Sicut non possunt simul duo esse in intellectu & ab eo sublabrari atq; intelligi: ita & neq; intellectus bis idem intelligit. Nam si dixeris / secundo idem intelligit / dico quoniā non intelligit sed recollit / iterat ac resumit: quod primo intellexit. igitur iam non intellectio est: sed recordatio & memoria. Est enī mēoria intelligentie dualitas / numerus / iteratio / resumptio. Et prima dūtaxat rei eiusdē perspectio & vnialis apprehensio: ad intellectū referenda est / et intellectio vocitanda. Secunda vero referenda ad memoriā: & minime intellectio: sed recordatio dicitanda. Nam intelligere simpliciter vnice & primo: intelligere est. At iterum intelligere: siue secundo aut tertio intelligere: iam non intelligere est / sed recollere resume re & recordari.

¶ Intellectus repente et in instanti intelligit.

¶ Nam intellectus est impers: & id etiā quod intelligitur / est absq; quantitate & numero partiū. Qualia igitur sūt rōtius intellectiōis extrema / specularia in quā potētia et spectabile obiectum: tale est & interstes temporis mediū / in quo coniūguntur & copulantur. In in-

stanti igitur & indiuisibili temporis fit ipsa extremorum copula: quae est intellectio & intelligibilis rei ab intellectu deprehensio. Rursus quia utrumque est indiuisibile & intellectus & id quod intelligitur: utrumque totum alterum simul absoluit & non parte post partem. Intelligibile quippe totum: totum simul expanditur & adaperitur intellectui: ac totum simul subit intellectui. adeo ut nulla ex parte neque ipsius intellectus neque intelligibilis: fieri possit in intellectu successio. Si enim in intellectu contingeret fluxus atque successio: aut intellectus esset partibilis: aut intelligibile aut utrumque.

7 **¶** Vnde fit ut nulla intellectualis species: duobus momentis aliquo tempore perseveret in intellectu.

¶ Si enim aliquod intelligibile siue aliqua intellectualis species: duobus momentis aut aliquo tempore perseveret in intellectu: intellectus intelliget bis idem. Nam semel in primo momento & prima parte temporis intelliget: deinde secundo in secundo instanti & secunda temporis parte. Atque prius positum est intellectum non intelligere bis idem. Rursus omnis intellectualis species postquam in intellectu puecta est: continuo transit ad memoriam: in qua recipienda est & asseruanda. ita ut nequeat primo & secundo momento manere: subsistere & residere in intellectu. Secundo enim momento fieret eius species ab intellectu resumptio: qui actus est memorie: non intellectui proprius. Et sicut inter unitatem et numerum non est dabile medium: nam sola unitas est unitas: unitatis vero prima et minima iteratio: extemplo ab unitate labitur ad numerum: & numerus ac dualitas ceteretur: ita & inter intellectum atque memoriam: quae sunt extreme animi partes: medium in animo interhiat nullum: in quo ipsa intellectualis species resideat. Hec enim eo duntaxat quo oritur & captatur momento perseverat in intellectu: reliquo vero toto tempore: saluatur in memoria. Est enim intellectus unitas: primitas & ortus intellectualium specierum: memoria vero earum dualitas: finis: numerus: multitudo. Tantum enim semel siue secundum unitatem: aut vno tantum instanti: est & subsistit omnis intellectualis species in intellectu. pluries autem siue secundum numerum: aut pluribus instantibus subsistit in memoria. Nec possibile est dicas de eadem specie: primo et secundo subsistit in intellectu. sed primo tantum et vnicuique in intellectu: secundo vero diuidue aut quouis numero in memoria. in qua stabilis est: permanens: salua & aeterna. Et hic de intellectu agente & practico loquimur: ut intelligibile specie ab exteriori obiecto emedicat: disquirat: receptat: & eandem ad memoriam cōfessum transmittit. Nam possibilis intellectus est ipsamet memoria. Speculatiuus vero intellectus: pluries eandem speciem: a memoria resumit.

8 **¶** Non est dabile primum temporis instans: quo intellectualis species subsistit in memoria.

¶ Nam omnis intellectualis species: oritur et incipit intellectualis esse in intellectu. Et in eodem per precedentem: solo quo orta est instanti perseverat: confessaque transit ad memoriam. Omnis igitur alio instanti: postquam fuit & cepit esse in intellectu: cum sit in animi thalamo introducta: est & subsistit in memoria. Sed iterque utrumque duo instantia: reliquuntur alia instantia: numero infinita. Impossibile enim est duo instantia: subiunctim in tempore esse attigua & proxima. Post igitur illud primum instans: quo intellectualis species cepit esse in animo: captata & deprehensa ab intellectu: nullum est aliud primum: quo ceperit esse in memoria.

9 **¶** Intellectus (licet intellectualis species primo in eo subsistat) passibilis non est sed sola memoria.

¶ Nam nichil in instanti pati: nullaque momentanea fieri passio dicitur. Fit enim omnis passio in tempore. Intellectualis autem species: solo instanti: habet esse in intellectu. Cetero autem toto tempore & euo: habet esse & stabilitur in memoria. igitur & intellectus ab intellectuali specie: manet impassibilis: sola vero memoria ab ea passibiliter ac diuidue afficitur.

¶ Comparationes intellectus & memorie adiucem. Cap. XIII.

1 **¶** Omnis intelligibilis species est successiua in intellectu: permanens in memoria. **¶** Omnis quippe intellectualis species: solo instanti in intellectu perseverat: in memoria vero. aut secundum tempus aut in futuro toto euo saluatur. Succedit igitur & transit omnis species per intellectum: stat vero figuratur in memoria.

2 **¶** Intellectus aut nichil est: aut tantum vnum est: & continue aliud et aliud. Memoria vero aut nichil est: aut multa: aut omnia.

¶ Intellectus (ut sepe diximus) ab initio nichil est. Nullam enim ingenitam habet speciem: nulla naturali affectus est imagine. Est tamen potentia omnium: & natus est fieri omnia. & aliquando incipit omnia fieri: & continue fit aliquid: quamdiu sigillatim aliqua intelligibilis

spēs illū subit. Et cōt̄ vt probatū est / duo simul intelligere nequeat / sed tantū vnū impers & minimū: nō potest simul esse duo / sed tantū vnū. Impossibile enī est vt due itelligibiles species simul & ex equo in ora / in āgustas & fauces intellectū irrupant / simulque in animo recipiant. Et rurū cū nulla intellectualis species / duobus momentis perseueret in intellectu: intellectus nō est bis idem aut duobus momentis idē. sed cōtinuo species succedit alia species: quoad decursa sit & absoluta itelligibiliū specierū linea sitq; factus oīa intellectū. Est igitur intellectū: alī duo aliud & aliud: & nūq̄ simul duo aut plura. Et hec iterum de practico & acquisituo intellectu / vt prius dicunt. Nā speculatiu⁹ intellectus / qui relicto exteriorē obiecto & mundo: in adytis animi / solā internā mēoriā speculat: immutabilis est & sēper idē. Porro memoria ante operationē practici intellect⁹ nichil est: quippe inanis & vacua. deide fit aliquid / per alicuius speciei susceptionē. Postq̄ vero multis ditata est speciebus: est plurima. Deinde consummato specierū curriculo: cū iā desit intellectus esse practicus: cū circa memoriā speculatiuus esse incipit: memoria est omnia / perpetuo omnia futura.

¶ Intellectus ab initio nichil est / aliquando fit omnia: fact⁹ vero omnia / rursum in fine nichil est. 3

¶ Intellectus: intellectus agēs. Nā is (vt dixim⁹) ab initio nichil est. incipit autē aliquando fieri omnia: & cōtinue fit aliquid & aliquid / aliud & aliud: quoad oīa factus sit. Omnia autē factus / rurū in fine nichil est. Nā vt ab initio nullā gestabat speciem & nichil erat: ita & in fine nullā rurū probatur habere in se speciem. Omnē quippe itelligibilem speciem / deponit i meōria: que sola est oīa & specierū oīm loc⁹. In ipso vero intellectu / nulla p̄seuerat spēs.

¶ Sicut mūdus per sensum / omnia presentat intellectui: ita & intellect⁹ omnia que habet a mūdo / memorie imprimūt. Memoria vero in fine eadem omnia / intellectui presentat. 4

¶ Nichil denegat mūdus humano intellectui: nulla ab eius substrahit intuitu. sed omnem quam in se cōtinet sēfibilem substantiā: eidem per sensū p̄fētat / seq; totū cognitioni & lustrationi eius offert. Similiter et intellectus nichil abscondit a meōria: nichil nō illi cōmendat & ip̄mit. Quicquid pri⁹ per sensū in mūdo (vt practicus) vidit: in illā traducit. Rursum memoria / ne q̄ mūdo / neq; intellectu reperitur infidelior. vt aliquid ab intellectu susceperit: quod nō illius speculationi & arcane actioni obuiam ire iubeat: singula in fine referens ac illi perpetuo obijciēs. Impossibile eī est aliquid interire eorū quē recipiūt in meōria: aut aliquid esse in memoria / quod sit speculatiuo intellectu i peruiū / occultū / incognitū. Tot⁹ enī speculatiuus intellectus: est in tota memoria / vt actus in potentia / totam iugiter perlustrat memoriā illiq; semper adest et omnia que in ea sunt videt. Nepe intellectus & lux est memorie: & opifex autorque eorum omnium que sunt i memoria.

¶ Omnia pri⁹ erāt in mūdo / transierunt per intellectū / facta sūt in meōria. 5

¶ Hec ex precedentibus / euadit q̄ manifestissima. Nā intellectus omnia que sunt in mūdo / in suā transfert memoriā: sibi cōsubstantialē / coeua atq; vnā. Est enim medius inter mūdū et suā ipsius memoriā. vt practicus ab initio / respiciens mūdū: vt vero speculatiuus / in fine / conuersus in meōriā. Igit̄ intellect⁹ trāsitus quidā est: & de flux⁹ oīm a mūdo / ad meōriam.

¶ Memoria est immutabilis. quod semel facta est semper est. 6

¶ Intellectualis spēs postq̄ recepta ē i meōria: p̄seuerat saluaturq; in meōria: & id qd̄ semel facta est meōria: nō mō diu sed semper est futura. Quo enī semel (vt canūt) est ibuta recēs: seruabit odorē testa diu. Est enī meōria stat⁹ / cōseruatio futurū euūq; specierū. sicut & intellectus ex opposito dicīt itelligibiliū specierū mot⁹ / transit⁹ / decursus / tēpus et presēs. Nā sicut de tēpore nō habemus / Vt aiunt / nisi presēs / nūc & instans: et est solū tēpus quando fit & nō p̄manet: euū autē incōsumabile est fixū et permanēs: ita et intellectuales omnes species / in intellectu dūtaxat secūdam nūc et instās presēs residere dicte sunt: in meōria vero stant p̄ euū. Rurū oīs intellectualis species / haud in aliquo alio subsistere nata est: q̄ i minore mūdo et in hoīs anima. intrat autē ac subit hoīs animum / per valvas intellect⁹: a quo euestigio trāsit ad meōriā et recipitur in meōria. Est enī intellect⁹ anterior animi pars: & qui solus omnes intellectuales species / intus admittit. Meōria vero pars est anime interior: cui asseruādas species / intellectus cōmendat. A memoriā vero ad intellectū regress⁹ fieri neq; vllus: vt relinquēs meōriā intellectualis species / ad intellectū & ad ipsa ai ora nauseosa re-

l. qd̄ nauseosa & ca. qd̄ facit


uerat. Et in alio nullo subsistere potest: q̄ in meōria. Perseuerat igitur iugiter ac stat in memoria. Si eni digredi et exterminari ab aia / intellectualē speciē potueris: necesse est vt fiat ei⁹ a meōria / ad intellectū. regressio. sitq; spēs ad intellectū reciproca: vt iisdē valuis / quib⁹ minorē mūdū aimq; subit / sese foris nauosia pripiat. Omnis autē speciēs ostēsa est / tantū semel & vno instātū: nata esse in faucib⁹ intellect⁹. Rurs⁹ itelligibilū entū / nichil interit. Intellect⁹ alis autē speciēs est intelligibilis quiddā. iterit igit ipsa nūq̄. Et si nūq̄ iterit: seper est et subsistit. vbi esse & subsistere est nata: scilicet i miore mūdo / in animo / in deniq; meōria. Est igit et animus et meōria / mutabilis: & quicquid semel est facta seper est futura. Intellige rurū lineam eui / cui simillimus est animus. Est enim animus immortalis: creatus in euo / habens durationis initium / finem nullum habiturus. linea vero eui / ab certo pariter orta initio: nullam periodū offendit. Si igitur totus animus / similis est euo: erit prima & anterior animi pars (quam vocamus intellectū) simillima eui initio / id est primario toti⁹ eui pūcto siue ipsi⁹ eui origini. reliqua vero animi pars / quam memoriam vocam⁹: similis erit ei toti⁹ / quod in euo post primū eius punctum relinquitur. Hoc autem est infinitū et sine fine. Est itaq; et memoria sine fine: et quicquid est in memoria / memorie cōuiternum. Est enim intellectus duntaxat punctum / fons & ortus intellectualū specierum. Memoria vero earum est infinita / linea numerus / conseruatio et euum.

7 **I**ntellectus sigillatim est omnia: memoria vero est omnia simul.

CNam per omnia / discurrit intellectus. et cōtinue est aliud & aliud: quoad sit absoluta intelligibilium linea. Omnia autem continue recipiuntur in memoria & conseruātur in memoria. & quecūq; ab initio ad finem / in ea recepta sunt: simul in ea perseuerant. In fine igit illi omnia infunt. & est ipsa omnia simul.

8 **A** mundo ad intellectum / vna fit pyramis sensibilis: ab intellectu vero ad memoriam reliqua intellectualis.

CFigura que exurgit a tota simul multitudine / ad vnitatem: aut ab vnitatem / ad totam pluralitatem: aut est pyramis / aut pyramidi similis. In mundo autē est et subsistit tota entū multitudo: versanturq; in eo cuncta simul sensibilis. Similiter et in memoria / tota subsistit intellectualium specierum frequentia: in qua omnes intellectuales species sunt / saluāturq; simul. Mundus igitur simul est oia: itidem et memoria simul omnia. Intellectus autem nunq̄ est omnia simul: sed continue tantum vnum / minimum / & impers. Est igitur intellectus apex mundi et memorie & vtriusq; centrum. A mundo itaq; et memoria ad intellectum: sunt in vtrāq; partem / due pyramides. sensibilis vna: cuius basis mūd⁹ / alia intellectualis: cuius basis / memoria. Intellectus vero conus est et vertex communis vtriusq;.



9 **M**emoria perinde atq; intellectus: est indiuisibilis et impartibilis.

CNā meōria est intellectui cōsubstāntialis: rei tārtū & ratiōis discriminē: ab intellectu distinguēda. Sunt enī intellect⁹ et meōria: vni⁹ rationalis & immortalis aie / vna atq; idiuidua substātia que (vt aiūt) tota est toti corpori: & tota cuiuslibet ei⁹ pti p̄sens. Est igitur memoria euidē naturae / cui⁹ & intellect⁹: imaterialis / incorruptibilis / insensibilis / simplex / nō quāta / idiuidua & iptiabilis. Quicquid enim diuidi potest: sensibile / materiale & corruptibile sit / oportet.

10 **V**nde fit vt in memoria / sint omnia vtrobiq; simul: & tempore & loco.

CSensibiliū substātiarū & eorūq; sūt in mūdo: differentias ac circūstātie sūt tēp⁹ & loc⁹. Nā scdm locū & tēp⁹: q̄rtuor sūt res: essēdi siml' modi. Aut ei aliq; & tēpore et loco diuidūf. vt Nabuchodonosor & Dauid. hic enī tēpore prior & ātior: ille posterior. hic hierosolimorū: ille Babyloniorū regno potiti sūt. Aut aliqua loco quidē cōiūcta sūt: tēpore diducta: vt Dauid & Iosias. Ambo enī diuersis etatib⁹ / hierosolimorū reges extitere. Aut loco diducta sūt: tēpore cōiūcta: vt Dauid & Naas amonites. Ambo quippe synchroni & cōtēporanei: diuersis in locis regni sceptris p̄fuere: Dauid in Iherusalē / Naas in Rabath filiorū Ammon. Aut aliq; demū loco et tempore sunt simul / hoc autem modo / nulla in mundo subsistunt entia. Nam quecūq; in mundo sunt / sensibilia sunt: & que sine aut vtriusq; aut alterius (loci scilicet aut temporis) differentia / subsistere nequeunt. Quod igitur fieri nequit in mūdo: commodius fit et adimpletur in homine / mundo minore. cuius impers & insensibilis memoria: simul omnia / suis finibus excipit. omnem intra se recludit speciem: nō modo simul loco & tempore / sed & supra locum & tempus / modo quopiam sensibilibus eminentiore.

c ij

Primus	Posterius	Prius	Posterius	Prius	Secundus
	Nabuchodonosor Babylon	Dauid Iherim		Iofias	
Præteritū			Idem tempus		
Tertius	Naas	Dauid	Quartus	Hoc modo nulla in mundo sunt simul	
	Rabath	Iherim		Idem locus	

¶ Que sit figura intellectui & que memorie apta.
Cap. XV.

Intellectus est ut

¶ **I**ntellectus natus est per omnia ferri | discurrere | penetrare: memoria vero stare immobilis est nata.

¶ **I**ntellectus ex actu omni: omnia ediscit. haurit vniuersorum species: refertque cunctorum vestigia & sigillaria ad memoriā. Debet igitur sensibilibus euectus ferri & discurrere per mundum & penetrare per omnia. ut in ipsis rerum adytis factus: ut intra omnia receptus: rerum naturam clarius emendullatus & intimius rimetur: scrutetur: intueatur. Memoria autem stare immobilis est nata & subsistere intellectui: ut quod nichil a mundo: sed omnia ab intellectu postolatur. Fit enim intellectus eminens: quodam motu & ab ipso mundo omnia. Memoria vero cominus: sine motu & ab ipso intellectu: omnia fit. Est autem seniorior a mundo intellectus: quod ab intellectu memoria. breuioreque ratio: memoria ab intellectu: quod intellectus a mundo rerum species desumit.

¶ **V**nde fit ut intellectui ad motum & penetrandum per omnia: proprium sit acumen.

¶ **N**am cuiuscumque inest acumen et angularis apex: id facillime per omnia fertur: ac penetrat et intra cuncta: nulla vi admittitur. Ut angulus acutus: facillime omnia subibit et cuncta subulabit: quod obtusus. aptior quoque est ad motum: quod obtusus. difficilius quippe resistit mediū acuto angulo quod obtuso. minusque ab obtuso angulo: diuelluntur aer aut aqua: per quod delatio motus exercetur: quod ab acuto.

¶ **I**ntellectus est maxime actiuitatis & nullius continentie. Memoria nullius actiuitatis est & maxime continentie.



¶ **I**ntellectus est suapte natura agens: memoria vero passibilis. Quas cumque enim species captat a mundo intellectus: haud sibi ipsi illas imprimit: sed statim commēdat memorie. que licet nullius sit actiuitatis: nullaque disquirat a mundo species: dispansissima tamen est et amplissima continentie. Omnia quippe in illam deriuantur: in ea fulcuntur saluaturque: quecumque practicus intellectus circa mundum negociosus: in animum introducit.

¶ **A**ngulus acutus: intellectui est proprius: obtusus vero memorie.

¶ **N**am acutus angulus: est ad penetrandum aptior obtuso: & minoris continentie & capacitatis. Obtusus vero cum ad penetrandum sit hebes: continentie tantum & capacitatis: reperitur esse maioris.

¶ **I**ntellectus et memoria: a diuicem sunt transpositi.

¶ **N**am finge intellectum: angulum esse acutum: memoriā vero obtusum. Intellectus velut dux prius & prior animi: suapte natura in ante pergit per omnia penetrans. Memoria vero pedissequa intellectus: omnia que ab illo captant in sese recepat & saluat. Est igitur anguli acuti (qui est intellectus) acumen in ante conuertendum. Anguli vero obtusi (que est memoria) latera sunt in ante conuertenda: acumen vero posterius. Hoc ei pacto memoria ab utraque parte & latere: complectetur: recipiet: ambibit: quod prius intellectui occurrerit.



parochus. i. dux nuptiarum

Angelicus intellectus anterior est humano: humanus vero angelico posterior: et ut angelici profundum et ultimum.

¶ Angelicus intellectus antiquior est humano: & i anteriore ad deū parte collocatus: velut prius & dux hūane in deū subuectionis. Humanus vero post angelicū factus & situs est: tanq̄ inū & pfundū intellectuū diuineq; lucis & cognitiōis vltimū.

¶ Vnde fit vt angelicus intellectus et humanus: sese adinuicem habeāt vt intellectus & memoria.

¶ Nā sicut intellectus est anterior animi pars: in ipsius aie valuis & aditib⁹ collocata: memoria vero interior aie pars: residēs sub intellectu: ita & angelic⁹ intellect⁹ humano antistat intellectu deo vicinior & ppior. Hūan⁹ vero stat sub angelico: eo paulo inferior. Et sicut primogenia dūtaxat eiusdē intelligibilis sp̄i captatio: ē vere intelligētia: secūda vero ei⁹ speculationis vere & simpliciter est intelligētia: sed intelligētie resūptio & iteratio: quā vocam⁹ memoriā: ita & solus angelicus intellect⁹ est vere simpliciter & primogeni⁹ intellect⁹: & vt intellectualis vnitas. Human⁹ vero haud simpliciter & vere est intellectus: sed secūdus intellectus & primū intellect⁹ iteratio: resūptio: dualitas: & velut quedā angelici intellect⁹ memoriā. Diffinim⁹ enī pri⁹ intellectu simplicitate: primitate & vnitate: memoriā vero dualitate & alio quouis numero.

¶ Diuine lucis radius ortus a deo: transit per angelicum intellectū: stat manetq; in humano.

¶ Sicut in hoīe intellect⁹ est trāsīt⁹ oīm intellectualiū specierū: que sensibilibiter oriūtur a mūdo: earū vero stat⁹ & vltimū dicta est memoria: ita & angelic⁹ intellect⁹ transitus qdā est & iplūiū diuine lucis: q̄ a deo sui mot⁹ habet initiū. hūan⁹ vero stat⁹ ē & meta eiusdē lucis: q̄ in hūana mente collecta: in diuinā quādā specie vultūq; figurat. Sicut enī nulla intellectualis species: p̄ueerat aut manet in intellectu: sed penetrās p̄ intellectu: fert transitq; cōfesti ad memoriā: ita & diuina illa lux: recepta primū in angelico intellectu: in illo haudquaq; figit aut immobilis cōtinet: sed p̄ illi⁹ trāsparētiā: i hūanū vsq; intellectu defertur.

¶ Vnde manifestum est deum ad vtrūq; intellectu: eo se modo habere: quo mundus ad humanum intellectum & humanam memoriam.

¶ In primaria & ^{in foris in foris} excurānea eruditiōe & cōsumatiōe hūani intellect⁹ a mūdo: p̄sensibilium species: initiū mot⁹ & ort⁹ specterū est mūd⁹. Mediū vero earūq; trāsīt⁹: hūan⁹ intellect⁹. Finis autē motus & specierū status: hūana memoriā. In hoc itaq; motu ante mūdū nichil est & post memoriā nichil. In arcana autē alia potiore eruditiōe & cōsumatione hūani intellectus a deo: siue i susceptiōe intelligibilis iuisibilisq; lucis: de⁹ p̄iter est toti⁹ mot⁹ initiū & fōs expetite a mēte claritatis. Angelic⁹ vero intellect⁹ mediū est: p̄ quod lux eadē succedit atq; defert. Human⁹ autē finis & diuine eiusdē lucis stat⁹. Est igitur de⁹ ad angelicū & humanū intellectu: sicut mūd⁹ ad humanū intellectu humanāq; memoriā. Vnde fit vt ante deū: nullum sit diuine lucis iubar: & post hominē iterū nullū. sicut neq; ante mūdū: vlla est cōsibilis species: neq; post memoriā vlla. Diuina quoq; lux: i deo est vt i fōte. In āgelo: vt i fluuio & delatione sui. In homine vero vt in mari siue curriculi periodo: ^{in finali tēte}

Deus primum ab eterno sibi ipsi cognitus est: deinde angelico intellectui innotuit. postea humano: ac deinceps alteri nulli

¶ Lux est eorū que abdita: arcana & incognita sūt: apparitio: sciētia: referatio & demonstratio. Lux autē primū in deo est: qui et ipse tota: sincera & imaculata lux esse diffinit: q̄ sibi ipsi ab eterno aderat: semetipsā cōtuebat: librabat: appēdebat. Deinde diuina illa lux creationis motu extra se p̄fecta: duo sibi susceptacula: domicilia & naturalia specula adaptat: ut: angelicū hūanūq; intellectu. & in angelico primū recepta: demū p̄ eūdē: i hūanū quoq; intellectu deriuari voluit: atq; in eo ipso figi colligi & figurari: sui splēdoris iubar. Nichil q̄ post humanū intellectu: diuine illi⁹ inuisibilis lucis: efficitur capax. Igitur de⁹ i primis & ab eterno sibi ipsi: modo nobis ignoto: cognit⁹ & perui⁹ extitit. Angelico deinde intellectu & humano: per inhabitatiōe diuine sue lucis: post creata secula innotescit.

¶ Vnde fit vt trina sit diuina cognitio: diuina: angelica: humana.

¶ Quod p̄fectū est: trinū est. Diuina autē cognitio & sciētia: est p̄fectū qdā. diuina igitur sciētia: est & trina: diuina: angelica: humana. Diuina: est qua de⁹ deo pellucet & peruius fit.

in infligere

Angelica: qua deū angel⁹ cōtēplā. Humana qua de⁹ hoī suffulget & inotescit. Et he tres sciēte sūt ei⁹ dē obiecti scilicet dei: sed diuersorū subiectorū dei/ angeli/ hominis.

¶ Sciētia dei prima mēs est: secūda intellectus/ tertia/ ratio.

- 7 ¶ Hec tria mēs/ intellect⁹ / ratio: licet a plerisq; nullā putent habere differētiā/ latissimo tamen distant iteru⁹ alio. Nā mēs est sol⁹ dei. Intellect⁹ angeli. Ratio hoīs. Mēs enī dicitur eā vis: qua de⁹ seipsū phēdit & intuetur. Intellect⁹: qua de⁹ ab angelo captat. Ratio qua de⁹ ab hoīe. Mēs est qua idē dinoscitur a seipso. Intellect⁹: quo pximū pximo et attiguit/ sit e medio reuelatur. Ratio qua q̄ medio aliquo interhiante discluditur: sibi uicē p mediū nudantur. Rationi q̄ppe propriū est: vt p mediū discurrens sentū/ ad finē oggrassetur. Igitur & deus ipse cū sit vnicū & sui et āgeli/ & hoīs obiectū: a seipso mēte dinoscitur/ ab āgelo itelle dū & sine medio. ab hoīe vero: ratio ep mediū angelū discurrete/ subulāte & p̄q̄te finē.
- 8 ¶ Cognitio ratione humana inferior/ sensus dicitur: ad quam vlt⁹ diuine lucis/ inuisibilis radius minime pertingit.

¶ Sub hūana ratioe/ alia est cognitio quā sentū vocam⁹: ad quā vlt⁹ minime ptingit/ diuine lucis imaculatū iubar. Et hec vltima & extrema est cognitionū oīm: & velut oīs diuine sciētie nox/ occasus/ tenebre atq; ypostasis. Sicut enī terra/ pstantiorib⁹ trib⁹ elemētis subsidens: suo pōdere in imo & mūdi cētro colligit: ita & sensitiua dinoscēdi vis/ a ceteris intellectuāliū cognitionū viribus/ velut abiecta & humistrata tērripān⁹ vice calcatur & postergatur. Et sicut terrā cū superiorib⁹ trib⁹ elemētis/ cōuenit seime solo noīe elemēti (Sūt enī quatuor elemēta ita & sens⁹ cognitio/ pene solo noīe/ ceteris tribus cōtēplatiuis facultatibus copulatur: cū sit & vocetur cognitio. Sūt enī cognitiones quatuor. Et sicut tria prestā tiora elemēta ignis/ aer/ aqua: iterna aliqua vi motrice & naturali agitatione p̄dita cernunt (Ignis siquidē ab actū p̄prio fertur cōcitatūque in altū. Vent⁹ qui aer quidā est in latū rapitur. Aqua p seipsā vitale actū gerēs: in lōgū diluitat eq; suis fōtib⁹ in mare labitur. Terra vero velut fex & retrimentū superiorū elemētorū: suapte natura manet imota/ q; nullana locorū differētiā p seipsā defertur) ita & celsiores tres cognitiones: mens intellect⁹/ ratio/ hāc adinuicē cognationē habēt: q; sunt cognitiones diuine/ que circa deū vt obiectū versētur. Mēs etenim vt ignis tēdit in altum. Intellectui lateralis aspectus cōgruit. Ratio/ in lōgum fertur. Mēs vt corp⁹ est. Intellect⁹ vt superficies. Ratio vt linea. Extrema vero sens⁹ cognitio & pūcto & terre similis dicat. puncto: q; caret iteru⁹ alio sitq; cognitionū breuissima. que supra aut extra corp⁹ fundi nequeat: q; nichil aliud/ q̄ corporeū & materiale: captare & inueneri sit nara. Terre vero eadē de causa: q; pressa in imo/ celos exterebrare/ celestia rimari entia vetet. que diuino lumine/ nulq; feriat: sitq; diuine totius gnaritudinis/ scientie & allurrectionis expers.

*Ypostasis. r. pstantia
mixtura sine forma
r. pmodiat materia,
Tērripānū / qd cū pulli
pascitur ex ortu de
radit - r. terrā pascit.*

¶ Libri de intellectu finis. Gratie deo vtriusq;
intellectus opifici totiusq; lucis fonti
inuisibili.



F

H

T abula eorum que in libro de intellectu pertractantur.	
Libri de intellectu capita	16
Cap. I.	
Q ^z tantum gemini creati intellectus propositiones	10
Cap. II.	
De simplicitate angelici intellectus: & permixtione humani. propōnes.	9
Cap. III.	
Q ^z deus est vtriusq ^z intellectus obiectum	Propōnes. 9
Cap. IIII.	
De vtriusq ^z intellectus speculari natura: & amborum illustratione a deo.	
Propositiones.	7
Cap. V.	
Q ^z Angelicus intellectus sit interior & cōtemplatiuus: hūanus vero vt exterior/practicus/actiuus. Propositiones.	7
Cap. VI.	
Q ^z diuina mens omnia in angelico concepit intellectu: scripsit in humano.	
Propositiones.	8
Cap. VII.	
De duplici actione hūani intellect ⁹ : praxi scilicet & cōtēplatiōe	Propōnes. 10
Cap. VIII.	
De ortu intellectualium, specierum a mundo: transitu earum per humanū intellectum & statu earum dē in memoria. Propositiones.	10
Cap. IX.	
Q ^z omnia prius fuerunt in intellectu: & extra intellectum facta tandem in intellectum reuertantur. Propositiones.	8
Cap. X.	
Quo pacto humanus intellectus dicatur esse in corpore: & non esse in corpore. Propositiones.	8
Cap. XI.	
Q ^z vterq ^z intellectus eo quo creatus est modo consumatur. Propositiones.	6
Cap. XII.	
Q ^z angelici & humani intellectus se habent quomodo fluxe et permanētes qualitates. Propositiones.	9
Cap. XIII.	
Q ^z intellectus simul multa non intelligit. Propositiones.	9
Cap. XIII.	
Comparationes intellectus & memorie adinuicem. Propositiones.	10
Cap. XV.	
Que sit figura intellectui & que memorie apta. Propositiones	10
Cap. XVI. <i>et vltimū</i>	
Q ^z angelicus intellectus ad hūanū est vt intellectus ad meōriā. Propōnes.	8

CAROLVS BOVILLVS SAMAROBRI NVS AMPLIS-
SIMO PATRI CAROLO DE GENLIS PONTIFICI NO-
VIODVNENSI. S. P. D.




Vm libellum de intellectu imprimis edidiffem / sacratiffime
presul: tantisper laxatis mentis habenis / a nouorum opuscu-
lorū editione supsedebā: quoad menti ingereret sese / quid po-
tiffimū post intellectu afferrem in medium: cuiue generi eme-
dullādo atq; retegēdo / nostra famularetur oratio. Affuit autē
intellectui / presertim hūano: de seipso quoq; verba facere a nobis ipetrauit.
Egre quippe ferebat / si vim intellectiuā prouidam toti⁹ humane rei dome-
sticem matrem familias / ceterarumq; viriū sagaciffimā moderatricem / prolo-
quuti effatiq; eramus: nisi & quotquot eidem subsint ancillule / quibusue illi
ministrāt ordinib⁹ pari tractatulo pmerem⁹. Rat⁹ itaq; hanc sensuū obiu-
gationem merito cōpescendam / satisq; esse faciendū humani intellect⁹ pedis-
sequis: vniuersā ei⁹ diētelā hoc opere pro viribus referendā suscepī. Est autē
sensuū turba: in hēxadis primi pfecti nuēri examine ac lance / perpulcre pen-
sata / discreta & numerata. Quinq; enī sunt quos limentinos & excutaneos
nūcupare solem⁹: Tactus / Gustus / Olfact⁹ / Visus / Audit⁹ / qui ad hūani cor-
poris podium & cuticulā exporrecti: eorū que citra hominē sunt / censores
euadunt & arbitri. primūq; mūdunarum specierum cōmeatum: suis infun-
dibulis / in hominis exedras ac thalamos iportant. Superest vero sensus ali⁹ /
horum quinq; sensuum materialis apēx: natura subcutaneus / intern⁹ abdi-
tusq; i cerebro: quam nos imaginationem vimq; noctilucorum spectrorum
ac visorum inspectricem / nuncupamus. Hec enim solerti officio / specierum
defecationi iussa preeffe: allata ab extimis limentinisue sensibus mundana-
rum rerum sigillaria ac species (elimata prius ab eis omni materialū atomo-
rum scobe) in penetralia intellectus / in toti⁹ hūane cognitionis penitiffimū
secessum & eminentiffimum verticē transmittit. Nā intellectus & huic imagi-
natiue facultati & excutaneis sēsibus presidens: supremā hoinis operationē
moliit / pacitq; animū defecatiffimarū & imaterialiū specierū suffitu. His ete-
nim septenis cognitionum viribus: natura minorem mūdum / maiori mūdo
commode exequauit. tantisq; facibus / humanā substantiam illustrauit: quā-
tis errorum lampadibus maioribusue ignib⁹ celestia corpora succendit atq;
adornauit. Que igitur post tractatulum de intellectu / orsi de sensu dicere / in
opusculi formā redegimus: sub clariffimi tui nominis tutelam / prelo demā-
dari curauimus. quo & posticā liuidulorum sannam ac Rhinocerotiam na-
sitatem / nichil expallescant: & illustriorem sibi lucem vendicent. Vale.
d

Hexas ad 4. Sextinas
Sextinos / exiles

Podium long. pōctiq; ex domi
instar pulpiti. ex q; spectat solz
Infundibulū / instum q
liges infundit in vasa
Exedra / ora sūt sparsa in
domib; q; trichina / carne
teu: / feminae de
Spectru tri.

Suffitu / trinitati
Suffire / trinitate

Peculi dicitur / affura libria
instum / ubi q; libris pōctiq;
Sanna / ē soluz dicitur: a nas
vni sonitu. In stōmace / gredere
Rhinocerotia / nasitas / Afram
D. lenta derisione accipit.



ARBOR COGNITIVARVM ANIMAE VIRIVM.

ET OBIECTORVM EARVM DEM.

CAROLI BOVILLI SAMAROBRINI: LIBER DE SENSI-
BVS AD REVERENDVM IN CHRISTO PATREM CA-
ROLV M DE GENLIS PRESVLEM NOVIODVNENSEM.

¶ Sensus diuissio.

Cap. I.



Ensuum alius est exterior/ alius interior. Exterior in humani corporis superficie situs est/ maiori mūdo exposit⁹. Interior vero intus abditus est: & minoris mundi sensus.

¶ Exterior sensus in humani corporis superficie sit⁹ dicit⁹/ ob sua organa: que in apto & propatulo sūt/ i valuis hūani corporis a natura sita & col- locata. Sunt enim velut spiracula & infumibula quedā: iterius delitefcē- tis aialis flamme/ humaniq; spirit⁹ ppetuo sese in corpore agitātis. Inte- rior vero sens⁹ i corpe abdit⁹ est/ situsq; in pfundo: velut exteriorū sensuū centrū/ oibus cō- mune. ad quem (vt ad mare omnes aque) exteri omnes sensus/ omnesq; scēbiles species fe- runtur/ rapiuntur/ terminantur.

Infumibula/ vt sicut dicitur

2 ¶ Minor mūdus/ in medio est maioris mundi: eiusq; loc⁹ est maior mūdus.

¶ Minor mūd⁹ est hō. maior vero mūd⁹: est oīs pter hoīnē substantia/ siue creata siue icrea- ta. Nā quicquid est pter hominē: quoquo pacto hūano aut sensui aut intellectui obiectū dinosci & cōprehēdi ab hoīe potest. Si autē specialit⁹ maiorē mundū sumi volueris: dicemus maiorē mundū esse: quicquid est pter hoīnē sensibile/ quicquid eius sensib⁹ obiectū. vt vni- uersā mūdi machinā/ a terra ad firmamētū. quā dicim⁹ naturalē esse hominis locū: & in eius medio creatū hoīnē/ natūq; subsistere. Nā cū terra sit toti⁹ mūdi mediū & cētrū: homo nat⁹ fact⁹q; in superficie terre/ degit in mūdi medio. Etenī terra celi & firmamēti collatione/ nul- lius quātītatis & molis est: sed vt mīma idiuīdua/ & vt ipartibile quiddā mūdi cētrū. Ea igit quātitas q̄ est a terre cētro/ ad ei⁹ superficiē (que est toti⁹ terrene molis & profūditatis semid⁹- ameter) cū celo collata/ sit nulla & ipartibilis: liquet hominem terrene superficie accolam: haud min⁹ esse in vero firmamēti totūq; mūdi medio/ q̄ si in ipso degeret terre cētro.

*Qd hic p minore mūdū
qd p maiore vult itēge.*



*Dynamet/ linea dunder
mūdi p mūdū cētrū p.*

3 ¶ Totus maior mundus/ toti minori: totusq; minor toti maiori adest.

¶ Sicut loc⁹ corp⁹ & locatū sūt attigua/ seq; cōtingunt mutuis superficieb⁹ cōcaua & cōue- xa: ita & ambo mūdi minor & maior/ inuicē sūt pximi & attigui. Minoris quippe superficies cōuexa/ maioris cōcauā exolculat. Est enī minor mūdus/ in medio maioris a natura situs. totoq; maiore ambi⁹: vt ab illo & substantiā & virtutē et pfectionē recipiat: vt que illi⁹ vndecūq; defluētib⁹ in se radijs ferriatur. Et nichil est in maiore mūdo (id est sub firmamēto) quod nō propter minorē sit factū: idq; oē natū est trāfferri & iportari in hominē. Est enī minor mūd⁹ maioris finis. Maior vero minoris domiciliū & habitaculū: vniuersā q̄que habet hoī pferās ei⁹ p sens⁹ infundēs. Et quicquid est hoīnis est ex maiore mūdo: & quicqd est maioris mū- di: ppter hoīnē est. Et siquid est maioris mūdi qd nō est propter hoīnē: id ociosū/ inane & sine fine dicatur. Habent igit maior/ minorq; mūd⁹ maximā adinuicē nature cognationē: vt alter alteri/ tot⁹ semper adsit & quecunq; sunt vnius: sint aut alterius/ aut ex alio.

*Mundum
ppter ho-
minē factū.*

4 ¶ Maior mundus minore natura prior est: agitq; in minorem.

¶ Maior mūdus minoris est domiciliū. prior igit a deo creat⁹ est maior mund⁹. qui cū ppter minorē fact⁹ sit: minor mūd⁹ prior extitit in itētione / & mēte diuina. vt q̄ ab eterno p spe- clata & cōtēplata minorē/ suāq; imaginē: fabricare i primis cepit illi⁹ habitaculū mansionē ac domū: deide illā pductā eidē i fudit. Agit autē maior mūd⁹ i minorē: nō vt pstat⁹: sed ius- sus a deo illi famulari. & oīm/ quas in se gestat/ rerū/ sensibiles illi ministrare/ offerre ac plē- tare species: quibus ad maioris substantiam & equalitatem/ minor est assumendus. Vnde fit vt minor mundus/ maiori adsit: cōuexa sui superficie. Maior vero minori superficie sui cō- caua. Est enim cōuexa superficies passionis propria. Cōcaua vero actionis ē terminus.

Illatio.

5 ¶ Maior mundus adest soli minori non sibi ipsi: minor vero & maiori adest & sibi ipsi.

¶ Id alicui adest: quod ei iungitur atq; inseritur. Maior autem mundus/ cum totus propter minorem esse dictus sit: adest rotus minori/ transfertur/ transitq; in minorem: & vt principiū in finem illi iungitur/ inseriturq;. Omnis enim maioris mundi intētio est: vt sese recta in illū

d ij

infundat/ eumq; omni sua substantia specierum virtute impleat. Porro nulla maiori mūdo inest virtus: qua reciprocari reuerti in seipsum/ sibiipfi adesse/ seq; itueri possit. vt qui haudquaq; propter se/ sed propter alium factus/ illi se totum insinuet. Minor vero mundus exteriore quidem sensu maiori astat mundo: factusq; extra seipsum/ eū totum perlustrat. Interiore vero sensu in seipsum reciprocus: relicto mundo sibiipfi adest. atq; intra seipsum/ asseruat omnia rerum spectris & imaginibus: vniuersa speculatur.

Sensus exterior est maioris & minoris mundi copula.

Nam per sensuum organa/ hominis animus discēdi auidus: quoquopacto sese corporis claustris exeret/ imiscetq; toti sensibili mundo/ ac per singula diuidue fertur. & per eadē sensoria rerum omnū species ab exteriore & maiore mundo: in minorem & interiorem mundum ad sensū vsq; interiorē & phantasiā deuoluunt. Est igitur is sensus qui in humani corporis superficie sit⁹ est (quē exteriorem vocamus) vtriusq; mundi maioris/ minorisq; copula/ nexus & vinculū: idq; quo minor mundus in maiore/ maiorq; in minore sit

Quemadmodum corpus/ naturale est anime vehiculum: ita & sensus ip⁹ sius intellectus.

Sicut hominis anima non per se/ sed per corpus est in sensibili mūdo/ vt que corporis vehiculo super terram inambulat: ita & hominis intellectus (que est suprema & spiritalis pars animi) haud per se. sed per sensus & in ipsis sensibus inuectus: sensibiles substantias speculari natus est. quemadmodum latius in libro de intellectu docuimus.

Homo est anima mundi.

Nam sicut hominis corp⁹ ad eius animā: ita & mūdos totus ad hominem. Et sicut hoīs anima ad suū ipsius corpus: ita & homo ad vniuersū. Presidet enī anima toti corpori/ illud regit/ & implet. estq; corporis finis ac tā sibiipfi q̄ corpori adest. sibiipfi quidē pvim intellectuā: qua nichil corpori cōmunis est/ sed in seipsa manet. corpori vero/ per vtrumq; sensū interiorem & exteriorē: quorum operationes exercet p̄ficietq; in corpore. Homo autē idētidē toti preest mundo/ velut totius mundi finis. & (vt dictū est) tam sibiipfi q̄ vniuerso adesse potest. sibiipfi bifariam/ geminisq; viribus: intellectu scilicet & interiore sensū. His etenī genunis viribus receptui a mundo canit/ reditq; in seipsum. Adest autem mūdo solo exteriore sensu: quo extra seipsum sit/ ipsiq; mundo concreditur. Porro tā mundus q̄ hominis corpus/ nullo pacto sibi adesse queunt: sed dūtaxat his adsunt/ propter que facta sunt: mund⁹ homini/ corpus anime. Carent enim mundus & hoīs corpus circulari omni vi: qua in seipsa conuertantur. sed recta mund⁹ homini/ corpus anime a natura adesse/ ancillari famulariq; iubētur. Vnde fit vt hoīs anima sit minor anima: homo vero totus/ aīa maior/ idest maioris mūdi. & haud min⁹ ad vniuersi cōplementū/ & substantiālē integritatē sit necessarius homo: q̄ ad hominis substantiā aīa. & sicut qui ab hoīe tollit aīam/ hominē soluit: relicto sine vita moribūdo corpore: ita & q̄ ab vniuerso hominem tollit: vniuersi omniumq; rerū p̄miscet ordines: omnia sine fine octosa & inania relinquēs.

Interioris & exterioris sensus differentie.

Cap. II.

Exterioris sensus/ fluxa est & presentanea operatio. Interioris vero fixa & permanens.

Fit enim exterior sensatio dūtaxat presentibus obiectis & sensibilibus substantiis: quarum absentia/ statim & ipsam sensationem intermittere oportet. Est enī sensus exterior: in anteriore hominis parte & humani corporis superficie collocatus. et maiori expositus mundo/ obuiusq; speciebus: que assidue a sensibilibus substantiis manātes ad hominē feruntur. He autem species in exteriorum sensuum organa atq; sensoria/ haudquaq; permanent: sed ad breue euāside disparent atq; p̄tereunt. Que tamē ad interiorem vsq; penetrāt: in eo sistuntur ac permanent/ suntq; interiori sensui obiectorum & sensibilium substantiarū loco. hoc enī pacto mater omnū natura/ homini minori mundo puidit/ cavit/ prospexit: vt qui non semper adest mundo et sensibiles substantias habet presentes: earū intra se (vt i interiorē sensu) spectra et phantasmata/ retentet. i quib⁹ vis ipsius intuitua assidue sese p̄ veris substantiis imaginum speculatione exerceat.

Interior sensus: est vt exterioris memoria.

Nā sicut i libro de intellectu dixim⁹: intellectū valuas eē & āteriorē aīe ptē/ mēoriā vero interiorē et intellectū spērū acq̄sitiuū/ mēoriam vero earū cōseruatiuā: ita & de vtroq; sensu dicere licet.

Spectru

Receptiu canit. r. reuerti. reuerti.

Quo pacto
& homo
ad sit mūdo.

Euāside aīa/ q̄ p̄ p̄ d̄no
euāscit.

Illatio.

sed secundam permanētem/fixam/stabilē. Et velut quoddam humane. eruditionis/ ac per-
fectionis initium. Et sicut in libro de intellectu diximus nō moueri intellectum sine memo-
ria/ ita et hoc in loco dicendum est/ haud sensum extimū sine intimo moueri. Aliud quoq;
huic simile inferre possumus: scilicet non moueri sensum vllum sine intellectu. et nichila
mundo ad hominis superficiem & exteriorem sensum perferri: quod non ad vsq; eius inti-
ma/intellectum et memoriam penetret inq; fundum vsq; animi deriuetur.

¶ Et interior sensus exteriorem: et exterior interiorem ciet mouetq; .

¶ Sensus interior (vtpote perfectior) prior est in intētionē/ exteriore sensu: exterior vero
prior/ sola operatione. Et exterioris operatio/ est propter interiorem: vt luc impleatur & per-
ficiatur omni sensibili specie. Sicut & intellectus prior est intentione et perfectior vtroq; sē-
su. Posterior tamē est intellectus operatio/ operatiōe sēsus: et ambo sensus/ propter intelle-
ctum facti. Quemadmodum igitur consumandus perficiendusue intellectus/ sēsum impri-
mis ciet/ excitat ac mouet: illumq; mundo explicat/ per quem species a mundo ad se intro-
ducende sunt: ita & interior sensus primitus exteriorem mouet/ illum aperit exponitq; mū-
do. Postremo vero exterior recepta a mundo specie: eā in interiorem sensum traducit. atq;
hoc pacto interiorem mouet. Imprimis igitur intellectus interiorem mouet sensum: interior
vero exteriorē deinde motitat. Postremo speciem traducendo/ mūdus exteriorem ciet. Ex-
terior interiorem: interior intellectū/ a quo memoria que est hominis vltimū mouetur .

¶ Exterior sensus est iterdiu vegetior: Interior vero nocte serenior & clarior.

¶ Diximus exteriorem sensationem/ fieri duntaxat in sensibilibus substantiarum et mundi
presentia. Interiorem vero absentibus etiam rebus fieri: per spectra & phātasinata. Est autē
sensibile substantiarum & mundi presentia dies: eorum vero absentia nox et tenebre. Et
sensitiua vis que ab intus manans: exteriore sensus vegetat eosq; in actu & officio cōtinet:
presente sole/ exteriora opplet sensoria. Abcessu vero solis: intus se colligit/ eoq; reuertitur
vnde manarat. cuius absentia/ exteriore sensus aut elanguidi fatiscunt: aut penitus inter-
mittunt. Interior autē sensus/ geminis ex causis (& exterioris interpolatione/ & veluti rece-
pta tota virtute) serenior/ clarior et lucidior se prodit.

¶ Interior sēsatio sine exteriore fieri potest: exterior vero sine iteriore nūq; .

¶ Exterior enī sēsatio: fit dūtaxat p̄sētib; sensibilibus substātijs. Interior vero & p̄sētib; &
absentibus. Et sensus interior (vt diximus) imprimis ciet/ mouetq; exteriorem: atq; illi sēper
adest: vt largiens virtutem/ illumq; adaperiens & explicans mundo. Exterior autem nō sēp
interiori adest aut interiorem mouet: sed dūtaxat cum in illum sensibilem traducit specie.
qua intus suscepta: vbi receptui canit interior/ seq; ad se ipsum reuocat: spoliatur illico exte-
rior sensitiua virtute. eiusq; sēsatio tam diu intermittitur: quoad inde ad ipsū sensitiua re-
deat virtus/ ab eo quo prius effluserat loco scilicet ab interno sensorio.

¶ Ab interiore sensu: sensitiua vis in exteriorem deriuatur.

¶ Nam sicut soli inest per se lux/ que a sole deriuatur in lunam: ita et interiori sēsorio/ inest
per se tota sensitiua virtus: que ab interiore/ in exteriora funditur ac deriuatur organa. Et
sicut luna/ intersite inter se et solem terrā/ iterdum toto lumine priuatur: & nūq; nisi media
parte illustratur: sol autem immutabilis est/ plena semper cādidiissimi luminis face splendi-
cans: ita & exterior sensus ab interiore (interhiantib; vaporibus) sensitiua virtute nudatur.
& media tantū naturalis diei parte (quem diem artificialem vocamus) sensationes exer-
cet: noctu conuiescit ac silet. Interior vero sensitiua semper virtute plenus: totius diei na-
turalis spacio in actu esse et sensationem exercere potest. Et de his amplius in sequentibus
dicemus: vbi de organis et sensorijs/ aptus se offeret locus.

¶ Interiorem sensum natura; Exteriorem operatione esse
priorē Cap. III.



Omnis anime cognitio: quanto interior/ tanto naturā prior: actu ve-
ro posterior.

¶ Interiora exterioribus: & prestantiora sunt et naturā priora. vt intellectus inti-
ma est & perfectissima anime vis: & interiore & exteriore sensu potior ac natura
prior. Neq; hic natura priora dicuntur/ que prius creata & facta a deo sunt. Nam hoc pacto

Sēsatio sensus & organum sensus

Inspolatio/ oppletio & .

humanus intellectus/ omnium naturā postremus & vltimus diceret. sed que diuino proposito & intentione/priora sunt & vt aliorum fines. Humanus enim intellectus/ posterior animali sensu factus & creatus est: illo tamē est natura prior. vtpote perfectior/ dignior nobilior/ & vt eius finis: diuino proposito et intentione prior/ & propter quem animalis sensus prius est factus. Sicut igitur animalis sensus/ tempore & creationis ordine prior est humano intellectu: ita & sensus humanus/ prior est actione eodem intellectu. Nam humanus & sensus & intellectus: licet gemine sint totius anime vires/ & re & ratione differentes: vna tamē sunt humana & rationalis anima: ipers/ & indiuidua. cui concreate sunt omnes eius vires/ naturalesque potentie. que licet & tempore & creationis ordine simul & coeue censentur: actu tamen & operatione sibi inuicem succedunt: & alia prior excercetur/ alia posterior. Materiales/ immaterialibus sunt officio priores: corporee incorporcis exteriores/ subulaneis & internis.

¶ Vnde fit vt licet sensus vterq; simul facti sint: sit tamen alter natura/ alter actu & officio prior.

¶ Non modo vterq; anime sensus: sed & intellectus & vniuerse anime vires/ simul ad esse producte sunt/ simulq; cum anima esse ceperunt. In instāti quippe & impartibili tēporis/ creata est anima. Omnes quoq; eius vires & naturales facultates: haud aliud q̄ momentaneum habuere initium. In toto corpore tota/ & in qualibet corporis parte tota est impartibilis anime substantia. vniuerse itidem eius vires/ in toto sunt corpore omnes: & in qualibet corporis parte omnes. vbi tota anima: ibi vis itellectiua ibi imaginatiua/ ibi sensitua/ ibi vegetatiua. vbiq; in toto corpore tota anima: vbiq; & omnes eius vires. Presente presentes: & emigrāte illa e corpore/ simul omnes eius vires corpori abesse oportet. Immortalis est anima tota: immortales & cuncte eius potestates. non modo naturales: sed & acquisite illarum medio: vere/ spiritualesq; virtutū diuinit. Vt posteaq; esse cepit aie substantia/ sēp ē futura: ita & sēp omnia poterit eritque pollens. naturalium dico potentiarum & virium habitu: non corporeorum organorum/ aut actionum presentia. vt minui nequit eius substantia: ita neq; eius vlla minui/ aut interire potentia. Vnde fit vt huiusmodi naturalium anime potentiarum: aliter q̄ ex tempore & creationis ordine/ differentes sint expetende. Distant enim primitus in anima/ & re & ratione. q̄ non vna: sed plures & varie sint anime facultates. quib; (vt vna tantum esse/ ita plura posse anima dicitur. Et hec est prima & simplicissima earum differentia/ quam habent in anime substantia/ & vt ipsi anime insunt: omnis alterius corpore differentie causa. Distant enim in corpore bifariam: q̄ alie corporeo funguntur organo: alie. vt intellectiua/ incorporeo. Et que corporales sunt/ corporeoque excercuntur organo: pluribus rursus explicantur organo. Nempe imaginatiua/ interiore vno se continet sensorio. Sensitiua exterioribus pluribus. Rursus alie priores in officio/ posteriores alie. Exterior quippe sensus primus est in actu. prior circa maiorem mundum negociatur/ q̄ interior sensus in minore mundo/ vllam operationem perficiat. Et sensus vterq; prior est officio: intellectu. Nam sicut ferme se habet sensus exterior/ ad interiorem: ita & interior ad intellectum. Exterior autem sensus: actu / officio & operatione prior est interiore. quemadmodū & actus intellectus: prior est actu memorie. Est igitur actus vtriusq; sensus: tempore prior actu intellectus. q̄q; sensus vterq; sit natura posterior intellectu.

rabula g.

Cūctas aie vires & naturales & acquisite eē immortales.

Illatio. Differentias. Omnia. g. s.

Virium aie differentie due.

Alia differentia.

	<i>est</i>		<i>est</i>	
Intellectus	Natura	Primus	Actione	Vltimus
Sēsus interior	Natura	Medius	Actione	Medius
Sens⁹ exterior	Natura	Vltimus	Actione	Primus

¶ Fit iterum vt & sensuum & omnium anime virium/ differentie sint trine.

¶ Nā et sensus ipsi & vniuerse anime vires: primitus natura & substantia distant in anima vt ipsi anime insunt/ vtque plures eius facultates & naturales potentie dicuntur. Habent enī & hanc differentatē: in aia a corpore emigrante/ ac p se preter naturā subsistēte. Distant autē scdo organo: q̄b; multifarie ab aie indiuiduaynitare explicāt: siue hec iCOPEA sit siue corpea. d iij

eruditionis: ac p
lectum sine manu
pueri. Aliud
intellectu. et
ad vsq; enu
r.
mouetq;
sensu: exterior
ic implentur d
perfectior v
fius/ propter
lect⁹/ sēsum
mundo ad sē
perit exponit
nsum traduce
uet sensum: inter
exteriorem est. Ex
sēsum mouet.
terior & dicit
antiarum et
hārafama. E
nox et tēpor
tu & officio
igit/ eoq; reu
: aut penitus
one/ & velut
te interiore
vero & sēmb
rem: atq; illi
erior autem
m traduce
obatur illico
d ipsi sensu
iori sēlorio: in
atur organo. Et
nāq; nisi med
is face splendi
rtate nudatur
ulationes exer
: totius diei na
s in sequentib

Tertia

Tertio distant et actionum operationumque successione: q; alie prius alie posterius propriu exerceant actum. Nam materiale organum: prius est actu / immateriali: & exterius interiore. Est autem imateriale organum: vera ac propria anime memoria / intellectualium specieru promptuarium quo vis intellectiua exercetur / eiusq; speculatio perficitur.

¶ Interius organum ab initio nichil est: fit continue per exterius / aliquid & aliquid: quoad omnia factus sit sensibilis.

¶ Sensus est sensibilium omnium potentia: & receptaculum sensibilium omnium specieru, quod natum est omnibus sensibilibus affici. Hoc autem natura nichil est / id est nullam habet inditam imixtamque sensibilem speciem: per quam dicatur esse aliquid / id est aliquid sensibile. precipue autem sensus interior (vt verior / permanentior & per se sensus) est sensibilium potentia: que per exteriorē fit continue aliquid et aliquid / quoad omnem intra se (in interiore scilicet sensorio & corporea memoria) sensibilium contineat speciem sitq; omniformis.

¶ Sensitiua virtus in exteriorē sensorio practica est: in interiorē speculatiua. Sensitiua quippe virtus in exteriorē sensorio: dūtaxat specierum sensibilium acquisitioni incumbit. que vbi ad interiora transmisse / in interiorē sensorio continetur: rursum eis anima afficitur / illas intuetur ac speculatur. Atq; is est perfectus sensus: quam imaginationem & phantasia vocamus.

¶ Sicut exterior sensus se habet ad totum hominem: ita et interior ad hominis partem / vt ad animam.

¶ Nam exterior sensus sicut in valuis est / i superficie & anteriore toti hominis parte sit: ita & interior in valuis anime et in anteriore eius parte. Et sicut exterior sensus se habet ad mundum: ita & interior ad hominis corpus. Est enim exterior sensus aspectus hominis in mundo: quodam modo inter mundū atq; hominē medius / & vt mundi atq; hominis scirpus. Interior vero sensus oculus est anime: quo illa despicit in corpus: aliquo pacto inter corpus / animāq; medius / & vt anime ora extremaque superficies.

¶ Vnde manifestum est sensum omnem / vt ad animā: exteriorē esse.

¶ Sicut enī sensus exterior / est exterior ad totū hominē / velut totius hominis extremitas / mundi q; cōtingentia: ita et interior ora est extremaque superficies anime / corporisq; cōtingentia & attactus. Et sicut sensu exteriorē respicit homo mundū: qui est extra hominis substantiā et nulla substantie ipsius pars: ita et interiorē sensu / despicit animā in corpore / et ea speculatur q; suo ipsius corpori insunt. Corpore autem nullo pacto pars est anime neq; ad ipsius substantiā spectat: sed extra animā (licet anime a natura coniunctum) relinquatur.

¶ Sicut ex anima & corpore fit minor homo: ita & ex homine & mundo fit maior homo / quod vocamus vniuersum.

¶ Diximus totū hominē esse animā mundi: & eodē modo se ad mundū habere / quo anima ad corpus. Sicut igitur quicquid est i homine preter animā / hoc ipsius corpus esse dicimur: ita & in vniuerso dicendum est. quicquid in vniuerso est preter hominem (quem diximus animam mundi) esse vniuersū / ipsiusque maioris hominis corpus. Et ex homine et mūdo constare maiorē hominem id est vniuersū: cuius corpus / mundus: anima vero minor homo. Est autem mundus: omnis reliqua corporea & sensibilis substantia / preter hominē: facta a natura propter hominem / humanaque vsui dicata. sicut et corpus anime subditum est & illi a naturā famulari iubetur. Et sicut in minore homine ab animo in corpus nulla ratio nullūque intellectus expatatur: sed solus sensus / vita aut substantia: ita et i hoīe maiore (id est vniuerso) extra eius animā (qui est minor homo et ipse homo) nullam est accipere rationē nullūque intellectum: sed duntaxat hec tria sensum / vitam / et substantiam. Nam preter hominem: nulla sensibilis creatura ratione aut intellectu predita est: habet tamen aut sensum / aut vitam / aut substantiam.

¶ De duplici anime aspectu / recto & circulari. Cap. III.



Nime duplex est aspectus: alius rectus quo despicit in corpore / aut in mundum. Alius orbicularis & reciprocus: quo se ipsam intuetur.

¶ Gemini sunt anime oculi: alius extimus in superficie anime situs: quo recta in corpus / aut vltra corpus in mundum despicit. & hunc oculum vocamus sensum

Quid mundus.

Expatare / e se i locū patet / dare: & pube ostendere.

siue interiorem siue exteriorē. Interiorem vt corpus. Exteriores vero vt mundū cōspici-
 tur. Vt q; epim sensus: extremitas est anime & ad animā exterior. Alij est aie interior ocu-
 lus situs in anime profundo: quo nō corpori sed sibimetipsi cōgreditur & quo neutiq; attā-
 git corpus neq; patet aut explicatur corpori. sed in gyrum conuersa in seipsam flecitur/
 seq; cōprehendit. & hunc oculum: rationē aut intellectū nūcupamus. Hic enim oculus cū
 sit anime inditus & velut in eius centro situs: nullo pacto corpus delābit. sed a corpore
 abiunctus est. Eo quippe oculo anima manet in seipsa: que ceteris oculis & mundo & pro-
 prio corpori communis socialisq; fit.

2 **S**ensitiua virtus anime a naturā indita est: & vis est anime ab animā inse-
 parabilis nichil tamen anima eā vi in seipsa operatur aut ad seipsam con-
 uertitur.

3 **S**ensitiua virtus vis est anime sita in anima ipsi anime a naturā indita: et ab anima inse-
 separabilis. nichil tamen anima secundū eam vim in seipsa operatur: neq; ad seipsam cō-
 uertitur. sed in aliud: vt in corpus transit eiusmodi facultatis operatio seamq; vim exercet
 anima non in subipsum sed in corporis ambitu: in quo sensatiōes ipse recipiūtur. nulla eni
 sensibilis species in anima: sed in solo corpore omnis ē recipi nata. Sicut & vis vegetatrix:
 pars est quidē anime & in anima & ab anima inseparabilis. eam tamen vim anima nichil
 ad suū plū: sed ad corporis focillationē cōuertit illud ea ipsa viuificās: nutriēs: & augēs.

Vis vegetatrix aie.

4 **V**nde fit vt interioris sensus organum licet int⁹ abditum sit & occultum:
 sit tamen extra animam in corpore.

5 **I**nterioris sensus organum receptaculū est & cōseruatio sensibilū specierū que per exte-
 riora sensoria in humani corporis superficie sita: ad ipsum penetrant. Dixim⁹ animā a sen-
 sibilib⁹ spēs apathē id est passibile esse: nullāq; sensibile specie posse recipi i aīa: vt q; sit itel-
 lectualis celestiq; nature. Recipiūtur igit sensibiles spēs & asseruant extra aiām: i aliqua cor-
 poris parte: q; dicit interioris sensus organū naturalēque sensoriū imaginationis. in quo vis
 ipsa anime sensitiua: dū asseruata spectra & phantasmata speculatur interiorē sensatiōē
 pficit. Vis itaq; imaginatiua suapte ipsius operatione ceter corpus internāque aliquā corpo-
 ris partem: que reseruatas sensibiles species anime secundū rectū presentat.

Apathes / impassibilis.

*Sensibile
 Spectre
 haudquaq;
 recipi ani-
 ma.*

6 **S**icut mundus exterioris sensus gestat & continet obiecta: ita & huma-
 num corpus interioris.

7 **E**xterioris sensus obiecta sūt sensibiles substantie. Interioris autē: spectra: phantasmata &
 rerum imagines. sensibiles autē substantie oēs i mūdo sunt. earū vero imagines / spectra &
 phantasmata: in interna aliqua & abditā corporis parte asseruātur. Sicut igitur mundus
 gestat & cōtinet in se sensuū exteriorū obiecta: ita & humanū corpus sensus interioris &
 licet vocare licet mundū exteriorū sensuum obiectū: ita & humanū corpus sensus interio-
 ris ipsiusque imaginationis.

*Spectra
 Phantasma
 rerum imago
 spēs rerū sensibiles*

8 **S**icut suprema mundi pars concaua (que dicitur firmamentum) est verū
 sensus exterioris vt visus obiectum: ita & suprema hominis pars itidem cō-
 caua (quod cerebrum nuncupamus) est verum interioris sensus atq; imagi-
 nationis obiectum.

*Supra firmam
 superficies conuexa*

9 **P**er pulchra similitudo & analogia maioris mundi ad minorē: & firmamenti ad cerebrū
 Nam suprema mundi sensibilis pars est firmamentū: quod est maximū & supremū sensibi-
 lium corporū: omnia in se continens sensibilia. Siquidē qui supra firmamentū sunt celi: in-
 uisibiles & insensibiles sunt: carētes planeta & stella. vltimū autē quod exteriori nudatur sen-
 sui est firmamentū: suapte natura visibile & sub quo fit finiturq; oīs exterior sensatio: au-
 ditio: visio: olfactio: gustatio: & tactus. Firmamentū igitur quod est maioris mūdi caput:
 haud immerito exterioris sensus verū ac totū esse probatur obiectū. vt quod oia in se sensū
 bilia claudit: eaq; sensui exteriori p̄stat: & sub quo: & in cuius ambitu: omnis pficit exterior
 sensatio. Et que de firmamento & exteriorē sensū in mūdo dicta sunt: intellige in homine
 de cerebro & interiorē sensū dici. Omnis enim interior sensatio finitur: clauditurque sub ce-
 rebro. que est suprema hominis pars / velut celū cōcaua: & intus ad animā cordi insidentē
 cōuersa. In ea quippe spectra omnia / omnesque imagines & species sensibiles: reponūtur / as-
 seruantur: atq; ipsi anime obijciūtur. Vnde fit vt sicut exterior sensus est sensus firmamen-
 ti & eorū que sunt sub firmamento id est sensibilis mundi: ita & sensus interior sit sensus ce-

*Analogia
 proportio
 similitudo*

Illatio.

d r o

olentius propellit
 & extenuantur
 etualium spori-
 ur.
 erius aliquot
 omnium speciei
 t id est multa habet
 est aliquod sensu
 est sensitiua
 utra se in interio-
 & omniformis
 ore speculatur
 sibi sibi acceptione
 rursum est anima
 imaginatio
 terior ad hanc
 omnis parte se
 r sensu se habet
 pechus hominis
 & hominis sensu
 acto inter corpo-
 rem esse.
 nimis extenuat
 rporisq; cōmune
 omnis substantie
 ea speculatur
 d ipsius substantie
 & mundo se
 ere. quo anima
 us esse dicitur
 quam diximus
 re et mūdo cō-
 nor homo. Est
 ne: facta a na-
 am est & illu-
 a ratio nullū
 uiuētio p̄stat
 : nullūque inter
 ominem mū-
 ium aut vitar

Cap. III.
 corp⁹ aut in
 n intuetur.
 tus: quo recta
 camus sensum

rebrū & eorum que in cerebro aut sub cerebro continentur / idest totius humani corporis. Et sicut in firmamēto & i maioris mundi capite: reposita sunt & asseruata a natura / sensibilia rerum oīm & substantiarū signa / sensibilesq; imagines: quas exteriori sensui / natura presentat: ita & in cerebro & minoris capite mundi: insunt ab hominis arte & operatione sensibiles omnīū rerū species: que noctiluca spectra & phātasinata vocamur / interioris sensus obiecta.

¶ **A**nime vtriusq; mundi maioris & minoris / sedes est in medio: sensibile vero eius obiectum in extremo. 6

¶ Maioris mundi anima est homo: minoris vero mundi idest hominis anima / est ipsamet anima. Sedet autem (vt diximus) homo in medio mundi / & firmamenti: itidem & hominis anima / medium in eius corpore obrinet locum. Firmamētū autē: sensibile est hominis obiectū / & exterioris totius sensus limes ac terminus. Caput vero in hoīe / interioris est sensus obiectum. Hoc autem in homine / illud in mundo: paribus idest extremis supremisq; locis disponuntur.

¶ Sicut in maiore mundo / presentia solis aut nubium: stellarum a minore mundo / aufert aspectum: ita & in minore mundo / exteriorum sensuum vigilantia aut vaporum presentia: internam spectrorū & phantasmatum inspectionem confundit. 7

*Silendo cordi hoīe ad solē
i mundo.*

¶ Sol in maiore mūdo / cor est in homine. nubes in maiore mūdo: vapores sūt in hoīe. Solis presentia: stellarū tollit aspectū. Naturalis vero caloris (qui a corde procedit) in humano corpore presentia: exteriores vegetat / concitatque sensus. a quibus interdiu prepeditur & confunditur interna sensatio: eorūque que in cerebro reposita sunt inspectio. Et sicut a sole eleuantur nubes: que rursus in maiore mundo / interluant inter inspectricē potentiam (que est homo) & eius obiectum / quod est firmamentum ipsaq; sensationem prepediunt: ita & a corde in hoīe / sursum spirant fumi: qui cerebri frigore delantur / cerebrum / eiusq; spectra nubilant. atq; ab inspectrice facultate (cuius sedes est in corde) eius obiecta & phantasmata discludunt.

Analogia.

¶ Vera ac naturalis hominis sedes: est in sole in ipsoque celo solis. 8

¶ Nam sol cor est maioris mundi: homo vero maioris mundi anima. Sicut igitur minoris mundi anima / naturalem sortita est in minoris mundi corde sedem: ita & rationabile est maioris mundi animā / naturalem in maioris mundi corde obtinere sedem. Hominis igitur vera ac naturalis sedes: est aut in ipso solis orbe / aut i eius celo. Rursū phœbeus orbis: verum est & perfectum maioris mundi mediū. vt quod ab extremis maioris mundi corporib; equali spacio libratur: quinto loco firmamento inferior / quinto quoq; loco elemētari corpore superior. aut si vis quarto loco ab extremis planetarū orbibus saturno / ac luna. Naturalē autē hominis sedē / ostendimus esse in mundi medio. orbis igit solis / vera est hominis sedes.

¶ **T**erram esse in in extremo mundi; solem vero in medio. Cap. V.

¶ Firmamentum & terra / extrema sunt mundi: maxime abinuicem dissita / ac dissimillima: hec in imo / illud in summo.


¶ Supra firmamentū / atq; infra terrā: nullū est sensibile corpus etherogeneum / dissimilisq; speciei: quod mundi sit pars. Omnia vero que sunt mundi omnesue sensibiles mundi species: & ingentia corpora / siue substantiales partes / quibus constat sensibilis mundus: inter firmamenti ac terre clauduntur ambitū. Sunt igitur firmamentum & terra / vera sensibilis mundi extrema: maxime abinuicē dissita / ac dissimilia. Hec in imo: illud in summo collocata. Hec vt omnium potentia & ypostasis: illud vt omnium supereminentia et supremus actus. 9

¶ Orbis solis est verum mundi mediū. 10

¶ Nam si ipsos dūt axat planetarum celos inspexeris: sol quarto a luna / quarto quoq; loco a saturno distat. Est igitur solaris orbis / planetarum mediū. Extra autem ipsos planetarū

orbes supra atq; infra: relinquuntur & alia quidem corpora dissimilis nature / & a planetis / & ab inuicem. supra quippe saturnum stat firmamentum: vltimum & maximum sensibilem et velut totum sensus. Infra lunam superant elementa quatuor: ignis / aer / aqua / terra. que licet et heterogenea / & ab inuicem differentia sint: quia tamē vna / simplici ratione qua & corruptibilia & inuicem transmutabilia & sensibilem omnium seminaria quedā sunt / ab etherea / celestique substantia distare comperiuntur: simplici quoq; nomine ea complectamur / vocemulq; elementare corpus. Cōflatur enī vniuersus sensibilis mūd⁹ / gemis corporib⁹: elementari & celesti. atq; id totum quod a centro terre / ad firmamenti circumferentiam / conuexamq; superficiem clausum interluit: sensibilem mundum / totiusq; sensibilis mundi corpus & omne id quod est sensibile vocitamus. Hoc itaq; pacto distinctis sensibilis mundi corporibus: scilicet in elementare corpus & celeste / siue inter elementum / planetam / & stellā siue firmamentum: sol iterum verum sensibilis mundi obtinet medium. Relinquit enim sub se corpora quatuor / planetas tres: Martem / Iouē / Saturnū / & Stellam siue Firmamentum.

Sensibilem mundum geminis cōstitare corporibus.




3 **¶** Vnde fit vt vniuersa sensibilis mundi machina sit tripartita: in elementum / planetam & stellam.

¶ Resumentes altius / ab eo quicquid est & ab omni substantia: dicimus aliam esse substantiam incorpoream / aliam corporeā. Incorporea substantia est tripartita in deum: in angelum / primum & purissimum mundi actum: et in animam. Corporea substantia: in celos omnes / in elementa / & ea que in eis sunt diducitur. Rursum e corporeis substantijs / alie sensibiles / alie insensibiles. Insensibiles sunt celi: qui supra firmamentum: quibus neq; planeta / neq; stella inest. Sensibiles sunt quecunq; a terra / firmamento continentur. Firmamentū innumeris est stellis conspicuum Planetarum celi: singuli / singulis planetis notantur. Elementa aut visu / aut tactu percipiuntur. Vniuersam igitur sensibilis mundi machinam nūcupamus: quod est a centro terre / ad conuexum et ambitum firmamenti / qui est terminus visus / totiusq; sensus finis. quam corpoream molem dico esse tripartitam: in elementum / planetam & stellam. atq; ex ijs tribus / conflatum esse sensibilem mundum. Et planetas esse sensibilis mundi medium: elementum vero & stellam sensibilis mundi extrema.

Resolutis vniuersis sensibilis mundi corporibus ad soliditatem & plenitudinem: liquet amplius solem esse in sensibilis mundi medio/ terram autē siue elementum in extremo et imo.

Orbitū diuisio.



Orbium: alius est solidus/ alius concavus. Solidus est qui a centro ad circumferentiam/ simili corpore est plenus: vt terra/ planeta/ et stelle. Concavus est qui aliū intra se claudit/ contineque orbem: vt elementa/ preter terram/ & celi vniuersi. Orbis solidus est orbis in actu: cui nihil potētie/ dissimilitudinis & alteritatis inest. Orbis vero concavus/ orbis est in potentia: plenus dissimilitudine & alteritate. Reductis igitur vniuersis sensibilis mundi corporibus ad actum/ soliditatem & plenitudinem: vt vnusquisq; orbis seipso sit plenus/ aliū continens nullū: erunt omnia sensibilis mundi corpora/ extra se inuicē/ recta quadam linea & longitudine distantia. eruntq; huius distantie & longitudinis extrema: firmamentum & terra/ siue elementū. media autē planete: quorū medius sol. In eo igitur mundi statu & actu: liquido apparet terram/ siue elementū haud in sensibilis mundi medio/ sed in extremo & imo collocari/ solē vero in medio.

Omnē celū est potentia eius quod illi inest: siue planete/ siue stelle:

Nā celū omne/ orbis est concavus: planeta vero & stella/ orbis sunt solidi toti & integri. Concavus autē orbis potentia quedam est: solidus vero actus concavo simplicior. Item celū fert in seipso planetam aut stellā: haud secus q̄ subiecta potentia actum. ipseq; planeta aut stella: eius cui inest celi/ est vt lux/ oculū & actus.

Sensibilis mundi corpora: per planetam & stellam in actum resoluuntur.

Sensibilis mundi corpora precipue celi/ in potentia esse dicuntur: q̄ diu alterū/ alterū cōtinet/ seq; inuicē cōplectūtur. Tunc enī celi ipsi sunt orbis concavi. In actu autē fiunt: cū solidi sunt & extra se inuicē recta linea distantes. quā distantia & rectitudinē: in planetis ipsis & stellis experimur. Sunt enim ipsorū celorū actus: distantesq; ab inuicē/ & ab elementari corpore: recta linea. suntq; extra se inuicē: elementū in imo/ stella siue firmamentum in summo planeta in medio. Quod igitur fieri nequit per ipsos/ in celos: fit per eorum actus/ id est per planetā & stellā. ipsi nēpe celi non per se: sed per suos actus/ ad actum/ id est ad soliditatem et plenitudinem/ reducuntur.

Vnde fit vt in vnoquoq; planeta/ totius sui celi sit collecta virtus/ sitq; planeta nobilioris substantie: q̄ suum celum & aliquo pacto suo celo equalis.

Omnis actus nobilioris est substantie q̄ sua potentia. planeta autem actus est sui celi. nobilior/ igitur est & subtilior suo celo. Et cū omnis actus sit sue potentie vnitas: potentia vero/ sui actus multitudo: quicquid in potentia diuisum/ sparsumq; est: collectū est & cōiunctum in eius actu. & quicquid ipsi potentie multifarie inest: vnice collecteq; actui inesse cōperitur. Idem igitur est & equale: quod & potentie & actui inest. sed aliter inest potentie/ aliter actui. vt eadem virtus est in potentia/ eadem in actu: fusa & sparsa in potentia/ collecta coniunctaue in actu. Eadem quoq; siue equalis est substantia: que potentia & que actus dicitur. Vt fusa/ vt expansa/ & alterius capax substantie: potentia dicitur. vt vero defecatio tota sibi adest: seq; minore q̄ prius mole et spacio complectitur: actus dicitur. Vnde fit vt omnis planeta/ sit sui totius celi defecatio: & in actum solidumue orbem reductio. sitq; planeta tantus/ id est tante substantie/ quantum suum celum: et vt quiddā celum purius ac defecatus.

Imaginationis in susceptiuam & iudicatuam diuisio. Cap. VI.

1 **I**maginationis interiorisue sensus pars alia est phantasmatu susceptiuam alia iudicatuam.

TOmni cognitioni hoc propriu inest: vt alius sit eius actus: alia potentia. alia potentia/ aliud obiectu. aliud iudicatuu/ aliud susceptiuu siue presentatiuu. Impossibile enim est simpliciter idē esse quod specie intuetur ac iudicat: & quod eam susceperat. Nā et in anima (que suapte natura indiuisibilis est) id quod fert speciei iudiciu/ intellectus est/ & impassibilis animi actus. quod vero species suscipit & intellectui presentat: pars est animi passibilis/ eiuque potētia & memoria. Si igitur interna & indiuisibilis animi cognitio: i partes duas/ iudicatuā & presentatiuā/ actū & potētiā sese dispescuit: quanto magis ipsa imaginatio/ que extrinseca est animo: in partes easdē actū & potētiā erit distinguenda. Et actū quidem imaginationis/ dicimus eā vim: que phantasmata speculatur. potētiā vero eam corporis partē: que spectra ipsa suscipit/ cōtinet eaq; intuitrici & iudicatiue facultati p̄stat.

De agente & possibili intellectu. Agens Possibilis

Disposere / e diuidi: 7 pprie peris a passioe de diuere.

2 **I**maginationis pars iudicatuam est impassibilis: presentatiua vero sola passibilis.

Nam sicut intellectus impassibilis est/ memoria vero sola passibilis: ita & ea vis que spectra intuetur/ impassibilis est. & ea non in se: sed in corpore deprehendit. corpus vero/ aut definita aliqua corporis pars: spectroru susceptiuam/ obiectiuam & presentatiua est.

3 **I**maginationis vis iudicatuam pars est animi immortalis: presentatiua vero corporis parsest/ cum corpore interire nata.

Sicut animus hominis/ totus substantiā & naturā immortalis est: ita & omnis eius naturalis vis/ ac potētia/ est immortalis & euiterna. semperq; ipsi animo (siue in corpore siue extra corpus sit) inexistere nata. Non modo autē imaginationis actus: sed & omniu sensuū exterioru actus & iudicatiue vires: naturales quedā sunt animi potestates/ animo a natura indite: haud minus q̄ animo cui insunt immortales. Corpus autē corruptibile est: & partes eius omnes corruptioni obnoxie & aliquando interiture. Idētidē & mundus.

Euiternū 7 8

4 **V**nde sit vt anime a corpore separate: vis insit imaginatiua / ociosa.

Anime separate a corpore/ insunt sensitue oēs vires ociose: & sine suarum operationum actu. Nichil tamen imutata est vis ipsa sensitua. siue exterior siue interior. sed vtraq; priuata est spectabili obiecto: interior sensus corpore/ exterior mundo: nullaq; exercere possunt operationē. Sine etenim corpore imaginatio: et sine mundo/ exterior sensatio fieri nequit. quandoquidē exteriori sensui mundus/ siue firmamentu: interiori vero corpus/ siue cerebrū omnia presentant.

5 **O**mnis anime vis: naturā/ suo debet organo esse coniuncta: vt propriam operationem exercent.

Omnis anime vis & naturalis potētia: est vt sit eius actus & operatio. Exerceri autē nequit vlla eius operatio: nisi vis ipsa actiua/ suo coniuncta sit organo: & actus sue potētie adfit. Nā operatio/ mediū quiddā est iter actū & potētiā: & vtriusq; motus & finis. Vis eni anime. que actum dicim: in cognitione/ mouetur iudicio. potētia vero/ quā vim susceptiuam passibilem & presentatiuā nuncupamus: specierū presentatione/ ipsi actui/ naturalique potētie adest/ dimoueturq;. Iudicat enim vis animi totiusue cognitionis actus: quecunq; illi ab organo & susceptrice potētia/ siue exteriori siue interiori/ siue corporeo siue spiritali/ offeruntur. Hic autē potētiā ipsam cognitiuā: siue vim animi/ naturalique eius potētiā (vt imaginationē & exteriorem sensum) totius ipsius cognitionis/ siue sensationis actū vocitam. Eius autē organū vt humanū corpus aut mundum/ cognitionis ipsius potētiā. Actū enī censemus quicquid impassibile est: potētiā vero quicquid passibile. Licet pleriq; diuerso quodā modo sumentes actū & potētiā: ex opposito ipsa exteriora obiecta & organa/ vocitant actus: potētiā vero ipsas animi vires. q; vt aiunt sensus siue interior siue exterior/ sit potētia talis: quale sensibile siue interius siue exterius actu. fit autem (vt aiunt) vis omnis sensitua sensatione & operatione talis: quale est sensibile actu.

Quid hic potētia vocetur.

6 **V**nde manifestum est animā debere iterum corpori restitui/ atq; hominē mundo. corpus quoq; & mundum/ a deo nonnunq; esse instauranda.

tem & plerumque terram autem us est qui in terra p̄sentat inque oratione solus est in ratione inest. Obi multitudine & diuersi corporum orbis in seipso in his mundi corpore ordine distanti firmamentum & natus sol. In eius siue elementis no collocati sunt: superius & stella obiecta quædam elū fert in seipsum. ipse & actus. & stellam etia esse dicuntur. Tunc enim si sunt & exteriudine in plerumque actus: ea. suntq; eorum in summo met celos: si celi non perierit plenitudo sicut plerumque equalis. s est sui celestas: potētiā hū est & eorum actui inest inest potētiā orientia: colleia & que actus ero defecant. Vnde fit in actio. siq; plerumque purius ac dicit

¶ Diximus prius vt sicut se habet anima ad corpus: ita & homo ad mūdū. Anima quippe / anima est corporis: homo vero anima mūdi. Et rursum sicut interior sensus ad animam & corpus: ita & exterior ad hominem & mūdū. Interiore ei sensu: iungitur anima corpori / despiciuntque corpus. Exteriore vero / homo mūdo cōgreditur: atque in mūdū spectat. Et vt exterior sensus ad hominem totū est exterior: cū sit extrema hōis facies: scilicet superficies / qua mūdū cōtingit: ita & interior / ad totū quod hōiem p̄bat interior: ad animam vero dicē exterior: & vt illius extrema superficies & corporeus quidam attractus.

Anima	Corpus	Homo	Mundus
Sensus	interior	Sens⁹	exterior

Et vt interior sensus finit / clauditurque corpore: ita & exterior sensus mūdo. incipit tamē vterque ab anima. hic autē vltra mūdū siue firmamētū: ille vero vltra humanū corpus / siue cerebrum haudquaquam ptingit. Vt igitur exterioris sensus verū ac naturale organū est mūdus / in quo fit omnis exterior sensatio: ita et interioris sensus verū ac naturale organum est corpus / in quo omnis ab anima exercet interna sensatio. Et sicut gemini sūt sensus interior & exterior: ita & oportet sensibile esse bipartitū / in interiori & exteriori. Interiori sensibile / corpus est: quod oia interno sensui presentat. Exteriori sensibile mūdus: quod oia extrinsecus sensibilia hōi ipsi offert. Si igitur id verū ē: anime nostre substantiā / cōditā esse in euo / nunquē interiturā: aderūt illi semper (siue in corpore / siue extra corpus) vniuersae eius vires / naturales siue potestates. Extra autē corpus subsistēt: plurimae eius vires otiose relinquuntur. vt quibus desunt ipsa subiecta & organa: & exercendarū naturalium operationū facultates. vt substantiua / vegetatiua / motiua: & p̄cipue de quibus nobis est p̄sens sermo / sensitua & imaginatiua. Hāc enī vim dūtaxat in subiecto corpore: illā vero in mūdo exercere / atque exercere anima nata ē. Et cū ois naturalis anime vis & potētia: sit p̄pter operationē que ab ea proficitur: debet & naturalis potētie euterne / semper manētis: euterna / cōtinua & iugis esse operatio. Alioquin (quod cōtra naturā est) vis animae inanis atque otiosa manebit. Si quādo igitur quauis ex causa & p̄ter fortassis naturā separabitur a corpore anima subsistētque ad tempus extra corpus / & hō extra mūdū: necesse tamē est eā rursum inseparabiliter / p̄prio corpore cōiungi / eiusque restitui. Similiter & hominem mūdo. & instaurari a deo: humanū corpus / imaginationis organū: pariter & mūdū vt exterioris sensus obiectum.

Ratio animae a seuerans in mortalem.

si mouere q̄ p̄uocare

¶ Sicut anime natura / est esse in corpore: ita & hominis in mundo.

¶ Sicut corpus est natiū anime domiciliū ita & mūdus totius hōis. & vt in corpore saluari nata est anima: ita & hō totus saluari & esse natus in mūdo. & haud aliter quā p̄ter naturā / anima extra corpus: & extra mūdū / hō fieri possit. Quod autē p̄ter naturā est p̄petuari / eodēque semper modo se habere nequit. oē quippe violentū / finitū est: defecte virtutis / incōstans cito mutabile. Quod autē est secundū naturā / cū cōtrarietate & pugnātia careat: p̄petuū esse potest & semper idē. Impossibile igitur est animam semper esse extra corpus / aut hominem extra mūdū. Vbi autē anima corpore restituta fuerit / & hō mūdo: tū naturalibus suis domicilijs / emigrare poterūt nunquā: naturalibusque suis operationibus / infinito euo: oēs animi vires perficiuntur.

¶ Anime immortalitatem / sequitur corporis instauratio: immortalitas hominis / innouatio mundi / perseverantia vniuersi.

¶ Si hominis (vt ceterorū animatiū) interiret anima: in nichilū sensibilia abiret omnia. vt que propter hominis corpus sunt facta: hōis vero corpus propter animā. Quicquid enī otiosum est & sine fine: confesum a natura tollendū est. Humani autē corporis & sensibilia oia: suam sortiuntur perseverantiam / siueque substantie stabilitatē & permanentiam: quā ab humanā animā. que in circulo et in euo cōditā / sibi que perpetuo coherens: totius sue substantie immobilitate fixa est et idēitate stabilita. Arguimus igitur imprimis: ex anime immortalitate instauracionē corporis futuram. Vt que nata est esse in corpore: et p̄ter naturam extra corpus subsistit. Quod autem p̄ter naturā est: incōstans & cito mutationis euadit. Deinde corporis instauracionem: sequitur totius humane substantie. in immortalitate perseverantia. Est enim totus homo ex anima & corpore: non anima tantum / neque solum corpus: sed anime & corporis cōplexio naturalis siue scirpus ac cynio. Hōis autē immortalitatem & permanentiam: sequi necesse est & instauracionem mundi. quē eodem ad hominem modo se habere / quo & corpus ad animā ostendimus. Si enim homo / quedam est anima mundi: erit & mūdus quoddam hominis corpus. & vt in separatione anime a corpore / relabitur ad tempus in atomos corpus / quod viuificatur ab anima: ita & sublato e medio homine / separatoque eo a mundo: mūdus

Illatio prima.

Illatio scda

Illatio tertia.

duo qui ab homine regitur / ad tempus interibit. Instaurabuntur autem rursus a deo / corpus & mundus: & habitabit anima in corpore / homo vero in mundo. Et sicut ex anima & corpore fit vnū natura / qđ hoiem nūcupam⁹: ita & ex hoiē & mūdo fit vnū aliquid / quod vocamus vnūuersū / siue maiorē hoiem: ex maiore aia idest hoiē et maiore corpe idest mundo. Hui⁹ quoq; toti⁹ vnūuersi perseuerantiā atq; immortalitatem: ex minoris hominis imortalitate & permanentia liquido inferimus. Constat igitur e sola animi immortalitate / ob deuitandā ociositatem / & effugandum atq; eliminādū id quod violentum & contra naturam est / hec quatuor iferri: imprimis instaurationem corporis / deinde immortalitatem hominis: hinc in nouationē mundi / postremo idētitatem & perseuerantiā vnūuersi.

Illatio q̄rta

Anima	Corpus	Homo	Mundus
H o m o		Vni	uersum

Quot sunt generatim / cognitue animi vires. Caput. VII.

1 **A**nime: naturalis vis inest omnium discretiua / atq; cognitiua.

Anima fieri omnia potest. & non modo que creata sunt & ab sese diuersa / illi cognoscere datū est. sed & de ipse expatere sese illi voluit: portionēq; tribuit nō nullam / qua pro suo modulo / diuinitatis formet conceptus. alia quoq; notionis particula fit anima sibi ipsi manifesta / seq; intuet: atq; alijs idētidē virebus / reliquas cōspicit creaturas. adeo vt nil sit in rerum natura: nullaue substantia siue increata / siue creata: que ipsius anime vim intuitricem & singulorum cognitiuam effugiat. queue non aliquo pacto ab ea prehendatur / atq; internoscatur.

im potenti se dare.

2 **Q**uot sunt internoscibilia obiecta: totidem sunt & cognitue anime vires.

Rationabile est eundem esse obiectorum internoscibiliū / & cognitiuarum potentiarum numerum. vt vniciuis dinoscende substantie: peculiaris aliqua animi vis & naturalis potentia respōdeat: & diiudicetur / atq; internoscatur simile a simili. Eodem quippe numero / natura singulas animi vires & potentias: quo & mūdanas substantias & actus prouide diuisa mensa est. vt ad singulas internas animi vires: singuli exteriores actus ferantur. nullaq; sit mundi substantia: exors siue animaduersionis & speculationis ab anima. Quandoquidem vnūuersa que quoquomodo subsistunt / siue increata siue creata: propterea subsistūt / vt vel a seipsis / vel ab alijs dinoscantur: veniātq; vel in suā / vel i aliorum noticiam. Est enī scientia omnis & cognitio: substantie quedam perfectio ac finis. idq; quod est: perfectiore ac nobiliore modo / subsistere & esse / cognitum dicitur: q̄ incognitum. Ignorantia quippe omnis tenebris est perfimilis: scientia vero luci. Verius autem subsistere vnūquodq; in luce: q̄ in tenebris merito dicitur.

Peculiaris e appus a u specialis le p̄cipij a u

Verius esse vnumqđq; cognitū q̄ ignotum.

3 **I**nternoscibilia imprimis obiecta / in duplici differentia reperiūtur: materialī & imateriali / sensibili & insensibili / corporea & incorporea.

Hec tria immaterialia sunt deus / angelus / anima: eadem sūt & insensibilia & incorporea. Trinā esse Omnis vero reliqua substantia: materialis est / sensibilis corporea. Omnem autem reliquam substantiā / duobus exprimimus: corpore scilicet & mundo. Subest enim anime proximum & immediatum corpus. Corpori vero mundus / qui propter humanum corpus / est factus: sicut & humanum corpus propter animam.

Trina esse immateria lia entia.

4 **V**nde fit vt & cognitiones anime: in geminas tantum differentias i primis soluantur / sensitiuam & intellectiuam.

Iisdem differentiis & substantias omnes & anime cognitiones: imprimis mīma / dualique sectione partimur. illas in sensibiles & intellectuales: has in sensum & intellectum. Sensum enim anime / vocamus omnem ipsius vim: qua prehensā / noscitatue quicquid materiale / corporeumq; esse mōstrauimus: vt proprium corpus & mūdum. codē sensus nomine: imaginariam & sensitiuam anime partem complectentes / finientesq;. **I**n intellectum autem generatim nuncupamus: eam vim qua anima seipsam / angelum / deumq; contuetur. que sunt immateriales / intelligibilesue substantie.

Quid generati intel lectus.

5 **V**nūuersas rerum substantias: hoc pulcherrimo ordine / in quinque parti.

Aia quippe ad
corp⁹: ita & esse
corp⁹. Ex
nīne toti⁹
rior / ad totū
ies & corp⁹
us
cipre tamē
s / siue cerebri
idus / quo fit
pus in quo
tra & oportet
ia interno
Si igitur
(siue in corp⁹
⁹ subsistit
exercitatio
de quib⁹
corpore: illa
p̄pter opati
s: euterna
q; ociosa man
e aia subsiste
er: p̄prio corp⁹
ū corpus: im
do.
rpe / saluari
aturā aia
eodēq; semp
nutabile. Qu
est & semp
aurē aia corp⁹
it nūq; natura
ortalitas ho
omnia. vt que
dēni ociosum
bilium omni
am. fortitudo
anima. quem
mobilitate
ate instaurati
us subsistit. Q
ris in instaurati
enim totū
& corp⁹
niam: sequit
e quo & ceru
ndus quodan
in aeternis car
eo a mundo m

mur: Deum / Angelum / Animam / Corpus / Mundum.

1	Deus	¶ Nam eternus / increatus / immensusq; deus / cunctis haud immerito eminens creaturis: primū obtinet locum. Angelus vt simplicissimus / primusq; rerum omnium productus a deo actus: secundo statuedus est loco. Est enim & ipsi deo attiguus & proxim⁹. Porro anima licet omnium creaturarū sit vltima: tamen (vt in libro de intellectu docuimus) supremū sensibilem / & angelis proximum sortita est locū. Est enī anima: sensibilem omnium actus & finis. Deinde anime vltimū & proximū est corp⁹; quod illi famulatur subditurq;. quodque eādē in subllunare hanc regionē: pegrinatum dūctat ac vehit. Extremo autem atq; imo loco: positus est mundus: vt humani corporis circūstantia ac natiuum eius domicilium.
2	Angelus	
3	Anima	
4	Corpus	
5	Mundus	

¶ Vnde fit vt secundum totidem obiecta: distribuende sint anime cognitiones / in singulas singulis aptatas ac proprias.

¶ Anima internoscitat mūdū / proprium corpus / seipsam / angelū ac deum. Hec autem sūt diuersissima obiecta. varie igitur sunt / ac singulis proprie anime vires. Qua enim vt intuetur mundum / sensitiuā nūcupamus seu exteriorē sensum. Qua corpus inspectat proprium: imaginatiuū interiorēque sensum. Qua sese conspicatur sibiq; fit manifesta: vocitanda est ratio. vt que anime propria est: & a qua peculiariter ipsa rationalis censetur. tanq; huiusmodi appellatione / illi ab equali cognitione indita: qua neq; inferiora despicit / neq; superiora inspectat: sed in sua sede cōtinet / sibiq; coheret. Qua vero angelus illi aperitur / reuelatur / fitq; notus: vis intellectiua vocetur. Intellectus enī angelis proprius est: vt & anime ratio. Qua deniq; deū ipsum / quouis modo cōtemplari & speculari lubet: illi mentis portio adesse dicenda. Est enim mens ratione atq; intellectu superior: & consummata dei cognitio.

Cognitiones aīe	Mens	Intellectus	Ratio	Imaginatio	Sensus
Obiecta	Deus	Angelus	Anima	Corpus	Mundus

Fit iterum vt anima sit numerus / mēsurā et equalitas oīm: sitq; cūctis p̄sens.

¶ Nam quotquot sunt substantiarū genera: tot illi cognitūas potestates inesse monstrauimus. quinario numero / & substantias omnes: & cognitūas anime vires finientes. Numerat igitur anima / ac metitur omnia. Equalitas est omnium: nūerus & mensura. Omnibus est p̄sens: sensu mūdo / imaginatione / corpori: ratioe sibi ipsi adest / spiritui intellectu: mēte deo.

¶ Aīa cognitūis quicq; virib⁹ p̄dita: duab⁹ fit se inferior / duabus se precellit reliqua vero media: in propria se speculā sede & equalitate continet.

¶ Anima imaginatione (vt superius ostendimus) in corpus despicit: sensu vero in mūdum. Fit igitur duabus iis inspectiuis viribus / se inferior. Nam corpus anime: mundus vero humano corpori subesse monstrata sunt. Porro ratione in seipsa cōtinetur: qua neq; que supra & altiora se / neq; que inferiora & depressiora: sed seipsam solā cōtuetur. Rursum intellectu & mente: seipsam transcendit. Illo quippe in angelū seq; regentē & illustrantē spiritum eleuatur: hac vero deum conspicatur. Geminis igitur cognitionibus / animā hinc in corpus / mūdūq; deprimit: illuc vero in angelū / deumq; sustollit: media deniq; in statu cōtineri euidit manifestum.

¶ He quinque cognitūe animi potentie: in itio / fonte q; cōueniunt / dilite vero sunt sine / atq; obiecto.

¶ Quinque quas diximus / cognitionū riuuli: eodem anime scatent inoriunturq; fonte. in diuersas tamen dilutant partes / variisq; spacijs et obiectis finiuntur. Ratio orta in aīa: in ytrāq; effluens partē / vnde cūq; clauditur finiturque in anima. nec aliud quippiā q̄ anime substantiam irrorat. Imaginatio vero digressa ab anima: ad corporis vsq; fines protēditur: totūq; corpus perlustrat: vltra aut extra corpus / nichil attingens. Sensus autem progressus ab anima: ex patat sese in mundum: mundi q; finibus arcetur. Similiter & ex parte opposita intellectus ortus in anima: seq; natiuo anime fonte propriens: ad angelū se vsq; limitem extendit arceturq; angelica substantia. Mēs vero pari ab anima scaturigine emer-



In deum vsq; penetrat/ diuinatq; substantia finitur. Cundis igitur aie viribus: commune est intutu/ fons vni anime substantia. spacta autē earū exporrectiones & obiecta diuersa.

Quis sit harū quinq; cognitionum/ naturalis ordo. Cap. VIII.

Exteriorum & sensibilibus cognitio: prior est interiorum & intelligibilibus cognitione.

Signa pri^a nobis dinoscūtur/ ijs quorū sunt signa. Sēsbilia autē/ signa sunt intelligibilibus: exteriora interiorū/ materialia imaterialiū/ corporea icorporeorū. Procedit igit nōtra ois sciētia & cognitio: ab exteriorib⁹ ad interiora. A sensibilibus ad intelligibilia: & ab his q̄ nobis cōiūcta & familiaria sūt: ad ea q̄ procul sūt & a nobis distātilsima.

Anima sensim vi cognitionum/ a mundo effaxillat eleuatq; se in corpus: a corpore in seipsam/ a semetipsa in angelum/ a quo in deum.

Effaxillare/ ē axillas vel alas exere dimouē & produere.

Anima in medio est oim: deus & mūdus extrema sūt. Nichil supra deū/ nichil infra mūdum. Supra mūdū est corpus: supra corp⁹/ anima: aie succedit angelus: cui preest deus. Aīa exteriore sensu mūdo adest/ & ī mūdo est. Exteriori sēui succedit imaginatio. quo a mūdo sese in corp⁹/ effaxillat ac recipit. Cōsummatā vero imaginatiōe/ succedit ratio: qua sibi ipsi cōgreditur aīa/ seq; itueur. perfecta vero ratiocinatione recipit intellectū: quo angelū cōspicatur. Intellectum deniq; sequitur mens: que deo animam innedit inseritq;.

Mundus	Corpus	Anima	Angelus	Deus
1	2	3	4	5

Anime discursus a mundo ad vsq; deum.

Unde sit vt oīa in vno finiantur deo: sintq; propter vnum.

Nulla est rerū disclusio/ nullaque dissonantia: que substantiarū omniū paci/ vnitati & cōtinuitati obfit. Vno quippe & cōtinuo ordine: omnia sibi iūctē coherēt: atq; in se mutuo finitū. Mundus in corpore/ corp⁹ in aīa: anima in spiritu siue in angelo. Angel⁹ in deo: deus autē in seipso. Rursum sens⁹ in imaginationē transit. Imaginatione in rationē. Ratio in intellectū/ Intellectus in mentē. Mens vero in se reciproca: sibi ipsi modū/ terminūq; iponit. Deus angelū regit: Angelus aīam/ Anima corp⁹: corpus mūdū. Mens iudē intellectui preest. Rationi intellect⁹: Ratio imaginationi/ sensui imaginatio. Superiora igitur natura inferioribus: & priora & pstantiora sunt. Inferiora tamē nobis priora & manifestiora. Et licet intellectus a mente sit ex ortus/ Ratio ab intellectu/ a ratione deducta imaginatio: & ab imaginatione sensus: Inferiores tamē cognitiones/ prius tēpore in nobis vident: priusque a nobis exercentur: superiores autem posterius.

Primus anime motus est a mundo: secundus a corpore. tertius a seipsa: quartus ab angelo/ supremus a deo.

Primus aīam pulsitat/ ciet/ mouetq; mūdus: cum exercetur exterior sensatio. Consumato mūdano motu/ oritur corporis mot⁹: quo vis aīe imaginatiua pulsatur. Cum desit mouere animā corpus: mouetur aīa a seipsa rationēq; excercet. Hinc ab angelo intellectu: postremo mēte a deo pulsatur. Respicit enī spectatque iprims aīa mūdū: deinde corp⁹ hinc seipsam postea angelū/ vltimo deū. & longissimis interuallis deū mūdūq; cōspicatur. Medijs: Corpus & angelū: breuissimo seipsā. Sunt enim deus & mūdus/ ad animam extrema vltima: corpus vero & angelus: interiora & medioxima extrema. *medioximis a vni. i. medio p̄tino.*

Omnes quinq; anime cognitiones: in recta eadē lineā/ designare.

Sit recta linea/ a b/ c/ quā diuido in equas partes in puncto b: in quo statuo aīe cētū. dei vtrāq; medietatem a b & b c: secō trib⁹ equis p̄tib⁹ a/ b/ i/ a/ d/ d/ e/ & e/ b/ b/ c/ vero i/ b/ f/ g/ & g/ c. & i p̄ctis extremis a & c colloco in p̄cto a/ mūdū: in c vero deū. In secūdis extremis d & g: ind cōstituo corpus/ i g vero angelū. in vtrūq; vero e & f: pono rursū animā. linea igitur b/ a/ qua mūdū anima spectat: sensus dicitur. linea b/ d/ qua corpus: imaginatio. b/ e/ & b/ f/ quibus in vtrāq; partem seipsam cōspicatur Ratio. b/ g/ Intellectus: b/ c/ vero mens.

Mūd ⁹	Corp ⁹	Aīa	Aīa	Aīa	Angel ⁹	De ⁹
A	D	E	B	F	G	C

Anima prius videt oīa in mundo: deinde in suo corpore/ tertio in seipsa: quarto in angelo/ vltimo in deo.

is haud immo
elus vt limbo
ctus: fectio
roxim) & v
en/ vna lib
st locū. Est
st corp⁹: qu
um dicitur
is circūlar

me cogit

Hec autem
enim vna
ctat: propo
vocatōe et
rangū hūm
neq; iūpō
tur: reuelat
anime rati
portio ad
gnitio.
s
lus
actus p̄tē
ille modū
entes. Num
Omnibus
cū mōte d
s se p̄tē
tet.
in mūdū
adus vero
eq; que sup




e

¶ Hec ex priorib9 euadit q̄ manifestissima. Prim9 eni (vt diximus) mūdus oīa aīe presētat /
 secundū substantiā per sensū. deinde corp9 eidē oīa offert: non vt mūdus / in substantia: sed
 in phātasmate & noctiluco spectro. Tertio loco / Rationa-
 les omniū species / i seipsa cōspicit. Hinc ad simplicem pu-
 rumq; nature actū vt angelū (quē & omnia esse docuimus)
 cōtemplandū fertur. Extremo vero loco / Inquens creatu-
 ras omnes: oīa quo pacto (anteq̄ fierent) eterno suo inerant
 fonti atq; initio / meditatur.

Vñ fit vt quodlibet: sit i quolibet & i singulis oīa.

¶ Omnia sunt in mūdo: omnia in corpore / oīa in aīa / om-
 nia in angelo / oīa in deo. & de horū singulis: vere enūciare
 possum9 / quoniā omnia est. Oīa rursum in iensu sunt / oīa in
 imaginatiōe: omnia in ratione / oīa in intellectu / omnia in
 mente. sed nō eodē (vt dixim9) modo / sunt in singulis oīa.
 Transfert eni sens9 / omnia a mūdo in corp9. Imaginatio
 omnia a corpore in animā. Ratio ab aīa omnia in angelū.
 Intellectus omnia ab angelo in deum refert. Mens omnia
 in deo continet. Sicut eni primitus oīa a deo / superubstā-
 tialiter orta sūt: ita & harum cognitionum vi / ab extremo
 imoq; mūdo: omnia per species in deum resoluūtur / suoq;
 restituuntur initio.




¶ Speculationes & cognitiōes aīe pingēde sunt: quib9 i singulis oīa videt.

Differēter
oīa esse in
quolibet.

¶ Anima est in medio oīm: & sensibiliū & intelligibiliū. vt pote cui sensibilia duo subsunt:

corp9 & mūdus / cuius presunt intel-
 lectualia bina: Angel9 ac deus. ita vt
 vtrāq; naturam congrue exprimere
 videatur aīa: & esse ambarū vinculū
 & eodem se habere modo / ad vtrāq;
 & sensibilia & itelligibilia. Scribitur
 centro a tres circulos: quos eadē dy-
 ametro partior medios & superiores
 medietates voco intelligibiles / infe-
 riores vero sensibiles Interiorē autē cir-
 culū / voco aīe circūferentiā. in cuius
 concauo ambitu dispo no rationales
 verasq; aīe species. & circa a centrū:
 pingo totum oculū / aut totas facies:
 huiusmodi rationaliū specierū intui-
 trices. Hec eni erit peculiaris & ppria
 anime operatio: qua in semetipsa ra-
 tionabiliter videt & intuetur omnia
 Deīde secūdi circuli inferiorē medi-
 etatē voco corp9 / superiorē angelum.
 & in vtriusq; medietatis cōcauo / de-
 signo iterum omnia / per quascunq;



notas. q̄ in inferiore medietate / erūt vt imaginationis spectra: in superiore vero / vt angelice
 species. Et circa vtrāq; conuexam medietatem / interioris circuli: pingo iterum oculos totos
 totasq; facies. quarum he spectra intuentes / erunt vt anime imaginatio: qua in corpus de-
 spicit / corporeasq; species & phantasmatas specularur. ille vero sursum angelicarum specierū
 intuitrices / erunt vt anime imaginatio: qua in corpus despicit / corporeasq; species & phantasmatas
 specularur. Demū in tertij quoq; & maximi circuli concauo: pi-
 ngo iterum quibuscunq; notis vniuersa. In inferiore medietate omnia / vt sunt in mūdo:
 secundū sensibiles substantias / mundanasque species. In superiore vero omnia vt in deo: trā-
 scendentē / & per rationes rerū simplices insunt / que omnium exemplaria dicuntur. Aliter
 quippe sunt omnia in mūdo: aliter in corpore. simplicius in anima / simplicius in angelo /
 simplicissime in deo. Et rursum circa secūdi circulum in eius conuexo: pingantur oculi

Diámetro: mas:
 Diámetro: l' tres: fo:
 Diámetro: neu:

toti / toteq; facies. quarum que inferioris medietatis: erunt vt exteriores anime sensu. quib9
 anima mudo congregitur / hauriens a mudo vniuersa. que vero superioris medietatis: ei ut
 vt anime mens & suprem9 aie a lucidissimus oculus / quo deū videt transiitq; i deū. His itaq;
 tribus circulis / scripto circa eorum centrū rationis oculo: ois anime cognitio / omnique spe-
 culatio scribitur / pingitur exprimitur. qua omnia videt in mundo / omnia i corpore / omnia
 in se / omnia in angelo / oia i deo. Nam a centro ad interiorē circūferentiā: rationalis anima
 omnia in semetipsa conspiciat. Ab interiore vero circūferentiā ad secūdā: hinc imaginatiōe /
 omnia in corpore: hinc intellectu / omnia in angelo speculatur. A secūda deniq; circūferen-
 tia ad tertiam: hinc seū mūdū hinc mēte deū / vniūsa esse pronūciat. Et ex hac descriptiōe
 atq; monogramo: liquet concauā superficiem / omnium esse susceptiuā & presentatiuā. Cō-
 uexam vero omnium inspectiuā / intuitiuā & indicatiuā.

Monogramos / i. linearis
 pictura

9 **H**inc manifestum est rationē in centro anime collocari: & eam ad circū-
 ferentiā vsq; anime protendi. Imaginationem vero sitam esse in anime circū-
 ferentiā: protendi ad vsq; corpus. Sensum deniq; situm in corporis super-
 ficie / extendi ad vsq; mundum.

Nam aliter pingi nequit aia intuens / vidensq; seipsā: nisi ab eius centro vt oculo & adu-
 vniuersa ipsius circūferentiā / vt potentia spectetur & cōspiciatur. Est igitur ratio in aie cētro
 collocāda: vt verus anime oculus / suā spectans circūferentiā: in cuius concauo rationa-
 biliter siue per rationales species oia cōtinētur. In anime autē circūferentiā: alius (cōuexa
 ex parte) pingend9 est oculus / qui corpus attingit / in eoq; pariter omnia videt: quā vocam9
 imaginationē. cuius actus / est vt aie cōuexa circūferentiā: potentia vero corporis superficies
 cōcaua / vt cerebrū: cui oia phāta smata insūt. Rursū i cōuexa corporis superficie / alius pin-
 gendus oculus est: spectans mūdū / quem sensū dicimus. cuius actus est corporis conuexa
 superficies: potentia vero & presentatiua pars / superficies mundi concaua.


Comparatio harum quinque cognitionum: ad quinque terre zonas
 ac plagas. Cap. IX.

Vinq; que dicte sūt anime cognitiones: per pulchre quinque terre zo-
 nis / regionibus ac plagis coaptari ac respondere videntur.

Mundus ab astronomis in quinque zonas / ac regiones: secundum solis discursū
 atq; ambitum sectus est. In extremas duas / perpetuo frigore rigentes: in geminas
 temperatas / & in mediam torridam. Ad mundi igitur similitudinem: per pulchre & animā
 ipsam / in totidem plagas / regionesue dispartiri licet. Nā cū (vt diximus) aia sit omnia & mi-
 nor quidā mūdus: omnia vtiq; ipsi anime insūt. Omnia autem dicta sunt esse quinque: mūd9
 corpus / anima / angelus / deus. Cum hec igitur omnia sint in anima: & in anime claudantur
 contineanturque substantia: horū vnicuiq; propria aliqua anime pars / ac regio aptāda est. to-
 taq; anime substantia / in quinque plagas distribuenda.

2 **D**eus & mundus / extremas anime obti-
 nent zonas: his vero proximas angelus &
 corpus / mediam anima.

Sit circulus quicūq; a / b: representans vniuersā anime
 substantiam. quem instar terre (vt Astronomi iubent)
 partior in quinque zonas: per quinque parallellas & equi-
 distantes rectas a b / c d / e f / g h / & i k. quarū a b sit vt
 equinoctialis: c d vt circulus capricorni: e f vt circulus
 antarctic9: g h vt circulus capricorni: i k vt circulus arctic9: &
 l pūct9 arctici poli: m ārticci o vero toti9 cētrū. His
 hoc pacto distinctis / statuatur deus in regione arctica
 que supra nos est: vt in i. l. k. **M**undus vero in regione
 antarctica / arctice opposita: que est e m f. **A**ngel9 vero
 in regione nostra habitabili: vt in g i k h. **C**orpus ve-
 ro in opposita temperata: vt in c e d f. **A**nima autem in
 regione media / torrida & sole perusta vt in c g h d.



oia aie pfecta
 n substantia
 oia videt
 a duo substantia
 ANIMA
 LATITUDINE

Habet enim anima partem aliquam a medio ad superiora tendentē: & partem aliam qua a medio ad inferiora cōuertitur, atq; ideo omnis que a sole perambulatur regio: tota illius est regio ac mansio.

¶ Sicut sol a torrida zona nusq̄ dimouetur / super quam meat assidue: ita & a media regione haudquaq̄ egreditur / emigratque anima.

¶ Sol in zodiaco fertur iugiter / mediam permeans terre plagam: ad extremas numq̄ per-
tingens. Anima autem nusq̄ & ipsa dimouetur a medio: vt pote que est omnium medium. Diuelli nequit a seipsa: nec propriā liquere sedem. Adest enim iugiter sibi ipsi / seipsam igne proprio perlustrat / torret exurique assidue. Extremis tamen regionibus adest: eo quo in se-
quenti dicemus modo.

¶ Sicut sol extremis mūdi regionibus / virtute aut caloris aut luminis adest: 4
ita et anima extremas sui plagas / aut calore aut lumine scientie opplet.

¶ Vbi absens est solis substantia: presentissima est ei⁹ virtus / vt calor aut lux. Torrida zona exusta est solis presentia: caloris & luminis abundantia. In proximis autem zonis sol substan-
tia abesse comperitur: temperato tamen calore & lumine illis adest. In extremis vero nulla iterum est solis presentia. Calor in eis remississimus / aut nullus apparet: lux tamen illis adest. Est enim calor mi-
norisq̄ lux plenitudinis: & impeditioris mot⁹. Sic & aia licet soli sibi ipsi substantialiter sit presens / & in seipsa sola subsistens: calore tamen vitali / corpori adest corpusq; refouet. Mūdo vero / angelo / ac deo: vi luminis / id est cog-
nitionis & scientie adest cōprobat. Nam & mundum & angelum ac deū: vis vt dixim⁹ aie cognitiua plustrat.

¶ Sicut sol temperatas zonas in solstitorū pū-
ctis attingit: ita & aia hinc angelo / hinc corpori
euadit attigua.

¶ Sol in puncto h & c (que dicuntur solstitia hoc capri-
corni illud cancri caput) vtrasq; tēperatas regiones cō-
tingit: ad vteriora tamē nusq̄ illi⁹ presentia fertur, neq;
enim temperatas zonas subintrat: neq; arcticam / aut antarcticam attingit. Aia vero pari pro-
portione: angelo & proprio corpori / efficitur attigua. distat autē semper & a deo & a mūdo:
quibus (vt ostendimus) sola adest scientie cognitionisq; virtute.

¶ Vt solis in zodiaco declinationes / inflexionesue a medio gemine sunt: vna
ad cancrum / reliqua ad capricornum: ita & anima in vtramq; a medio ptē
aut eleuatur / aut deprimitur.

¶ Nam sicut sol in cancro: māgmentum est dierum: in capricorno vero / eorum decremen-
tum: In equinoctiali dierum ac noctium equalitas: ita & anima / cum per intellectum eleua-
tur in angelū: fit quodā modo seipsa potior ac pstantior. cū vero imaginatione descēdit in
corpus: fit seipsa contractior ac paulo minor: In seipsa autem & in medio manens: perstat
sibi ipsi equalis & vna.

¶ Vnde fit vt equator sit rationis circulus: ac propria anime sedes.

¶ Nam ratio medietas est & equalitas omnium. Id enī omne rationabile censemus: quod
mediocre & equale / neq; abundans neq; deficiens / non maius aut minus. At in solo equa-
tore: cōtingit dierū ac noctiū equalitas. In eo igitur ipsa ratio / ipsaque rationalis anima: vt
extremorū & inequaliū bilānx / est haud īmerito locanda. Nā & in humano quoq; corpore:
veram ac propriam anime sedem / tribuimus in medio / vt in corde. vt ex equo toriastans
corpori: illud insito calore foueat / impleatq; vita.

¶ Quinq; exteriores sensus: esse vt harum quinq; cognitionum



signa.

¶ Quinq; cognitiones: natura in humani corporis superficie / qui-
nis sensibus (quos exteriores nuncupamus) expressit.

Cap. X.

māgmentū / r magis aug-
mentū,

Equator / # circulus equinoctial
docatur in sphaera

Bilanz v libra

¶ Exteriora interioribus / notiora & manifestiora sunt: atq; ipsorū interiorū / sensibilia quedā signa. Cognitiue autē quinq; anime vires (quibus de hactenus sumus locuti) ipsi anime indite sunt & in ea natura delitentes. earū quoq; internū ut & abditū actus: & q̄ internis organis perficiūtur. preter sensitiuam: cui⁹ organū in aperto & propatulo est / expositū mundo: situm in humani corporis superficie. Et hac de causa natura in sola visētiua: que omnīū extima & manifestissima est: oēs quicq; (quas denarrauim⁹) cognitiones expressit: eamq; in organa quinq; distribuit: spacio / gradu / loco in hūano corpore separata. a quibus totidē peculiare manant sensus / quos exteriores nūcupamus. E quinq; siquidē quas dixim⁹ cognitionibus: due sunt supra animā / due infra animā / vna i anima. quātoq; magis ab ea que oim humillima & abiectissima est / ad altiorem & prestantiorē cōtendimus: tanto magis interiora & abditiora penetram⁹. rerūq; varietatē in vnitatem: latamq; basium fusionē / in vni⁹ verticis angustiam colligimus. Abditior quippe est imaginatio sensū: imaginatione / ratio. Intellectus ratione penitior. Mens cunctis interior / sibiq; maxime insita. Et vt exprimitur mens intellectu: ita & intellectus in rationem dissoluitur. Ratio / in imaginationem sese explicat: imaginatio in sensum abit. Vnde fit vt haud imerito superiores omnes cognitiones (velut e suis foribus in sensū maria dilabentes) sunt quodā modo in sensū: vt & omnes aque in mari. Est enim vis sensitua: ima & humillima omnīū cognitio. in quā velut in mare & sui profluuij finem: superiorū omnīū fontīū aque natura decurrūt: seq; recipiunt. Quini igitur sunt exteriores sensus: de quibus (quia oportune se obtulit sermo) sigillatī postea dicem⁹.

Basio / a fundg alij rei / j eodem. vel iustura coluinarū.

Illatio

¶ Exteriorum sensuū singuli: vno ordine / singulis cognitiuis anime viribus coaptantur.

¶ Vis (vt diximus) sensitua: in quinq; corporis partes se fūdit / distribuitq; in quinq; organa loco & ordine distātia. Tact⁹ licet in toto sit corpore fusus: verius tamē & peculiaris in manibus que organorū organa dicūtur / locandus est. gustus in lingua. olfactus in naribus. in oculis visus. in auribus auditus. Et hic naturalis est quinq; exteriorū sensuū ordo: ab ignobiliore ad prestantissimum.

Mens	Intellectus	Ratio	Imaginatio	Sensus	Quinq; cognitioe anime vires.
Auditus	Visus	Olfactus	Gustus	Tactus	Quini sensus exteri.
Aures	Oculi	Nares	Lingua	Manus	Organa eorū.
1	2	3	4	5	

¶ Tactus vt omnīū extimus: sensus est mundi / ideoq; sensuū totī coaptād⁹.

¶ Qd sit verū ac ppriū tact⁹ organū / postea suo loco disserem⁹. dicāt autē nūc man⁹ organa tact⁹. Man⁹ extime sūt hūano corp. vt q̄s hūano toti corpore: i parte mūdi vt aere vel aq̄ circūferre licet. Nulla etenim hūani pars ē corpis: q̄ manuū fugitare possit attackū. & q̄cūq; nobis a mūdo obuiū: siue simile / siue dissimile corp⁹ occurrit: obuijs iprimis manib⁹ / illud attrahamus & excipere solem⁹. Est igit hūd imerito tact⁹ / exteriorum oim sensū extimus: velut eorū prodromus / idest p̄cursor / & vt sensus mundi. atq; ideo coaptādus cōparādusq; sensui: quā quinq; cognitiuarum anime virium vltimā / extremamq; esse docuimus.

¶ Gustus eadem proportionē imaginationi respondet.

¶ Nam sicut imaginatio a mūdo & hoīs superficie: sese recepat in corpus / & ab aīa in corpore finitur (Est eni imaginatio / corporis interna quedam sensatio) ita & gustus qui tactū succedit / mūdū & exteriora corpora linquens: hūanū corpus p̄auxilū subintrat / seq; in ore abdere incipit. Est eni tactū abditior: p̄inde atq; ipsius organū tact⁹ organo penit⁹. Man⁹ quippe i exteriore aere & mūdo motitant: lingua vero in aere iterno: vt in ore & aula palati.

¶ Olfactus rationi respondere probatur.

¶ Nam sicut ratio in medio est omnīū cognitionū: duabus superior / duabus quoq; inferior ita & olfact⁹ inter quinq; exteriores sensus mediū sortitus est locū. liquens sup se visum atq; auditū: infra autē gustū & attackū. Et sicut ratio relicto & mūdo & corpe sese itra aīam colligit: ac recipit: ita & olfact⁹ magis q̄ gust⁹ & attack⁹ corpori insit⁹ ē: & i aīalis corpe abditior.

¶ Visus est vt quīdam intellectus.

¶ Intellectus (vt in libro de intellectu docuim⁹) est repētina & momētanea specierū intelligibilium deprehensio. que vno tantū momento in intellectu perseverant / statimq; in memoriam deuoluūtur. Potest igitur haud absq; ratione cōparari intellectuū visus. Est eni visus luminis sensus & perceptio. Lucis autem instantanea ē & subitanea origo. visui quoq; radij

m diam qua
o: tota vltimē
fūduētia &
nas nūq; per
num medicū
si septem age
st eo quomō
minis adē
opplet.
x. Torrida cor
eomis solū
temis vero mū



a vero pari pro
deo & a mūdo
ine sunt: vna
a medio p̄
um decremen
llectum eleu
one delēdit
mens: per
les.
ensemus: qui
At in solo equ
ionalis animant
o quoq; corpe
equo non aīam
ationum
Cap. X.
superficie q̄

organum diuidunt vim sensitiuam ante ipsa organa intus esse coniunctam.


Hec ferme ex precedente liquet. Nam nulla per se & prima esse potest dualitas: que non manarit ab vnitare: & que non priorē & anteriorē habeat vnitatem/ ad quā coniuncta sit ipsius alteritas atq; diuisio. Sensitiua igitur virtus: que in duobus eiusdem sensus sensorijs quāritate/ positione/ ac loco dualis/ diuisa; reperitur: cum per se ac primo minime ipsius organis insit: in anteriore aliqua priore & interiore animalis parte coniuncta sit/ collecta & vna numero necesse est, atq; hunc locum/ hancque internā animalis partē: totius sensationis fontē/ initiūq; vocamus. a quo vis ipsa sensitiva: se in vtraque fundens organa generis ostijs mino re se mundo exerens/ referat/ expanditq; maiori mundo.

Unde fit vt inter huiusmodi sensuum organa & suos fontes / suaeque inītia: rectilinei quidam constituantur anguli.


Rectilineus angulus: in duabus rectis lineis & tribus punctis consistit. A geminis autē eiusdem sensus organis/ ad internā vim coniūctā: ad eāque partē abditā/ in qua coniuncta est vnaqueque vis sensitiva/ & vnde sese in organa fundit: recte due linee producte/ claudunt/ cōtinentq; totius sensus angulum. isq; totus angulus ipsi animali/ minori; mundo inest. Et hoc tantum in auditu/ visu & olfactu contingit. quos ideo bifidos/ dispartitos angularesq; sensus nūcupare possumus. Vnde fit vt exteriorū sensuū tres: trini reperiantur auditus/ visus/ olfactus. Nam eorum singuli sunt angulares. Angulus autem omnis est trinus: punctorum trinitatem quibus due linee cōstantur inuoluēs.

Olfactus in angulo ferme acutissimo consistit: auditus in obtusissimo. superest vt visus in medio & recto.

Caput Geometras/ tres sunt angulorum rectilineorū species: rectus/ obtusus acutus. Rectus: medius et equalis est. Obtusus & acutus extremi: hic recto minor/ ille maior. Rectus neq; magis suscipit/ neq; minus. Quocunq; autē acuto dabilis est acutior: vsq; ad acutissimū. Quocunq; itē obtuso/ ad obtusissimum vsq; dabilis obtusior. Acutissimus autem est: quando due linee: omne excludunt spaciū/ suntq; cōiuncte & linea vna. Vt sit acutus a/ b/ c: iūganturq; linee a b/ & b c: ita vt a & c fiant pūctū vnū. linee a b/ & b c oē excludūt spaciū. sūtq; linea vna: quocaf acutissim⁹ angul⁹. Obtusissim⁹ autē est duorum rectorum spaciū: & cum intantum sese angulus aperit/ vt ei⁹ linee ad directionem perueniant/ sūtq; sibi inuicem directe: & linea iterum vna. Vt si obtusus a b c/ sese eousq; dilatet: vt linee a b & b c ad directionem p̄ducte/ sint vna linea a b c/ hec dicenda est obtusissimus angulus. Dicimus igitur quoniam exterior sensus: ab acutissimo angulo/ sese aperire incipit vsq; ad obtusissimum. Distant enim olfactus sensoria/ (quas nares dicim⁹) angulo ferme acutissimo. vt inter quorum fistulas ac tubos/ intercepta est sola tenuis cartilago. Porro auditus sensoria obtusissimo/ ac maximo angulo distenta videntur: & ad vsq;



Angulo ferme acutissimo. vt inter quorum fistulas ac tubos/ intercepta est sola tenuis cartilago. Porro auditus sensoria obtusissimo/ ac maximo angulo distenta videntur: & ad vsq;



Vertical text in the left margin, partially cut off, containing various words and phrases.

duorum rectorum peruenire distantia. Est enim auris/auri cōtraposita: dextro vna i latere
alia in sinistro capitis collocata. Et si extremos sensus auditu/olfactumq; extremis angulis
obtusissimo et acutissimo dimensi sumus: superest vt eadem lege medium visum/medio re-
cto angulo non inconcinne metiamur. atq; eam concurrentia que fit ab vtriusq; oculis: ad
internum visus virtutis fontem: recto angulo coaptemus.

Quod exteriores sensus sint tripartiti: alij boni vtiles/alij delectabiles/alij
honesti. Caput. XIII.

Sicut bona sunt tripartita: in vtilia/delectabilia & honesta: ita & tri-
partiti sensus vtilium/delectabilium/ & honestorum.

Sagmata
odorifere
distillatōes

Vtilia bona sunt corporis bona/naturalesque corporis necessitudines. vt vestes
et queq; operimenta/omnisq; suppellex: cibus item & potus/ sine quibus saluari
nequit animalis corpus. Delectabilia vero sunt: sine quibus esse quidē potest animalis cor-
pus/hilaritatē tamen ac iocunditatē prestant. vt varij flores/ vnguenta/ sagmata & queq;
huiusmodi sunt/ que suauiter hominē totū afficiunt. Honesti autē bona sunt discipline/ om-
nesq; virtutes: que propria sunt animi bona. E quinq; igitur exterioribus sensibus alij vti-
lium esse bonorum videntur: quidā delectabilium/ & quidam honestorum. vt in sequentib;
propositionibus sumus ostensuri.

Vt vtilia bona sunt corporis/honesti vero animi: ita & delectabilia/ quo-
dam modo totius hominis esse videntur.

Hominē i hec tria partitur: corpus/aiam/ totū. dicimusq; vtilia bona/ referenda esse ad
corpus: honesta ad animū/ delectabilia vero ad totū. Alia quippe sunt corpori propria/ alia
animo/ alia vtriq; cōmunia/ que toti sunt ppria. Corpus per se deorsum/ ad inferiora raptat.
Anima suapte natura/ ad superiora tollitur. Totū vero: nexus est & amor vtriusq;: quo con-
tinentur ambe partes in medio. Itaq; alia quidē sunt bona ob que disquirēda: deprimitur/
deijciturque corpus in mūdū. Alia vero quorū amore/ oblita nesciaque corporis aia: sese quo-
dā modo illius claustris exerit/ tollitq; pro virib; ad sidera. Alia deniq; sunt que vtriq; parti
epithalamū/ siue hymeneū canūt: q; huiusque coercētur i medio/ copulanī iuicē/ coeūtq; i toto.

Epithalamū/ siue
apud gentiles hūmus q
imptis raris
Hymeneū idem

Tactus & gustus vtilium sunt bonorum: visus & auditus honestorum/ ob
factus delectabilium.

Gustusta-
stuiūsemper
cōiunctus.

Tactus & gustus: exteriorū sensuū/ sunt abiectissimi & vulgatissimi. Cūctis quippe aianti-
bus ad naturalū necessitudinū prouidentia: a natura deputati sunt. ita vt presēt tactu/ cō-
festim id cui inest: iudicemus/ probemusq; esse animal/ atq; eo absente non esse animal. Co-
mitatur autē gustus tactū: & ab eo separatur nunq;. Vt enī is iudex est naturalis/ conueni-
entisq; loci: ita & ille pretenator naturalis/ conuenientisq; alimenti. Naturalis autem locus
& aptū conuenientisq; alimentū: prime sunt/ summeq; animalium necessitudines. sine quib;
animaliū saluti/ natura consulere nequit. Visus autē & auditus/ vt latius postea ostensuri su-
mus/ discipline sensus vocitantur/ omniū prestantissimi & liberalissimi. qui vt gustus & tactus
ad corporis carnisque salutē: ita & ipsi ad spiritus/ atq; animi partū/ eaq; haurienda que ani-
mum erudiunt/ perpoliunt/ virtuteq; consumant: facti atq; instituti a natura videntur. Vera
quippe & propria animi bona: sunt discipline/ scientie/ omnesq; virtutes & quecūq; ppter
se bona sunt/ que liberalia & honesta nūcupantur. Porro olfactus/ (quē supius rationalē equa-
lē/ mediūq; sensum dicit: auimus) & honestior/ liberaliorq; est gustu & tactu: min⁹ tñ libera-
lis visus & auditus/ minusq; aīo aut corpori pprius q̄ extremi. Is enī factus est partim vt aīam
in corpus euocet: partim vt corpus tēperet/ carnēq; emolliatur. Arbitrari enī est & captator odo-
ris/ luauolentie: quam varia ceromata/ hēdysmata & pleraq; huiusmodi/ naribus inspi-
rant. Hec autem ex myropolijs/ potius in hominū oblectamētū: q̄ per necessariū vsum/ mul-
tosumptu: ac precio comparantur.

Hēdysma-
ta & sagma-
ta eadem.

Myropolia/ vnguenti
fozū habent/ ubi
vndit vnguenta
In Myropolia hinc
tabernaculi sunt
dites

Primarie & summe corporis necessitudines sunt due: exterior vna loci &
operimenti: alia interior/ cibi & potus.

Aīali p̄necessaria sunt/ sine quib; esse & saluari nō potest: vt sine naturali/ conuenientiq; lo-
co: sine itē cibo et potu. Extra enī naturalē locū: statim corrūpit/ disperitq; aīal. Et sine cibo
aut potu cōfestissime/ sitiq; cōficiet/ emarcescet/ tabeq; resoluēt/ Loci autē necessitas corpori
extera est: perinde atq; locus: quē cōstat aīalis esse circūstantia/ tangentē cōtinentēq; aīal.
Reducitur autē & ad locū/ velsimētorū & operimētorū necessitudo. vt que aīal operit/ circū

¶ Minimus abiectissimufq; sensuū tactus est: quē loci sensū nuncupamus in toto anima-
lis corpore fufum. Hic igitur tactus/ constitutus a natura/ vt loci & consistentie animalis in
mundo cenfor ac iudex: primus vel solus (semper tamen gustui coniunctus) cūctis inest ani-
malib⁹. & vt p̄cursor ceterorū sensuum: naturalē eorū perquirr locū in quo prim⁹ castra me-
tatur eiusq; comites sunt delectatio & tristitudo. Delectatio ex naturalis aut conuenientis
loci perceptione atq; iudicio: tristitia vero ex contrario aut loco/ aut nutrimento. Vnde fit
vt passiones delectatio & tristitia: cum animali & tactu conuertantur. Inest enim cunctis
ac solis aialibus tactus. Vniuersa itē & sola animalia: delectatione ac tristitia/ afficiūtur.

Illatio

¶ Somnus item & vigilia: passiones sunt seu suum & animalium

Illatio

¶ Somnus est exteriorum sensuū potentia eorūque cessatio: & a proprijs actibus intermissio
Vigilia vero eorū est actus: & in suis operationibus p̄seuerantia. Ois enī finita numerataq;
virtus defatigabilis est: et q̄ non semp queat intēdi. Vnde fit vt huiusmodi virtus quan-
doq; in actu sit/ quandoq; vero in potentia. In actu est cum propriam operationē exercet
In potētia vero cum ab actu & operatione intermittitur. Sensitiua igitur virtus/ cū p̄sens
exteriorib⁹ organis adest (quod accidit iterdu) tū proprias exercere operatiōes/ & vigila-
re animal/ mundoq; adesse dicitur. Cū vero se ad interiora reuocat: proprias operationes in-
termittit/ ac tum non mūdo: sed sibi soli/ adesse animal potest. & hanc actuū intermissiōnē/
exteriorūque sensuū cessationē & vacationē: animalis sōnū & requiē nūcupamus.

¶ Somno simul omnes exteriores sensus: sunt ab actionibus soluti/ atq; in- 4
termissi.

Vigilia
Somnus

¶ Nam somnus & vigilia: non huius/ aut huius sunt exterioris sensus passiones: sed totius
generatim exterioris sensus. Distinri enim generiter vigilia potest: sensitiue totius virtutis
in exterioribus sensorijs mansio. Somnus vero eius ab iisdem organis abientia/ disclusio/
& in intima corporis reciprocatio. qua simul se in interiora recipiente: confestim exteriores
omnes sensus lassescunt/ defatiscunt/ actusq; remittunt: que intermissio animalis somnus
vocatur. Non enim huius aut illius exterioris sensus intermissio/ & ab actu solutio/ anima-
lis dicitur somnus: quandoquidē alio vacante sensu/ vigilare alius & in actu esse potest. Vt
clausis oculis nichil quidē videmus: sonos tamen auribus captamus. & obturatis auribus/
nichil audire: videre tamen licet. Vnde fit vt omnis somnus iuste vocetur sensuū laxatio &
intermissio: non tamen ois sensuū intermissio/ somnus est dicēda.

Illatio

¶ Vnde fit vt somnus sit eius sensus ab actu solutio & intermissio: qui in 5
animali est primus vt tactus.

¶ Nam soluto eo sensu qui in animali est primus/ vt tactu: ceteri intermittantur oportet
Non autē si ceteri peculiāres vacent: vacare tactū/ aut intermitteri necesse est. Contingit enī
pluribus de causis: vt iterdu & in vigilia/ nullus quatuor peculiariū/ minorūq; sensuū au-
ditus/ visus/ olfactus/ & gustus sit in actu. nullus in eorū fungatur opere aut actione ppria:
tactus tamen solus suo fungatur officio. qui vnus si (recipiente sese in interiora/ sensitiua
virtute) soluatur & intermittatur: mox & ceteri quatuor vacabunt/ & quete animal/ somnoq;
perfruetur.

¶ Sensitiua virtute presente: solus tactus/ non est in nostra potestate/ vt non 6
sentiat. Ceteri in nostra sunt potestate: vt aut soluantur/ aut intēdantur.

¶ Cum sensitiua virtus p̄sens est/ & ad extrema corporis fusa: in potestate nostra non est
non tangere. est autē in nostra potestate/ vt ceteri sens⁹ intermittantur/ soluāturq;. Vt si ob-
turaueris aures/ ac nares: os claueris/ atq; ocellos: tunc presente sensitiua virtute exteriora
sensoria aures/ oculos/ nares/ linguāq; infundente: vacabunt auditus/ visus/ olfactus & gu-
stus. Solus vero tactus erit in actu & officio. Impossibile enim est laxari tactū: quoad extre-
me corporis superficie/ sensitiua vis affuerit/ totumq; corpus infuderit. Vigilabit igitur aial
tamen si solus tactus/ suo fungatur officio/ ceteris intermissis.

no

¶ Vnde fit vt in vigilia tactus sit in actu continuo: ceteri vero quandoq; in 7
actu/ quandoq; in potentia.

¶ Hec illatio ex precedente manifesta relinquitur. Nam semp est p̄sens/ & adiacens ani-
mali locus: circumstant animal. presente igitur sensitiua virtute & ea in carne/ siue anima-
lis extremitate recepta: vitari nequit loci sensatio & perceptio/ que est propria tactus opera-
tio. Ceteri autem sensus (vt docuimus) multis ex causis in vigilia laxari & intermitteri possunt

Solū igitur tactū animalī vigilante in continuo actu & assidua loci / circumstantiſue corporis ſenſatione eſſe oportet. Nam non eſſe in loco nequit animal: eoq; vigilante / non ſentiri locum i poſſibile eſt. Eius itaq; ſenſus paſſiones / ſunt ſomnus & vigilia: quo ligato atq; ſopito / ligantur / ſopianturq; ceteri. et quē vt ceteri vigilant / ſuiſq; fungantur actibus: imprimis vigilare / ſuoq; fungi officio necelle eſt.

Tactum omnium eſſe ſimpliciffimum.

Cap. XV.

Er ſolam ſenſitiue virtutis preſentiā que eſt vigilie cauſa: tactus in actu fit.

Senſitiua virtus / geminos in corpore recipit motus: quandoq; corporis extremitatibus preſens / quandoq; iſdē abſens. Preſens dicitur: quādo toti inſuſa eſt corpori. Abſens vero: quando in mediū & centrū ſe colligit. Sicut enī oriente ſole ſpargitur in mundū lux / quo ſenſibilia nudantur referanturq; oculis: eodem vero in occaſum labēte / ſeſe ſimul colligit lux / aut in oppoſitū tranſfert hēmiſperiu: & hec eſt ſilentij quietiſq; mundi cauſa: ita & in lucis ortu / ac diei initio: fundente & expandente ſe ſenſitiua virtute in totum animalis corpus: totū illico aial expergificitur / ſurgitq; a ſomno. Et imprimis eius tactus in actu fit / ac propria operatione fungitur. ceteri quoq; ſenſus ſua adaperiunt organa / ſuiſq; funguntur officijs. Actum que in mūdo ſunt / p ipſos ſenſus animalī innotescunt totiſq; mūdo ad eſſe aial p nunciatur. In occubitu autē lucis & ſolis maioris mūdi: rurfū ſenſitiua animalis vis / (quos animales ſpiritus vocant) cū maioris mundi luce / ac ſole abdere ſe incipit / ſeq; in interiora colligit / exteriora corporis membra deſerit: ſenſus ipſos exteriores linquit / eorū artat clauditq; ſenſoria. Quā abſente / ſeq; condente: fit illico ſenſationū vacatio & intermiſſio: quā minoris mundi / id eſt ipſus animalis quietē / ſomnūq; vocamus.

Eundē lucis et ſenſitiue virtutis eſſe motum.

Senſitiua virtus lux eſt minoris mundi: ſomni & vigilie cauſa.

Animal eſt minor mūdo. Quecunq; igit in maiore fiunt mūdo: proportionaliter fiunt & in animalī. Maior autē mundus / ſomno variat & vigilia / ſecundū lucis ſoliſue / aut abſentiam aut preſentia. Abſentia enī lucis ſilet maior mundus ac dormit. Ortu vero & accēſſu lucis / expergificitur ac vigilat. Porro minor mundus animal / aut homo: a maiore cū regat / ſimul maioris mundi motu raptatur: dormiente dormitat & vigilante vigilat. Senſitiua igit virtus in animalī ſolis ac lucis vicem obtinet. que oriente in mūdo ſole / animalī quoq; moritur: ſeq; in totū fundit animalis corpus / ciet / mouetq; animal. tactū imprimis / (id eſt vniuerſam aialis carnē) ceterorūq; ſenſuū organa infundēs atq; implēs. Reuocante vero ſe ad occaſum maioris mundi luce & ſole: minor quoq; mūdo diurnis fatiſcens operibus / atq; vigilijs: continuo labācere incipit. donec ab aial receptaq; in intīmis ſenſitiua virtute: exteriores ſenſus penitus elāqueſcunt / actioneſq; remittunt. Eadem igit ſunt in animalī / que & in mundo: & proportionabiles in vtroq; motus. atq; in ipſis ſomnus et vigilia: eodē modo ex lucis aut abſentia / aut preſentia contingunt.

Eadē aial li & mundo eſſe.

Vnde fit vt ſimpliciffimus omniū ſenſuum ſit tactus.

Nam iſ ſenſus eſt ſimplicior: qui ſimpliciore & leuiore cauſa in actu fit. Preſente autē ſola ſenſitiua virtute: tactū in actu eſſe oſtendim⁹ / & fieri illico loci ſenſationē. Atqui ſenſitiue virtutis preſentia qua ſe in animalis corp⁹ fundit / illudque opplet / ac fouet: animalis eſt vigilia. in qua (vt diximus) tactus eſt in actu continuo / ſuoq; fungitur officio. Iſ igit ſenſus / haud in merito omniū eſt ſimpliciffimus. Nulla quippe re alia / vt in actu ſit tactus opus eſt: ū ſola ſenſitiue virtutis preſentia. Immediatus enī eſt tactus: & ſuo ſemp obiecto attiguus.

Ceteri quatuor ſenſus / vt in actu ſint: pluribus egent.

Ceteri ſenſus guſtus / olfactus / viſus & auditus peculiareſ ſunt / non in toto corpore / ſed quiq; in ſtata aliqua corporis parte ſiti: que propriū vniuſcuiuſq; organū vocatur. Et hec corporis pars: proprijs quibuſdā affecta eſt qualitatibus / eſtq; alteri⁹ a toto corpore naturalis contēperamenti. Iſ itē ſenſibus nō ſemp ſua ad ſunt obiecta: ſed quādoq; preſentia ſūt / quandoq; ſeparata. Nō enim ſemper a deſt animalī: ſonus color / odor / aut ſapor. Egent igitur hi ſenſus pluribus cauſis / vt ſuis fungantur officijs. Imprimis ſenſitiue virtutis preſentia: ſine qua neq; tactus / neq; alius ſenſus vllus in actu & officio eſſe poteſt. Egent & recta organi diſpoſitione / ac bona valitudine: Illius item reſeruatione & adaperitione. Obiecti inſup preſentia / & conuenienti affectione medijs: vt aeris / aut aque. Nā ſiqua harū cauſarū deſuerit / oberit ſenſationi: & aut nulla / aut imbecilla / infirmaq; erit ſenſatio.

Son⁹ motu & collisione excitatur: lumine color | igne odor | humore sapor.
Preter causas quas in superiore propositione recensuimus / quibus quatuor peculiare
 sensus in actu sunt: alie singulis proprie adiciuntur. In auditu motus. In visu lumē / In olfactu
 ignis siue calor. In gustu aqua / siue humor. Nam sonus fit sine motu / nullus. Causat enim
 et elicitur sonus ois / vt aliqua & collisione corporum. eo quoq; motu quo sonus elicitur: ei⁹
 species in aures defertur / qua intus recepta / fieri dicitur **auditio**. Lumen colorū species: ciet
 transfertq; in visum. sine etenim lumine sopiti colores: aut nullas vibrant / funduntq; specis
 es: aut percipi & iudicari ab oculo nequeunt. Pariq; modo sine igne / aut colore: odora sub
 stantia (velut thus aut alia aromata) nullam / vel per pauca in nares spirat fragrantia. admo
 to autem igne continuo in gratos / suauissimolq; odores / ac suffitus dissoluitur. Sapor deniq;
 vbi humoris est priuatio: vel nullus / vel perexiguus sentitur. in humoris autē distillatione
 illico se prodit / referat expanditq;. Et hac de causa vbi gustu prelibanda substantia / exors /
 fuerit humoris: natura interni humoris abundātia / ori ac lingue indidisse videtur: conti
 nuo fōte affiduisq; laticib⁹ int⁹ manantē / seq; reparantē: quā aliuā nuncupam⁹. Eget igitur
 (vt diximus) tactus: sola sensitue virtutis presentia / vt sit in actu & officio. Ceteri vero cau
 sis egent pluribus: quas ipsi recensuimus.

Aut nullum est tactus organum: aut caro est / aut simplex aialis cōplexio.

Tactus ex toto ceteris sensib⁹ est dissimilis: vt vniuersalis / immediatus / primus / simplicissi
 mus / abiectissimus: et animalis / vt animal est / sens⁹. Is igitur cum sit animalis / vt animal est
 sensus: in simplicissima animalis complexione / naturaliue elementarium qualitatum (quas
 primas vocant) temperamento consistit. Hec enim est causa / cur in toto animalis corpore:
 vnus atq; eiusdem nature fufus est tactus: quia totum animalis corpus vnus est prime
 simplicissime complexionis / eiusdēq; cōtēperamenti. Alioqui non vnum animal: sed plura
 essent animalia. Tota quoq; animalis caro: vnica tantum prima & simplicissima elementa
 rium qualita tū proportionē / atq; harmonia: affecta est & a natura intēperata. qua tota ipsa
 sensitue totius virtutis: eodē modo & per oēs sui partes / est susceptiua. Est enim caro: pri
 marium & vni forme sensitue virtutis organū & totum sensus: vt quod cetera gestat
 organa / reliquisue sensibus subest. Reliquorū enī sensuum peculiaris & proprie sūt harmo
 nie: differētes & abinuicē / & a naturali totius animalis tēperamento / in quo haud secus ferū
 tur ac stabiliuntur q̄ partes in toto. Vnde fit vt particularē tactus discrimen habeant orga
 norū. Vbi enim eodē organo fungerentur: confunderetur diuersorū sensatio. Tactus autē
 nullum particularium sensuum obturbat: cum ta⁹ en & in eorū organis / exerceatur tactus
 officium. Nullum igitur est peculiare tactus sensorum: sed id vniuersale est / totum atq; vni
 forme. Vt vniuersum animalis corpus / aut tota eius caro: ita natura affecta / atq; intēpe
 rata: vt sit totius sensitue virtutis vni formiter susceptiua / totiusq; sensus naturale or
 ganum. Constat autem q̄ absoni & superflui sint: qui tactus organum / volūt aliud esse ab
 animalis natura / complexione & carne. cum tactus sit animalis / vt animal est sensus. Hi
 etenim per totum animalis corpus: neruiceos quosdam subcutaneos intexunt cancellos / car
 tilagineasq; plagellas: sub carne (vt aiunt) delitentes / easq; totas vocant organum tactus.
 Qz si vt volūt ita tactui / animalis natura cauisset atq; prouidisset: quotquot Rhombi inter
 secantibus se neruiceis cancellis / essent intercepti: expertes essent tactus / & infinite anima
 lis partes insensibiles. Insuper & is etiam neruus: in animalis deartuatione / atq; anatomia
 proderet sese / atq; appareret. Apparuit autem hactenus nullus.

Cur tactus
 i toto cor
 pore fufus.

Tactunul
 lum sēsum
 confundi.

Cartilago antea.
 Plaga / q̄ nōt. pla
 gilla dimittit

Homo tactu: cunctis animantibus prestat:

Hec propositio liquido ex precedentibus infertur. Nam tactus sensus est animalis / vt est
 animal. Cui enim tactus adest: id est animal. & a quo tactus disperijt: id quoq; animal esse
 cōtinuo desijt. Debet igitur animalium prestantissimum & primū / in eo cuncta animantia
 precellere sensu: qui est animalis / vt animal est sensus / primusq; sensuum. Atqui animalium
 natura prestantissimum & primum: est homo. Homo itaq; tactu cunctis animantibus pre
 stat: eaq; pcellit. licet a plerisq; aialib⁹: i ceteris / secūdisq; sētib⁹ superetur. Est enī hō ptenuis /
 ac facile penetrabilis cuticule: mollissime isup ac delicatissime carnis / & acutissimi tactus.



Qz sicut duplex est animalis sensus / interior & exterior: ita &
 duplex ei⁹ somnus.

Cap. XVI.

Vm somnus sit sensus ligatio / & a pprijs actibus solutio / sitq; sensus
 duplex / exterior et interior: necesse est et aialis / geminose esse sonos.

¶ Somnum bifariā diffinire possumus: aut animalis quietem/ aut solam exteriorum sensuum ligationē. Prius de somno: vt ipsius tactus/ exteriorūue sensuū ligatione/ per sensitivē virtutis absentia & iitima recessū sumus locuti. Nunc vero vniuersaliter sonū sumētes: eū diffinimus animalis quietē/ sensusue ligationē. Sicut igitur gemini sunt sensus/ exterior alius alius interior: ita & sensuū duplex est ligatio & a proprijs actibus solutio/ cessatio & intermissio. Duplex itē animalis quietes: imperfecta vna/ alia perfecta. Imperfecta animalis quietes: est sola exteriorū sensuū ligatio. Perfecta vero & exterioris & interioris intermissio.

2 ¶ Ois corporea aialis virtus & operatio: finita & fatigabilis est.

¶ Vtraq; animalis vis & imaginatiua & sensitiva: corporea finita & fatigabilis est. Exercesur enim imaginatio ab anima in corpore: similiter et sensitiva. Sola autē ea vis que aut in finita est/ aut immaterialis: libera/ incorporea/ absoluta & cui nichil obstat/ cui nil aduersatur/ nichilq; contrariū est: veraciter infatigabilis est & eodē semp se habens modo. Que autem materialis est & addicta corpori: non caret contrariorū pugna & aduersantia. Vnde fit vt tanq; violenta/ sit mutabilis: & aliter continuo se habere possit.

3 ¶ Vnde fit vt neuter sensus/ possit actu esse cōtinuo: sed qnq; laxari debeat atq; intermitti.

¶ Neq; interior sensus/ neq; exterior: possunt in actu esse cōtinuo. vt qui assidua operatione (cū corporei & materiales sunt) fatigantes: laxandi & intermittendi sunt. et (vt diximus) aut alteri ipsorū/ aut amborū interpolatio: aialis sonus & requies vocatur.

fatigati/ lassari est

4 ¶ Si exterior sensus i actu fuerit: erit & interior in officio. hic autē sine illo/ in actu esse potest.

¶ Interior sensus quodā modo ad exteriorē: sicut & tactus ad ceteros quatuor particulares sensus gustū/ olfactū/ visum & auditū se habere probatur. Sicut enī tactus exteriorū sensuum/ est primus & vniuersalis: ita et interior sensus/ exteriorē prior est: & primus simpliciter sensus/ cōsque sensus nūcupāndus. Sicut igitur ceteri peculiare sensus/ sine tactu in officio esse nequeūt (ligato enī tactu/ ligatur: & haud prius a sono soluuntur/ q̄ solutus sit tactus) ita & totus sensus exterior/ sine interiore: in actu esse nequit. Potest autē interior/ sopito exteriorē: suo fungi officio. Vis quippe sensitiva: licet ab interiore sensorio/ in extremas corporis partes deriuetur: interno tamen semp astat sensorio. Exterioribus autem organis/ nunc presens ea infundit: nunc vero absens/ ea linquit ac deserit.

5 ¶ Primus ac superficialis animalis somnus: est passio tactus.

¶ Hec ex superioribus/ euadit q̄ manifestissima. Nā sopito tactu: ois ligatur sensus exterior. & hūc extremū/ ac superficialē aialis volumus esse sonū. Cōtigit enī & vt plurimū accidit: sopito exterior ois sensu/ interiorē i actu eē/ suoq; defugit officio. Vt cū dormiētes phāta smata speculatur. et cū q̄ iterdu exteriorē sensū hāuim: rursum nobis cōsopit/ nostrā ciēt imaginationē.

phāta smata/ spes rerū multitudine/ gignit

6 ¶ Verus animalis somnus: passio est interioris sensus/ eiusq; ligatio.

¶ Verus quippe aialis sonus: est & imaginatiue et sensitivē virtutis/ a proprijs actibus intermissio. Si ei/ vt plurimū cōtingit/ solus exterior sensus/ sopitus/ ligatusq; sit: interior vero phāta smata speculet: fatigat/ lassatq; imaginatio. & a perfecta veraq; quere p̄pedi aial: altero tñ sensu sopitū/ altero vero iquetū ac vigilās. Si autē ligatus est interior q̄ primus est sensus/ erit & scd̄ oēs sensus/ quos exteriores vocamus/ sopiti & intermissi. & nulla cognitiva aialis vis corporea/ ac materialis erit in actu & officio: sed vtraq; laxata quies atq; intermissa. Et hunc verum animalis/ integrum/ perfectūq; somnum diffinimus.

7 ¶ Sopito exteriorē sensu/ sine interiore/ liberior est interior: & clarior/ ac manifestior imaginationis operatio.

¶ Cū sit exterior sensatio/ sit similis & interior. & vigilāte exteriorē ciet/ vigilatq; interior. Ambo enī simul mouetur. sed exterior sensus/ mouet a subtiliatis q̄ i mūdo sūt. interior vero a spectris/ q̄ in interiore organo/ vt cerebro asseruātur. Sed fortior ē veritatis/ q̄ similitudinis motus: illiusq; motio huius motū obturbat & apparere. nō sinit. Peridē atq; violentior sonus: et si neutiq; exprodit/ existatq; minorē: eū tñ obtūdit/ nec sinit audiri. Luce quoq; ap̄liore: remissior & vmbrosior lux operis atq; absorbet: maior tñ & illustriori sēp collucet/ vibratq; q̄ potest suorum radios/ spicula. Lux enī solis/ haud stellarū fulgorib; est cōtraria: neq; eorū obelos/ radiosue retūdit pellitq; e medio. Sūp q̄ppe stelle interdu/ simul cū sole micātes. affusa tñ illustriore & validiore luce oculorū acies/ licet stellarū splendorib; feriat: earū nullū fert discrimē/ nullūq; iudiciū p̄fēit. quoad occūbēte sole/ siderei q̄ latuere splēdores: liberi/ oculorū aciei reuelant.

Lux solis luci stellarū minime cōtraria

obelus/ radii/ rō

umore/apor.
truce/peccare
lumē. In vltim
is. Causat em
nus elicitur
orū/peccat
unduntq; spec
lore/odora sub
granitū. admo
r. Sapor demp
uē distillat
libitāria exor
videtur: con
im. Egerit
Ceteri vero cu
alis cōplexio
nus/ simplici
s/ vt animal
alitarum/ qua
malis corpore
is est prime
mal: sed p̄ura
ma e/ emene
- quā tota ipsa
nim caro: p̄
cetera gestat
ne sūt harmo
ud secus ferū
tabeant orga
Tactus autē
ceatur tactus
cum atq; vni
q; intemp
naturale or
alud esse ab
l sensus. Hi
ancellos/ cat
num tactus.
ombi inter
nre anima
anatomia
malis/ vt est
animal esse
ca animantia
si animalium
antibus pre
i hō p̄tenuis
sunt tactus.
erior ita
XVI.
sitas/ sensus
te/sonos.

¶ Sicut igitur in maiore mundo: ita & in minore/ vt in animali contingit. Exterior enim sensus/ interiori minime contrarius censetur: neq; veritas contraria similitudini/ neq; mundus animali. Neq; que in mundo est substantia: ei quod est in animali spectro & phantasmari euadit cōtraria. Simul enim substantia que est in mundo/ exteriorem mouet sensum: & eius spectrū quod asseruatur in cerebro/ interiorē vim imaginatiuā. quod fit interdiu: ipso animali vtroq; sensu vigilante. Exterioris tamen sensus motio: interioris motionē cortipit/ eā secum rapit/ & apparere non sinit. Sopito autem exteriore/ eouelgato/ atq; intermisso p̄ seuerare (vt diximus) in actu & officio potest interior. isq; tunc liberior existit: & clarior ac manifestior euadit eius operatio. Tūc enim recepta in interiore organo sensitiua tota virtute: animal mundum mundanaq; substantia deserit/ adestq; sibi ipsi. eorū que prius exterioribus sensibus haufit: spectra/ sigillaria & phantasmata in interiore cernens sensorio. Non igitur vigilante exteriore sensu: ligatur/ aut intermittitur interioris operatio. sed duntaxat apparere desinit: que sopito exteriore/ demū liberior clariorq; se prodit.

¶ Comparatio vtriusq; mundi, maioris & minoris adinuicem: in somno vtroq; & vtraq; vigilia.

Cap. XVII.

¶ Terq; somnus/ sicut in animali: ita & in mundo reperitur.

¶ Nam animal est minor mundus: mundus vero est vt animatum quoddam. Omnia igitur que in animali fiunt: p̄portionaliter fiunt & in mūdo. variaturq; mundus sicut & animal somno & vigilia: et somno quidē vtroq; & vtraq; vigilia. Diximus enim duos esse somnos: quēdam superficialē/ siue exteriore: alium profundum/ interiorem & verum. Hic vtriusq; sensus est ligatio: & vera/ ac tota animalis quies, ille autē solius exterioris est consopitio & vinculum.

¶ Quod est in animali exterior substantia/ hoc in mundo sol: & que in hoc stelle/ hec in illo visa nocturna noctilucae spectra.

¶ Si quomodo vterq; somnus in mūdo contingat/ rite ipsi dinoscere volumus: recta imprimis eorū que sunt in mundo/ ad ea que sunt in animali: attendēda est & obseruāda p̄portio. Sumam igitur pro exteriore/ mundanaque substantia in animali: solem in mundo. & pro nocturnis in illo visis/ ac noctilucis spectris stellas firmamētī. & p̄portione vtrorūq; i vtriusq; mirabili congruentia adaptemus. Sicut enī exterior substantia/ animali quandoq; presens est & quādoq; absens (Presens enī dicitur interdiu: quando exteriorem sensum mouet. Absens autem noctu: cum lucis & solis absentia/ exteriore sensum citere mouereq; desit) ita & sol quandoq; mundo adest/ quandoq; vero abest. Adest interdiu cum super nos meat: nocte vero abest/ cum in nostro haudquāq; visitur hemisperio. Et sicut spectra & phantasmata: nunq; ab animali dimouentur/ semperq; illi presentia sunt: in interno asseruata sensorio/ licet non assidue spectentur: ita & a mundo/ nostroque hemisperio nusq; abscedunt/ dimouēturq; stelle suntq; nobis semper presentes. licet non semper videntur atq; appareant. Et sicut interdiu lucente sole: simul splendent/ micantque stelle/ earum tamen interpolata est (solaris lucis claritate) & offusa apparitio: ita & cum exterior substantia/ animalis exteriorem sensum motitat: simul & que in interiore sensorio spectra asseruantur: sensum animalis interiorem citere mouereq; solent. Huius tamen motio/ ab illius motione correpta offunditur: seq; prodere & apparere prohibetur. Lapso vero in occasum lucente sole eoq; sub terras in antichthonum hemisperio meante: vt itāiam liberior est & propalatio stellarum aspectus: ita & cum exterior substantia/ exteriore sensum mouere desinit: liberius cuncta spectra & interna phantasmata/ sese imaginatiue virtuti prodere atq; demonstrare incipiunt. Et quicumq; diligentius hanc proportionem attenderit: mirā profecto reperiet in vtroq; animali scilicet & mundo concordiam. videbitq; nichil vtriusq; deesse: quo minus onni ex parte/ sit integra ac perfecta vtrorumq; adinuicem proportio.

¶ Solis presentia est mundi vigilia eius vero absentia/ primus est ac superficialis mundi somnus.

¶ Sol presens dicitur/ cum in nostro est hemisperio. Absens vero cum in inferiore vegetatur Sole autem presente: vigilat vterq; mundus/ & maior & minor. Nam minor maiorem seatur: a quo & substantiam recipit & virtutem illiq; conuigilat & eo sopito cōsopit. Absente autem sole: vterq; illico mundus primo/ simplici/ superficiali & exteriore somno oblidetur

Interdiu
v. p. diem
Amplior
analogia.

maior per phoebæ lucis absentiam: que noctu inferius hemisperiū pertuagatur/seq; in antithedonas transfert. minor vero liue ipsū animal: per sensitue itidem virtutis/ ab exterioribus organis abcessum. Sensitiuā quippe animalis virtutem: solari lumini/ proportionabilem esse prius docuimus. Sicut enim solaris lux: interdū nostro presēs est hemisperio/ interdū in occultis & inferius hemisperiū labitur: ita & sensitua virtus/ nunc aialis exteriori hemisperio/ idest extremitati & exteriorib; organis astat. nunc vero ad interius hemisperiū/ idest ad internū sensorium se colligit: exteriora linquens ac deserens. Nā sicut in mūdo duo sunt hemisperia: ita & in animali duo sensoria/ interius & exterius. A tq; in solo exteriore contingit sensitue virtutis vicissitudo & alterna reciprocatio.

Potentie		Obiecta	
Interior sensus	Exterior	Sol	Stelle
Animal		Mundus	

4 Sol est vt exterioris sensus obiectum/ stelle vero vt interioris.


¶ Nam sol esse dicitur est/ vt exterior mundi substantia: qua moueri natus est exterior sensus. Stelle vero sunt vt mundi spectra & phantasmata: que sopito exteriore sensu/ ac mūdo sese phantastice speculationi demōstrant. Sicut enī spectra diffiniuntur asseruate in interno sensorio vt in animalis cerebro/ sensibiliū rerum species: ita & stelle/ quædam sunt mūdanarum substantiarū vitales/ vere & perfectæ species: asseruate in mundi cerebro/ vt in firmamento.

5 Quemadmodum exterior mundi substantia/ causa est & initium spectrorum: ita & solis lux/ luminis stellarum.

¶ Confirmatur singulorum que diximus proportio: manifesta & euidenti analogia. Que enim animali insunt spectra: ea vis aie sensitua ab exteriore & mundana substantia hausit. Est enim substantia accidentis & veritas sue similitudinis causa. paritque pacto & stellarū splendor: ab solis lumine deductici & deriuatici sunt. Sicut enim ois substantia/ ab vna tantum substantia emerfit: ita & ois lux aut splendor/ vnus tantū lucis est deriuatio. Haud igitur absq; ratione dictum fit: stellas phantasmatis/ solem vero exteriori/ mundaneq; substantie esse proportionales.

6 Sicut exterior sensus in exteriore & anteriore animalis parte situs est/ interior vero in interiore & animalis profundo: ita & sol in anteriore est mūdi parte/ stelle vero in altiore/ remotiore & interiore.

¶ Alia iterum eiusdem analogie cōfirmatio. Nā sicut exterior sensus in extremitate est animalis/ interior vero in eius profundo: ita & sol in anteriore est & citiore mundi parte/ ipsi animali quod degit in terra viciniore. Stelle autē in interiore/ vltiore & altiore sunt mūdi parte/ ab animali & a terra maiori intercapedine distantes. Vnde fit vt perū rationabile sit exteriorem & citiorem mūdi partem / exteriori animalis parti esse obiectā: & interiorem interiori. & vt quemadmodum sol exteriores sensus aperit ac ciet: ita & stelle ipse interiorē delābant & exofculentur.



7 Sicut in animali exteriores omnes sensus terminant/ finiunturq; in interiori/ qui ideo communis & totum sensus vocatur: ita & in mundo/ sensibilia

omnia finiuntur/cludunturq; firmamento; quod ideo sensibile commune ac totum sensus dici potest.

¶ Vltimus centralis/penultimusq; sensus est interior. in quem exteriores omnes/vt in medium & comune centrum procurrunt. & ad quem vsq; sensibiles omnes species/ per exteriores sensus irrupunt. qui ideo totus est sensus: id omne continens/ complectensq; quod est sensibile. Sunt enim phantasmata extreme/ vltimeq; sensibiles species. quibus vltiores & interiores nulle in animalis corpore sensuue reperiuntur. Nam si que interiores & penitiores animalis insunt species/ spectris ipsis & phantasmatibus prestantiores: he neq; sensui neq; corpori/ insunt. sed soli animo vt pote que intellectuales & insensibiles sunt. In mundo autem firmamentum/ eadem proportionem finis est sensus & sensibiliu omnium terminus: & vt comune totumq; sensibile. continens id omne quod sensu percipi possit: & in quo fixe sunt extreme & vltime sensibiles species vera mundi sigillaria omniumq; reru imagines scilicet stelle. quibus vltiores & altiores nulle sunt/ sensibus perue. E: si quos celos altiores esse firmamento non inficiabimur: sensibiles tamen esse negamus/ sed aut rationales aut intellectuales esse fatemur. Est enim ratio sensu: intellectus vero/ ratione superior.

¶ Quo pacto verus in vtroq; & animali & mundo somnus contingat. Cap. XVIII.

Verus animalis somnus: est exterioris substantie ab exteriore sensu/ & interiorum spectrorum ab interna atq; imaginatiua vi/ discusio & eorum inapparitio.

¶ Vero interiore/ profundo integro/ perfectoq; aialis somno: sopitu esse vtrumq; sensu oportet & exteriorem & interiorem. Hi autem sopiti/ somnoq; sepulti esse nequeunt: nisi fiat ab vtroq; proprii sui obiecti discusio. & inspectatiua vtraq; vis/ sc. & que extrinsecus in mundo/ sensibiles substantias: & que intus in corpore vt in cerebro spectra & phantasmata intuetur/ ab obiectiua & presentatiua potentia/ aliquo pacto discludat atq; separetur. Diximus enim mundum eodem modo se ad exteriorē sensum habere: quo & aialis corpus ad interiorē. Mundū quippe sensibiliu substantiaru proptuariū esse: ex quo oia/ sensus exterior haurire iubetur. Aialis vero corpus/ penuariū esse atq; apothecā spectroru & phantasmatum: ex quo interior vis spectatiua oia desumit atq; cōtuetur. Transfert enim exterior sensus omnia amūdo in aialis corpus. que vbi in aialis corpore recepta & condita sunt: ab interiore sensu intus videntur/ spectantur/ conspiciunturq;. Sicut igitur mundus omnia exteriori obicit sensui: ita & aialis corpus. interiori oia presentat. Et quodiu illi mundus/ huic vero aialis corpus assiste: it illuxerit & apparuerit: tādū vterq; sensus erit in actu & officio. & mouebitur ac vigilat animal. Necesse itaq; est ad verū perfectūq; aialis quietē: vt & mundus ab exteriorē sensu/ & animalis corpus/ siue interna phantasmata: ab interiore sensu/ quoquo pacto discludant. vt deniq; hoc modo vtraq; inspectiua/ ac sensitua aialis vis: conquiescat/ iterspolet/ ac sileat.

¶ Eadem proportionem verus mundi sonus: est & solis & stellaru inapparitio.

¶ Nam solem persimile esse ostendimus exteriori substantie/ que exteriorē sensum ciet: aut sensitue toti virtuti quos animales spiritus vocant. cuius presentia exteriores sensus/ continetur in officio: & cuius in interiora secessu & reciprocatioe/ iterrmitti cogunt. Stellas vero pari proportionem spectris & phantasmatis respondere docuimus. que absente a mundo/ nocturne hemisperio sole: nocturna visione dephenduntur. dicitq; possunt stelle: mundi spectra phantasmata/ spes vtraq; nocturna. Nam & ea que aiali insunt spectra: eodem modo absente aialis sole/ id est sensitua virtute intus recepta: nocte aialcient/ viciq; motitāt internā. Sicut igitur verus ac profundus aialis sonus/ est nō modo substantie exterioris ab exteriorē sensu/ sed & interioru spectroru ab interiore sensu discusio: ita & verus/ perfectūq; mundi sonus: est nō modo solis absentia/ sed & stellaru inapparitio. Est enim sol/ vt exterioris sensus obiectū: stelle vero vt interioris

Exterioris sensus officium.

Animatrix		Obiecta	
Anima	Corpus	Sol	Selle
Se. exterior	Interior	Subā	Spectra

¶ Sicut in maiore mundo nubium itersitio/ nocturnus a nobis tollitur stellis

larum aspectus: ita & in animali nebularum / vaporumq; iter capedine: spe-
ctra ipsa nocturnaq; visa / a vi imaginatiua discluduntur.

¶ Ad superficialem / excutaneū & imperfectum animalis mundi; semnum / suppetit causa
vna quā diximus. In aiali scilicet sensitue virtutis. in interiora secessit & reciprocatio: qua ex-
teriores omnes sensus interpolantur. In mundo vero: solis / luctusue absentia: que est imper-
fectus mundi somnus. Ad verū autem & perfectū vtriusq; somnū: alie exquirēde sūt cause
quibus in mundo stelle: & in animali spectra / ac phantasmata / cōuelari / adopere riri & ob-
nubilari queant: quominus fatigent internam intuitricē / spectatricem: q; vim ei; illuceant **Viri somni**
He igitur cause in mundo quidem sunt nubes: in animali vero halitus / vapores / ac interne **causē.**
nebulę. que a corde sursum ad cerebrum illate / cerebrum intelant atq; obnubilant: cunctaq;
spectra / ab interna spectatrice vi discludunt. Cum enim stelle sint nostro semper presentes
hemisperio: haud aliter a nobis discluduntur / nostrisue oculis occidunt: q̄ aut solis / aut nu-
bium / aut vtriusq; presentia. Nā sole vt diximus presēte: continuo dispareret earum aspectus.
Hic tamē earum occasus contingit in ipsa mundi vigilia. Sopito autem post occasum solis
mundo: continuo micantes stelle sese produnt. quoad nubium densitudine & opacitate:
etiam nocturnus earum a nobis aspectus tollitur. & hūc solis per se / stellarum vero intersu-
tib; nubibus occasum / atq; in apparitionē: perfectam mundi requiē / verum q; semnum nū-
cupamus. Similiter / cū aiali semper insint spectra sintq; semper illi presentia / vt que nusq;
ab animali emigrāt: sicut & neq; stelle a nostro hemisperio / haud aliter possūt animali non
apparere nō illi collucere: nequē interiori ei; vi reuelari: nisi medium quiddā vt interses
spiritus ac vapor ipsa spectra ab imaginatrice facultate disicte prohibeatq; internam fieri
sensationem. Hoc igitur in animali interhyans medium: quod internas eius partes / si eadē
tiam & presentatiuam / siue potentiam obiectionis: ab inuicem diuimit: proximā & im-
mediatā causa est vt vero / perfectosq; somno animal potiat. Verus itaq; aialis scūs: duabus
de causis contingit. prima secessu virtutis sensitue / ab exterioribus mēris & sensorijs. se-
cunda accessu & interhyantia vaporum: qui a corde ad cerebrum sublati / presentatiuam
internam ab intuitrice quoquo pacto abducunt.

4 Interior animalis spectatiua / sita est in eius medio vt in corde: presentati-
ua vero in extremo / vt in capite.

¶ Si autē spectatiuam animalis internam / in eius medio vt in corde: presentatiuam vero in
extremo / vt in capite aut in cerebro. Nam he animalis partes / sibi inuicem cōtraposite sūt
se; conspicitū: & diuersissimarum sūt naturarum. Omnia etenim interna spectra & phā-
tasmata: reposita sunt in animalis cerebro: tanq; in interiore sensorio. Vis igitur eorū spe-
ctatrix & intuitiua: secundum rectam distantiam amouetur distatq; a cerebro. vt hoc pacto
liberius que illi insunt: conspiciari & speculari valeat. Est enim cerebrum: quiddam inter-
ni sensus speculum: omnia illi obiciens atq; representans. Que autem in speculo est imago
a speculo haudqua; cernitur: aut cōspicitur. sed ab alia aliqua vi abiuncta & separata a spe-
culo: que eidem speculo eminens recto silitur astatq; interuallo. Cernis quippe inspectio
omnisue intuitio: fieri in rectam distantiam est nata: & inter ea extrema que quadam dia-
metro ad inuicem cōuertunt / se; respiciūt. Inter autem cor animalis & eius cerebrum: **Inspectio**
ita est & diametralis oppositio. & ad inuicem he due animalis partes: vt precipue & rela-
tione recta tra-
ne ab ab-
uitur.

5 Animal est spectatiua vis mundi sita in mundi medio: cuius susceptiua
& presentatiua / est extremum mundi corpus: vt firmamentum.

¶ Licet de his in huius opusculi initio (vt in quarto capite) pauca tetigerimus: tamen non incallum fuerit: ad complendam & animalis & mundi proportionem/ veramq; analogiam: & ex prioribus nonnulla resumpsisse: & que omnem hanc similitudinē absoluant addidisse. Diximus igitur quecumq; in minore fiunt mūdo/ proportionabiliter fieri & i maiore. In minore autem mūdo/ vt in animali: alia est eius pars spectrorū presentatiua/ vt caput: alia eorū spectatiua/ sita (vt dixim⁹) in aialis medio: vt i corde. Nā & vera aīe sedes est i corde. Sensus autē interior: est ab aīa in corp⁹. Fit enī interior sens⁹: cū aīa aut propriū corpus/ aut corporis partē: aut q̄ i ea sita sūt cōspicatur. In mūdo igitur proportionabiliter/ alia est vis presentatiua: alia iudicatiua. presentatiuā firmamentum esse/ sepius docuimus. Superest vt que sit mūdi vis apprehensiuā & intuitiuā/ demonstremus. Dictū iam a nobis est ipsum animal vt hominem: animā esse mundi. Sicut enim se habet animalis anima/ ad proprium corpus: ita & totum animal vt homo/ ad mundum. Atq; in animali/ presentatiua vis est eius corpus: spectatiua vero eius anima. & ab anima in corpus/ internam sensationē fieri ostendimus. Erit igitur & totum animal vt homo/ vis quedam mundi spectatiua & intuitiuā: sita a natura in mundi medio/ vt in terra. suspiciens ad mundi extremum/ vt firmamentum sidera & stellas: que sunt velut mundi spectra & phantasmata. sicuti & vis animalis spectatrix (que est eius anima in medio/ vt in corde sita) suspicit ad superiorem animalis partem/ vt ad cerebrum: repositas i eo internas species cūctaq; visā nocturna/ sopito animali deprehendit. Sūt igitur mirabili congruentia: omnia in aīali & mūdo pportionabilia.

Analogia
quavt aīa
ad corpus
ita totum
animal ad
mūdum.

¶ Vnde fit vt ad verum vtriusq; & animalis & mundi somnum: sit necessaria caligo/ vtriusq; spectatiuam a presentatiua dirimens/ atq; discludens.

¶ Ad veram vtriusq; (animalis scilicet & mundi) quietem: cum primo & superficiali somno (qui in mundo per lucis solaris absētiā: in animali vero per sensitivē virtutis in interiora secessum contingit) addēda est ea caligo: que summam vtriusq; extremāq; partem dirimat discludatue a media. Nā mediam partem cor vtriusq; & veram aīne sedem/ ipsiusq; spectantis facultatis locum esse docuimus. extremam vero cerebri/ capitis/ obiectivē & presentatricis nomine in vtroq; mundo finiuimus. Sicut enim animal est in mundi medio: ita & aīalis anima in animalis medio. & sicut animal vis est spectatiua mūdi: ita & aīa vis est spectatrix aīalis. & quēadmodū spectāda mūdi: i mūdi capite/ cerebro & extremo fastigio collocantur vt in firmamento: ita & animalis spectanda vt phantasmata in ipsius animalis capite/ ac cerebro locata sunt. Post igitur solis occasum: sicut interstes nubecula/ inter animal & firmamentum: verū mūdi procreat somnum: ita & in animali post sensitivē virtutis occasum/ & in intima secessum: interhyans caligo/ inter eius cor & cerebrum: animalis spectatiuam a presentatiua disungit/ gignitq; verum animalis somnum.

Sens⁹ interior			Specra			
Aīal	Anima	Caligo	Cerebrū	Sens⁹ exterior	Tenebre	Subā sensibilis
	Cor		Corpus			
	Spectatiua	Medium	Presentatiua	Spectatiua	Medium	Presentatiua

Figura veri perfectiq; somni in animali

Sol	Terra	Animal	Nubes	Stelle	Firmamentū
Sol sub terra in inferiore hemisphere: nocis causa.	Mundi medium in quo sita est vis spectatiua.	Mundi spectatiua siue mundi anima in medio.	Media nubes spectatiuam a presentiua dirimens.	Spectanda mundi nocturnaque visa.	Presentatiua mundi siue eius caput.
Figura vere perfectęq; mundi quietis.					

Quod in vero animalis somno: somnia contingant nulla. Cap. XVIII.

1 **E**rum animalis perfectumq; somnum: somnia sequuntur nulla.

Vam somnia dicuntur cum spectra & phantasmata: interiori vis spectatiue sese ostentant atq; demonstrant. Ast in vero animalis somno: interni vapores et subcutanee caligines: interiorē vim spectatiuā a spectris & phantasmatis diducunt. In vero igitur animalis somno: nulla fit interior sensatio aut imaginatio aut inferiorum spectrorumue apparitio.

2 **I**n vero animalis somno: vis anime motiua in actu esse desijt: vegetatiua vero in actu & officio perseverat.

De vi anime secundum locū motiua intelligimus. Nam animalis somno sepulto: sensitua vis ab exterioribus receptui cecinit: inq; parte animalis interna recepta est & illi inscripta. Quo fit vt flaccidū elanguidūue animal: sensim linquere sese atq; deserere cogatur & omnem exteriorem intermittere actum. Motus autem secundum locum: exterior est animalis actus. Vis igitur anime secundū locum motiua: non modo in vero ac perfecto: sed & in simplici ac exteriori animalis somno: in actu protinus esse desijt. Porro vegetatiua vt digestiua nutritiua & augmētatiua: cum interna sit & internis fungens organis in actu & officio perseverat. Et non modo proprio non priuatur actu: verum recepta intus sensitua tota & vitali corporis virtute: fortior euadit: fitq; liberior digestio: cibi cōcoctio: animalis nutritio & augmentatio.

3 **I**nterni vapores et fumi: quibus animalis perfectus elicitur somnus: ab animalis vi vegetatiua et corde eleuantur sicut et in mundo nubes a sole.

Nam hi vapores & fumi: sopito animali vt plurimum gignuntur. Ab ea igitur vi eliciuntur que animali sopito: somnoq; sepulto: in actu & officio perseverat. Hanc autem vim vegetatiuam esse diximus: que i somno liberior & fortior est q; in vigilia. Atqui vis hec vegetatrix: naturalis est anime potentia: anime insita: perinde atq; sensitua. Anime vero propria: naturalisue sedes: in corde est & in animalis medio. Sicut igitur in mundo nubes a sole: ita & in animali: interni vapores & fumi: a vi vegetante & corde: sursum halant: spirantq; ad cęrebrum. Vnde fit vt rursum dinoscatur sol: cor esse et vita mundi et vt naturalis anime mundi: id est hominis sedes. Sicut enim spirituum & vaporum animalis causa: est animalis vegetatrix & vita: in eius corde sita: ita & habitū spirituumq; mundanorū ac nubium causa est mundi vegetatiua & vita in eius corde locata. Et sicut animalis anima: naturalē habet in eius corde sedem: ita & hominis (quem diximus verā esse mundi animam) naturalis sedes est in mundi medio: id est in sole & corde. Est enim sol verum mundi medium. vt qui ab extremis mundi corporib; firmamento & terra equidistare comperitur.

4 **S**icut sol est in mundi medio: inter firmamentum et terram: ita & animalis cor: est in animalis medio inter eius celum et terram.

f. iii

Illatio

¶ Precipue mundi partes sunt tres: sol / firmamentū / terra. que (vt in huius operis initio doc- cum) his tribus nominibus exprimuntur: planeta / stella / elementū. Planetes mediū est: stella & elementum extrema sunt & vltima mundi corpora. In imo subsidet elementū: stella in summo reside: obtinetq; mūdi arcem. Stella immobilis / nūq; a nostro dimouetur hemispherio. Elementum quoq; fixū ac stabile est. sol inter vtrūq; mediū fertur: nunc in superiore / nunc in inferiore hemispherio. Cū enim superius permeat: vigilat mundus. cū vero in inferius de- lapsus est: mūdus cōsopescit ac dormit. In animali igitur cuncta mundo proportionabilia reperiuntur. habetq; pariter precipuas partes tres: celum siue firmamentū / aut stellā: deide solē postremam terrā siue elementū. Animalis celū est eius cerebrum: quod viscerū omniū excellissimū est: obtinetq; eius tholum & arcē: & quo venarū ac spiritūū vis omnis / a corde tendit ac definit. Animalis elementū aut terra: est eius venter / aut ima pars ventris natura humida. a qua cordis calor haud secus q̄ sol a terra: nubes & vapores eleuat / tollitq; ad animalis culmen. Porro animalis sol aut planeta / est vt monstrauius eius cor: situm in ei medio inter ventrem & cerebrum: quas constat extremas esse animalis partes.


Proportionabilia		Mundus	
	Terra	Sol	Firmamentum
	Elementū	Planeta	Sella
	Venter	Cor.	Cerebrum

¶ Sicut in mundo duo sunt hemisperia superioris & inferioris / inter que sol natura meat / nunc vni nunc alteri presens: ita & in animali duo sunt hemispe- ria / superioris vnū aliud inferioris: inter que animalis cor conuertitur / nunc vni / nunc alteri presens.

¶ Celebrata sunt duo mundi hemisperia: vnū nostrū / quod arcticū nuncupamus & vt ad nos superius: aliud antichonū & antarcticū / quod ad nos est inferius. His autē duobus mundi hemisperijs / admirando respōsu: coaptatur duo animalis he- misperia / aliud superioris / inferius aliud. Superius animalis hemisperij: pars eius superior / a corde ad cerebrū. Inferius vero pars eius inferior / a corde ad ima & profunda ventris. Superius animalis hemisperij: est hemisperium sensus / siue sensitiue virtutis: & in quo ois exercetur sensatio. Inferius vero / est hemisperij vite siue vegetatricis facultatis: vt in quo exercetur digestio & animalis nutritio. Sicut igitur sol in mundo / inter vtrūq; fertur hemisperij / nūc arctico nunc antarctico presens: ita & animalis cor / nūc eius superiora / nunc inferiora respicit ac fouet. Cum superiora intuetur / eaq; focillar: exercetur aialis sensatio & vlgare dicitur animal. Cū vero superiora relinquens / ad inferiora / vt ad ventrē conuertitur: intermittiturq; sensatio: exercende vegetationis & nutritionis causa. Atq; hi duo cordis aialis respectus & motus: sunt alterne / vigile ipsius & somni cause. Vnde fit vt superioris aialis hemisperij: vocari q̄at hemisperij vigile / diei & lucis. Inferij vero




Illatio.



somni noctis & tenebrarum. Et ex hac propositione plurima inferri possunt ab his: qui re- ctam animalis & mūdi proportionē seruare nouerint. Vt in antarctico hemispherio / plus esse

humidi q̄ aridi & sicci. & si qui in eo hoies degunt/ hos v̄tricolas esse: plusq; vegetatricē & nutritionis officium q̄ sensitivam exercere: belutos demum & irrationabiles esse. Vniuersum quoq; mundum esse haud imerito vt quoddam animal: vita ac sensu preditum. vita in inferiore hemispherio: sensu in superiore. Solis quoq; lationem & cōuersionē/ vt causa est s̄oni & vigilię mundi: ita & cordis in animali conuersionem/ variūq; & succedaneū in vtraq; eius hemispheria respectū: somni & vigilię animalis esse causam. Et interdiu in animali exerceri sensationem exteriorem. noctu vero vegetationem/ vt nutritionem: a qua interna quoq; sensatio eleuatis/ densatisq; vaporibus: nocte occluditur / atq; intermittitur. qua interpolata: verus/ perfectusq; succedit animalis somnus. Ad verum quippe perfectumq; animalis somnum: hec vt necessaria exquiruntur. Cordis catabasis siue ad inferius animalis hemispheriū conuersio. Exteriorum sensuum interpolatio/ Vegetatio siue nutritio/ Vaporum eleuatio ad cerebrum. Eorum concretio & incrudatio. que spectra a corde discludit/ diuinitq; presentatiuam ab inspectiua: qua interiectione/ verus ac perfectus oritur animalis somnus.

Vera s̄oni & vigilię animalis causa



Animal			Mūdos			Animal			Mundus		
Sensus interior	Vapores interni	Phantasmata	Sensus exterior	Tenebre	Substantia sensibilis	Sensus interior	Serentitas	Phantasmata	Sensus exterior	Tenebre	Sensibilis substantia
Verus animalis somnus						Imperfectus animalis somnus					

Ratio in sono ligari nequeat eaq; presit imaginationi. Cap. XX.

Ratio vis est animi spiritualis & incorporea: imaginatione penitior/ atq; interior.

Sicut imaginatio interior est & profūdiore/ exteriore sensu: ita & imaginatione ratio. Exterior eni sensus fit a corpore/ i mūdū: imaginatio vero ab aia/ in corp⁹: ratio autē ab aia/ in aiam. sensim quippe se colligit aia a mūdō p corpus: in seipsā. q̄ sicut exteriore sensu solū conspicat/ in mūdū: ita & sensu interiore ppriū speculat/ ituerurue corp⁹. ratione vero sibi ipsi cōgreditur/ seq; solā inuetur/ cernit/ apprehēdit. Quo fit vt rationis extrema sint hec duo: anima/ anima. Imaginationis vero extrema: anima/ corpus. Exterioris autem

us operis...
 res medi...
 elementū...
 onetur hemispherio...
 in superiore...
 vero in inferius...
 o proportionatū...
 itū aut stellā...
 quod viscerū...
 vis omnis a corde...
 ars ventris...
 s eleuat / tollit...
 us cor: situm in...
 partes.

ter que sol...
 unt hemispherio...
 tur/nunc vni...

apamus & v...
 lis autē duobus

Antarcticū

sensatio & v...
 trē conuertitur...
 tritionis causa...
 & somni cause...
 cis. Inferio vero

unt ab his que...
 us exterior plus est

Tolle rationem presidem ab imaginatione: continuo pellax erit/falsa & psendola imaginatio, putans in re ita habere: que duntaxat i nocte et i somno spectantur. Vifa quippe nocturna & spectra: vt veras mundi substantias/ spectabit. Nam cum proprium sit soli exteriori sensui veras mundi substantias intueri/ easq; interdum haurire presentes: interiori vero proprio duntaxat verarum substantiarum similitudinibus/ sensibilibusq; speciebus affici: neutri tamen sensui proprium est inter aut sua aut alterius obiecta ponere discrimen, sed sublimioris potentie vt rationis hoc peculiare esse et proprium putandum est. Exterior quippe solas cum norit substantias: nulla spectra & phantasmata specularatur. Interiori vero spectra sola non substantie ipse offeruntur. Rationi autem et spectra & substantie agnita sunt: nouitq; eorum discrimina/ ac differitates. Censet igitur/ ac iudicat ratio: que nocte ab imaginatione spectantur/ tantum modo vifa esse/ ac rerum species: non veras substantias. Eadem quoq; & exteriorem sensationem numerat ac librat: iudicatq; veram eam esse/ verarumq; rerum inspectione. Itaq; vera hactenus est imaginatio: qua spectrorum et phantasmatum vera apparitio. Nam veraciter ab ea videntur & conspiciuntur phantasmata. falsa autem est: cum rationis absentia/ atq; defectu: putat spectra/ veras esse substantias. et que intus parent ita in re & mundo habere/ atq; esse. Ab sola quippe ratione: omne oritur discrimen/ differitatisq; rerum iudiciu. a qua vnquodq; sub propria ratione/ dinoscitur id esse quod est. Vt spectrum dinoscitur esse spectrum/ non substantia: et substantia sese eidem rationis oculo substantiam: non spectrum esse insinuat.

Nullus sensus iter aut sua aut alterius sensus obiecta nouit discrimen.

Quatenus vera imaginatio.

6 **V**nde fit vt internam animantium brutorum sensatione: sequitur olophantia.


Olophantia omnium mendacium. Animantia bruta: ratione sunt destituta. Principatum in ipsis obtinet imaginatio: qua prestantiorum vni nullam/ habere creduntur. Nullum igitur huiusmodi inest rerum discrimen aut diuersitatis iudicium: nulla ratioe spectra & substantiarum diducunt. sed vifa queq; nocturna: velut mundi substantias inspectant. Et que in ipsis sola apparitione contingunt: ea vt extrinsecus in mundo contingentia & veraciter patrata recipiunt. Vniuersa igitur eis mentitur imaginatio. Nam ea vi orbata et expertia sunt: qua eius olophantia deuitent/ putetq; spectra tantummodo esse: que nocte visum non veras substantias.

Hominis		figura		
Ratio	Imaginatio	Spectru	Sensus exterior	Substantia
	Imaginatio	Spectrum	Exterior sensus	Substantia

Brutorum animantium figura.

7 **N**on modo animantia bruta in sono a spectris falluntur: sed & in vigilia ab sua imagine.

Animantibus brutis/ nullum inest discrimen imaginis & veritatis. omnem parentem vifamq; aut suam/ aut aliorum imaginem: pro vera substantia vt diximus recipiunt. Huiusmodi igitur animantia/ non modo ab interno imaginationis speculo falluntur: sed & ab exteriori omni liquida et speculari substantia: in qua visitur queuis imago. Vt specularis se equus in vndis: continuo sua specie fallitur/ eaq; vt veri equi substantiam recipit/ inspectat prosequiturq;.



f v

fallūt itaq; aiantia bruta & interiore & exteriorē sēsu / et in somno & i vigilia / ab oī spēcie & imagine. Et non tantū species / non vt species recipiūt: sed & neq; substantias ipsas / vt substantias inspicant. Neq; enim norunt / quod sit iter spectē et substantiā discrimē. vt aut rerū species vt spē: aut substantias / vt substantias admittāt. sed aut cōfulevtrūq; aut i cōtrāria ratione percipiunt. Itaq; sensib⁹ vtrūq; scilicet interiore & exteriorē: in vtrūq; vt in spectris & substantiis / ea falli ac decipi contingit

☉ Esse celum aliquod firmamento sublimius.

Cap. XXI.

Omnē sensationē in capite: vitalem vero operationē i vtre pfiēt

Mundus est vt quiddā aial: et eadē vtrūq; proportionabiliter insunt.

☉ Diximus vtrūq; & animal & mūdū / esse ex corpore & aia: & quod sit vtrūq; corpus / queue aia. Quippe aiam ipsā: aialis esse aiam. Aial vero / animā mundi. Ostendimus & duo in animali / sicut & in mundo esse hemisperia. Superius vnū alud inferius: hoc vite / illud sensus esse hemisperiū. Nam in superiore aialis parte vt capite: oīs pfiēt / impleturq; sensatio. in inferiore vero / vt in ventre: oīs vitalis operatio & animalis nutritio adimplet. Totū igit aial est proportionabile / simileq; mūdo: & eadē vtrūq; insunt. Aialis aia / similis est aie mundi: & illius corp⁹ / huius corpori. Superius quoq; aialis hemisperiū: arctico mundi responder hemisperio / & inferius antarctico. Aialis extrema / mūdi extrema respiciunt: illius quoq; medium / huius medio congruit. Amborum media sunt cor & sol: illud aialis / hic vero mundi. Sol assidue vtraq; mundi perlustrat hemisperia: nūc arctico / nūc antarctico p̄sens. Cor itē in aiali nūc sua lāpade / superi⁹ ei⁹ hemisperiū opplet / ipsosq; sēsus i actu & officio cōtinet. nūc illud deserēs / ad inferi⁹ vite hemisperiū cōuertitur: vitalē in vtre exercens operationē. Et nichil pfecto est in aiali: quo mūd⁹ creat. Nichil in mūdo: quo exors et expers sit aial. Haud igitur absq; ratioē. in ore oīm: vt triuiale quiddā / ac protritum decantetur: & aial mūdū / & mundum esse animal quoddam.

☉ Mundus homini q̄ cuius animalium simillimus existit.

☉ Vnicū est aialis gen⁹: icq; specialissimū & indiuiduū. vnica itē hōis est species: & ea specialissima: atq; indiuidua. Toti aialis generi / inest sensus. vniuersē quoq; hominū species / inest a natura ratio. Est autē ratio inferiorū oīm cognitionū / p̄stātissima: cēforia / vt docuimus / & arbitra sens⁹ vtrūq; quibus vt animi apex & culmē / prouide i peritat / ac p̄est. Cum igitur humana tota species / haud aliter in toto sit aialis genere / q̄ in sensu ratio: liquet hominē (qui sol⁹ ratiois particeps est) cūctorū quib⁹ adest sens⁹ / animatiū esse p̄stātissimū. Sicut eni sens⁹ / latior ac fusior est ratione: ita & aial in plurib⁹ est q̄ homo. & sicut rō apex est & moderatrix sensuū: ita & hō culmē est & moderator aialiū. Prestat autē semp id quod rarius & in pauciorib⁹ est: eo quod frequēt⁹ / & in plurib⁹ reperitur. Vnde sit vt mūd⁹ sit hōi q̄ cuius animaliū simillior: & satius hō pro mūdi aia sumēdus sit: q̄ quoduis animal.

☉ Tantum est animal / quantum est sensus: & quantum sensibile.

☉ Nā sens⁹ cū aiali cōuertit. oī eteni aiali et soli inest. & cui sē⁹ inest: id cōtinuo est aial: cui nō sē⁹ id minime aial esse potest. Sensibile quoq; tātū ē: quāt⁹ est sens⁹. Est eni sē⁹ sibile: sensus obiectū. Oīs autē potētia: proprio obiecto est adequata & cōmēsurata. Porro ipsū sensibile / tantū est quātū id spaciū: quod a terre meditullio / ad cōuexā vsq; firmamēti circūferentiā. Nā quicquid ab huiusmodi circūferētia ambī: alicui subest sē⁹ / si quid autē est ea sublimi⁹ sensui nulli referatur atq; adaperit.

☉ Sicut in elemētis tota animalis consistit vita: ita et in planetis vt in sole / sē⁹ / & in stellis / imaginatio.

☉ Aialis substantia / est quedā quatuor elemētōrū concretio. & ex iisdē nutritur / viuūtq; aial: quib⁹ & ei⁹ substantia coalita est & cōflata. Simile quippe: a simili nutrit. Aialis igit vita i elemētis cōsistit: eiusq; vis vegetatrix / statuenda in elemētis. Porro aialis sensū & imaginatiōē: sepius docuim⁹ in planetis & stellis cōsistere. Est eni sol vt exterioris sensus obiectū. Stelle vero que sūt mundi spectra: sūt vt obiecta sens⁹ interioris. Nā stelle noctu & i quodā mūdi cōno: a nobis spectātur. Vigilāte eni mūdo vt cōspicius est sol: ita & eo dormiēte cōspicue stelle.

☉ Irrationale animal in quo suprema est imaginatio: firmamēto ac sē⁹ sibile mundo continetur / vt equale ab equali.

☉ Suprema quippe aialis irrationalis vis: est imaginatio. Hec autē finit / terminaturq; fir

nameto: vt vero proprio ac maximo sui obiecto. Na sicut vite limes e celi lūaris cōcauū: ita et meta sēs/ cōcaua facies firmamēti. Imaginatiōis vero termin/ deuexa ac repāda eiusd firmamēti sup̄ficies ē. Cōtinef̄ igit̄ irratiōale aīal (cui nullavis uest̄ imaginatiōe sup̄ior) firma mēto/ eiusq; repanda superficiei: vt equale ab equali. Nulla etenī vi firmamentū exerebrat

Terra	Aqua	Aer	Ignis	Luna	Mercuri	Venus	Sol	Mars	Iupiter	Saturn	Firmamentū
Animalis vita				Eius sensus				Imaginatio			

Irrationale animale quale sensibili mundo.

illudq; transcendit. Sensum tamen habet firmamenti illiusq; stellas intueri & suspicari potest. quecunq; item sunt sub firmamento: illius quoq; mortalis ocul/ facile perlustrat/ conuetur/ attingit.

6 **H**omo rationis particeps superior est sensibili mundo: firmamentū per netrans/ illudq; transcendens.

Nam mōstratū est irrationale aīal/ equale esse sensibilib mūdi moli: illiusq; sensus cōtineri et arceri firmamento. Homo autē rationis est particeps: cuius immortalis & inuisibilis oculus/ animalia irrationalia exuperat: & omnia mūdi visibilia corpora transcendit/ eaq; perfodit: ad inuisibilia spectanda est axillans/ eleuans/ traducēsq; hominem. Sicut enim visibili animalis oculus/ visibilibum est inspector corporum: ita & inuisibilis rationis oculus inuisibilium. Ex hac manifestum est/ hominem haudquaq; contineri firmamento/ aut sensibili mundo: cum sit vtroq; maior et superior. Impossibile enim est vt a minore/ contineatur et aberceatur id quod maius & insignius est.

7 **V**nde fit vt aliud sit celum rationis inuisibile/ firmamento sublimi/ per inde atq; et imaginatione ratio.


¶ Nam vis intellectiva/ semper anime adest semperque substantiam ipsius comitatur. Eo quippe modo/ se habet intellectrix facultas ad totam anime substantiam: quod ferme intellectualis notio/ ad ipsam intellectricem facultatem. Pauxillum quod uidem distant: quod intellectualis notio/ opus est intellectricis potentiae: ut que ab ea gignitur atque profertur. Vis autem intellectrix: haudquaquam partus est aut effectus substantie animi. Ipsa siquidem anime substantia: nullus est primevarum suarum virium naturalium facultatum opifex. sed vniuersae nature dotes illi ab sue creationis initio: simul cum substantia/ a deo indulte & impartite sunt. Atqui intellectualis notio: simul atque edita est semper animo astat/ nunquam ab animo dimouetur. Si igitur anime substantia/ eueterna est & in euo creata: erit & vis intellectiva eueterna. Et non modo vis anime intellectrix: sed & omnis eius naturalis facultas atque potentia (ut sepius docuimus) eueterna. Distat duntaxat/ quod corporee anime: iterum & corruptioe corporis/ a suis adhibiter mittuntur manentque ad tempus ociose atque inanes. Intellectrix autem facultas/ vbi in actu esse cepit: vbi proprijs operationibus/ cepta est defugit: potest in actu esse continuo. nec quicquam corruptioe

g iij

corpis: aut imutaf aut ab actib⁹ solui atq; intermirti cogit. Intimi igit^r anime orbis: substantialis & intellectualis: semper adinuicem coniuncti sunt seq; mutuo in euū comitantur.

¶ Ambo citimi postremue anime globi: & ab inuicem & a duobus primis dissociantur suntq; corruptioni obnoxij.

¶ Statuēda coram oculis est superioris capitis figura: in qua ad elementorum numerum/ quattuor esse animi orbis liquido monstrauimus. Hec autem orbium quaternitas: bignera dupliciq; nature euadit. Nam intimi orbis: substantialis & intellectualis: nullā corruptionem expallent. sunt eni immortales & eterni. Ambo vero citimi & extremi/ vocalis scilicet & scriptus siue corporeus atq; mundanus/ sunt & corruptioni obnoxij: & abinuicem & a duobus prestantiore⁹ dissociantur atq; separantur. Corruptione siquidem anima/ sine vlla sui demutatione: e corpōris finibus facessit. cū qua & intelligētia & vis omnis ipsius: corporeos linquere thalamos cogitur. Corpus vero postq; ab eo vitalis animus abcessit: illico tabescens: in atomos euanuat atq; resoluitur. nec ea qua pri⁹ integritate priorisue sui decoris harmonia/ mundo adesse probatur. Etenim tamen si nulla nostri corpōris itereat atom⁹: sed omnis eius impers & insensibilis glebula/ in mūdo mūdanoue orbe saluetur: nōnunq; eiusdē numero corpōris harmoniā/ formam decoremq; resūptura: separari tamē a mundo mūdanoue orbe corpū dicitur: q; mortis corruptione/ desinat esse corp⁹. Haud enim materialū atomorum multitudine/ illico corpus est: nisi in corpōris formā coaluerit. nisi aut a substantiali aut a vitali aut a sensitua aut a rationali forma sibimet agglutinata: vnam aliquā substantiam efficiat. Sunt igitur ambo citimi ac postremi anime orbis/ vocalis & script⁹ corpore⁹ & mundanus: & abinuicem & aduobus primis dissociabiles.

¶ Sunt & intimi ambo anime orbis/ immateriales & insensibiles: duo vero citimi/ & materiales & sensui peruij.

¶ Non modo anime substantia: sed & eius intelligentia/ imaterialis & insensibilis est. Quicquid enim sit ex materia: aut corp⁹ est aut corporeum quiddam. Nulli insuper sensui neq; anime substantia neq; eius intelligentia expanduntur & adaperiuntur. Licet autem & ois animi vis imaterialis/ incorporea & insensibilis sit: intellectrix tamen facultas/ est & substantia & actione imaterialis/ incorporea insensibilis. cetera autem vires/ duntaxat substantia & quatenus ipsi animo insunt & potestates animi sunt: incorporee imateriales & insensibiles vocant. cetera vero ex parte idest actu & operatione: materiales/ corporee sensibilesq; euadunt. Nā licet naturales huiusmodi facultates/ site sint in animi substantia: nec vllā extra animi thalamos indepte sint sedē: nichil tamen in exedris animi operantur/ nullo intra animi fines actu splendescunt. sed omnis illarum actio/ extra animum proficiscitur: seq; aut in corpus aut in mundum explicat. vocis quippe editione/ fit anima in proprio corpore audibilis. Exaratione vero scripturarū: in mūdo visibilis fit. Sunt enim concept⁹/ vox & scriptura quedam animi species: quibus animus aut in mente aut in corpore aut in mūdo pellucet atq; explicat. In mente siquidē anim⁹ explicat cōceptu: in corpe vocib⁹/ in mūdo scripturis.


¶ Vnde fit vt quattuor anime orbis: sint per omnia similes elementis.

¶ Nū quaternus elementorum ordo bipartitus est: in ea que suapte natura leuia sunt superioraq; petellūt. & in ea que suoapte pondere atq; grauitate: ad inferiora raptāt. Duo enī ignis & aer leuia: sursum agūtur. Duo vero aqua & terra: deorsū raptant. Ignis insuper & aeri visū omnē subterfugiūt: persimiles substantie & conceptui ai: que carneorū oculorum exuperat acie. Aqua vero & terra/ cū visū percipiuntur: cetera doctrinalia signa vocem & scripturā (que sensibilia sūt) rite emulari videntur: Sunt igitur animi orbis: per oia similes elementis.

¶ Anima trinipara triumue fecūda litteralium signorum: his ipsiis litterariis sui vires atq; facultates pascit.

¶ Diximus animam triniparam esse/ triumue fecūdam: Notionum scilicet/ vocū/ scripturarum. His autem tribus signis/ quorum ipsa est opifex: pascit alitq; semetipsam. Nam intellectualibus notionibus: propriam pascit intelligentiam. Vocibus vero/ pascitur eius auditus. Visus scripturis enutritur exaraturq;. Sunt enim ad normam & examen litteraliū obiectorum: litterales quoq; anime facultates/ numerate & pensē: a quibus tria huiusmodi obiecta captentur. Quotquot enim anima fructus parit/ totidem ora/ illi natura indidit: in que idē fructus a propria radice imunitantur.

Vires aie
corporeas
nichil itra
animum
operari.



9 **U**niversum anime literarium opificium / eius item literarij partus / potētie & organa: orbiculariter pingi & sensibiliter exprimi petuntur.

Scribantur ad idem cētrum: quattuor orbis concaui seq; complectentes. sitq; vt prius: primus minimus & intimus orbis / anime designans essentiam: cunctis suis naturalibus viribus natura priorem: actibus verosuis & natura et tēpore antiquiorē. Secundus autē orbis / sit orbis intelligentie: quē & insensibilē & immaterialem & a substantiali orbe inseparabilē esse prius docuimus. Tertius porro orbis: vocalis / corporeus / vocūq; susceptiuus appelletur. Quartus quoq; extremus orbis / vt prius scriptus vel mundanus dicatur. Inter primū itaq; mediūve orbem & secundum: statuo imprimis ipsos conceptus / quos albicantibus orbiculis exprimi volo. Hi etenim conceptus / primi sunt anime partus primūq; eius opificiū: quos & sine corporeo organo & extra materiā profert. Et hac de causa / ad interiorē essentialē anime orbem: nullā adiectiuus corporeā appendicē: nullisue organis anime essentiam / sumus in conceptū opificio dispartiti. Nā neq; corpori / neq; mundo: sed sibi metipso soli intellectualiter congressa anima / notiones intellectuales edit. Quia vero editi ab anima conceptus / haudquāq; ad corpus neq; ad mundū spectant: sed ad partē aie intellectuā / que & ipsos recipit / hi scq; vt propriis obiectis afficitur eaq; speculatur: ideo in superficie concaua secundi intellectualisue orbis / cōplures vultus depingi volumus. quibus interna & spiritalis anime speculatio: qua vndeocunq; proprias notiones intus perlustrat / designetur. In deuexa autē superficie eius / idē secundi & in-

tellectualis orbis: per vniuersum ambitum / prominentes linguarum appendices collocantur. quibus secundarū anime specierum / id est vocum: a secundo orbe i tertium editio / secundū anime actus innotescat. Est enim lingua / organum vocis edēde. Orbiculi vero partim albi & ex parte nigri / qui iter secundū ac tertiu orbē disponūtur: secundas anime species id est voces / exprimunt: que in aures / vt proprias sui potentias recipiuntur. Idcirco enim tertij corporeiue orbis concaue superficiē: aures ipsas adaptauimus / que vocibus pascuntur. De nūm ad tertij orbis conuexam superficiē / spectant manū appendices: que sunt extrema & suprema anime organa. quibus scripturas in mundano orbe siue in externa mundanaue substantia: exarare contendit. Orbiculi vero ex toto nigricantes seu (quod malueris) simpliciū litterarū figure ac note / quas inter tertiu & quartum orbem proposuimus: tertiu anime opificium id est scripturas nobis exprimunt. Cūcti autem oculi / qui quarti extremū orbis concauam superficiem obsecerunt: ipsam videndi facultatem representant. que scripturis / vt proprijs & litterarijs obiectis it obuiam. que ue suprema anime auturgia id est manuali operatione pascenda est. Porro ad conuexam quarti & mundani orbis superficiem / nichil adieciimus. cum q̄ hec superficies / nobis ignota maneat. Tūm q̄ mundanus orbis / extremus animā ipsam complectatur: nichilq̄ sit circa mundum / in quo & mundus & anima esse predicentur. Mundus quippe in loco non est / mundanusue orbis cunctorū orbū supremus / maximus & extremus esse conspicitur. Vltra quem neq̄ anime vires / neq̄ vllus eius actus vllūe opificium protenduntur. Funditur enim panditurq̄: prima vis anime / in aiām Secunda in corpus: Tertia in mundam. Vltra vero mundum / cum forte nichil sit: nulla etiā inest anime facultas / qua mundanum orbem exterebret penetretq̄: vltra mundum aut qua aliquid infra mūdum operetur. sed omnis eius actus: finitur clauditurue in mundo. Prim⁹ enim eius actus / finitur in anima. Secundus mediūe / corporea mole arceret atq̄ continetur. Tertius vero imus vltimusq̄: in orbe mundano perficitur. Omnes tamen in mundo fieri dicuntur: cum quicquid fiat in contento / fiat & in continente. Continetur enim anima a corpore. Corpus vero & anima / in mundo sunt & continētur a mundo. Vniuersum igitur anime opificium triniue litterarij eius partus / totidem potentie & organa: congrue i quatuor orbibus expressa cernuntur.

¶ Ab his tribus anime opificijs / trinam hominis pendere vitam: contemplatiuam / actiuam factiuam.

Cap. XXVIII.

B huiuscemodi trinis anime opificijs / trina hominis pendere vitam / scitur vita: contemplatiua / actiua / factiua.

¶ Sicut anime substantiam trinā (vt diximus) vallant circumsidentq̄ orbis intellectualis / corporeus / mundanus: ita & ipsi anime in trinis huiusmodi orbibus: varius tribuitur viuendi modus. nec iisdem legibus nunc proprie intelligentie / nunc corpori / nunc mundo adesse eorumue regere orbis: aut eadem in ipsis moliri atq̄ operari predicatur. Mouet enim anima / proprie intelligentie orbem per se: eumq̄ sine corporei organi interuentu / notionibus (vt diximus) intellectualibus opplet. Corporei autem organi orbē seu concaua palati / oris ac faucium latera: haudquaquā per se / sed vtens interno lingue ad mimiculo motitare eaq̄ vocibus opplere conspicitur. Pari quoq̄ pacto & ipsa mundanum orbem / haud per se motitare suevit: sed fungens extimis manuum organis / per quas in mūdā substantia exarat scripturas. Ab his igitur trinis anime opificijs: trina totius hominis pendet vita: contemplatiua / actiua siue practica & factiua: quā vt plurimum illiberalem et mechanicā vocant. Et de his paucula in sequentibus propositionibus dicemus.

¶ Contemplatiua vita: sese intra animi fines abdit. Actiua / extra animi lateres profecta: corpus mouet. Factiua vero / extra totum hominem se fundens circa mundum mundanasq̄ substantias negociatur.

¶ De triplici totius hominis vita: eadem ferme & que de trinis anime litterarijs facultatibus & earum actibus dicenda sunt. Sicut enim conceptus nusq̄ extra animi fines digreditur: sed sese iugiter intra animum continet seq̄ in immateriali & incorruptibili vasculo abdit: ita & contemplatiua vita / intra eodem animi fines sese coerct: nichil disquirens eorū que aut corporis aut mundi sunt. Est enim contemplatiua vita / aut ipsarum intellectualū notionum arcanum opificium: aut eueterna & extrinsecus incognita earum speculatio.

Actiua autem vita secundo à nime opificio/ quo vox ab ea profertur similis euadit. In vocis quippe prolatione/ indiget anima corporeo organo eliciturq; extra se ipsam. Ita & in actiua hominis vita/ quam practicam nuncupamus exercenda: necesse est animam/ haud solis meditationibus affigi: sed corpori congregi/ corporeisq; & viribus & organis vti. Factiua deinceps vita/ eadem lege tertio animæ respondet opificio/ quod scripturas molitur. Sicut enim scripture neq; in anima/ neq; in corpore: sed extra totum hominem/ in mundo mundanæ substantiis exarantur: ita & factiua vita/ sese vltra animum & corpus/ intra mundum fundit mundoq; cõmiscetur: circa mundum negociatur/ mundi finibus coercetur.

Quid con-
templatiua
vita.

Actiua.
Factiua.

Contemplatiua vita/ omnium præstantissima est & prima: Actiua mediâ

Factiua illiberalis/ abiecta & extrema.

Nam præstantior est animus/ humano corpore. Humanum quoq; corpus/ mundo præstantius. Est enim/ vt in libro de intellectu docuimus/ anima humani corporis: humanum vero corpus/ mundi finis. Factus quippe est maior mundus/ propter minorem. Minoris autem mundi pars/ ea quâ corpus vocamus/ propter eam facta est/ que animus appellatur. At qui contemplatiua vita/ est animi vita. Actiua/ corporis: factiua mundi. Est & animus primus medium/ corpus. Extremus/ mundus. Est itaq; cõttemplatiua vita/ omnium præstantissima et prima: Actiua mediâ/ Factiua illiberalis abiecta & extrema.

Philosophia ad contemplatiuam vitam: oratoriâ siue Oratio/ ad actiuam ad factiuam vero/ Mechanica spectare probatur.

Quid phi-
losofia
Phia tri-
partita

Sermocin-
ales ad
practicam
spectant.

Philosophiam nuncupamus/ que proprietatum rerum siue substantiarum siue accidentium sapientissima indagatrix: nichil inde q̄ solum mentis partem/ q̄ simplicem huiusmodi proprietatum speculationem molitur præsolaturq;. Et hec tripartita est: in Mathematicâ/ Naturalem & supramundanam Mathematicæ siquidem discipline: accidentia numerum magnitudinèq; rimantur. Naturalis philosophia/ sensibilibus substantiis/ sese deuouit. Supramundana vero: intellectuales substantias diuinasq; proprietates indagatur. Sermocinales autem discipline: haudquaquã sub hac philosophiæ ratione clauduntur. Ad practicam enim actiuâq; vitam spectant. vtpote que licet proprietates scrutentur sermonis: aliud tamen ex eo/ ipsum scilicet sermonis vsum præsolantur. Insuper & philosophiæ toti & cõttemplatiuæ anime partifamulantur. Exeunt quippe parantq; sermonem: quorum proprietates/ quo intimi mentis conceptus referentur. Que autem ad contemplatiuam vitam spectant: propter se sunt/ nec aliis famulari nouerunt. Sicut enim corpus anime famulatur: ita et rebus ipsis/ ancillatur sermo. Et sicut corpus animam obtegit illaq; sub corpore delitescit: ita & vox intellectualè inuestit operitq; notionem/ que aliquo pacto intra vocem/ arcana & abdita conditur. Eadem itaq; est sermonis/ que & corporis ratio. eoque modo sese sermo siue oratio ad mentis notionem se habet: quo & corpus ad animam. Erit igitur & actiua vita/ eodem modo & corporis et sermonis: & que de sermone negociantur artes/ practicum actiuûq; finem habere probabuntur. Ad factiuam demum vitam/ mechanicè pertinent artes que postq̄ anima naturaliter corpore obiecta/ corporeoue orbe inuestita est: ipsum corpus aut mundano orbe/ aut mundanis substantiis circũtegunt inuestiunt ac saluant. Sicut enim intellectualis notio/ duplici veste obtegitur: prima vocis secunda scripture: ita & anima pari proportionè/ vestimenta recipit duplicia. Primum corporis/ quod illi a natura circũdatur. secundum mundanæ substantiæ/ quam ad corporis habitum ac formam: mechanica ars intexit/ toti q; homini ad eius salutem circũponit. Philosophia igitur ad contemplatiuam spectat vitam. Sermo siue oratio & negociose sermonis artes/ ad actiuam. Mechanica vero ad factiuam. Intelligere etenim: speculatiuum & contemplatiuum est. Docere/ practicum & actiuum: scribere factiuum.

Analogia

Factiua vita/ latissima & plurimorum est: actiua pauciorum/ contemplatiua vero/ rarissima et q̄ paucissimorum.

Nam sicut mundanus orbes/ corporeo orbe euadit longè maior: corporeus quoq; orbes/ intellectuali maior orbe est: ita & mechanica vita que mundo copulatur/ suppositorum hominûq; pluritate actiuam & contemplatiuam transcendit estq; cunctarum latissima. Eadem quoq; lege actiua/ que in corporeo residet orbe: q̄ cõttemplatiua amplior & latior est. Est enim mūdân orbis capacissim⁹. Corporeus min⁹ capax: Intellectualis minime capacitatis.

am: contem-
p. XXVIII.
pendere dino

entq; orbes intel-
lectuali maior orbe
est: ita & mechanica
vita que mundo
copulatur/ suppositorum
hominûq; pluritate
actiuam & contempla-
tiuam transcendit
estq; cunctarum
latissima.

erantis facultate
ni fines dignitate
sibili valde es-
l. disquirentes
am intellectuali
arum speculatiua

Triplex
vita in py-
ramide.

Complures insuper hominū: facilius in mundano orbe velut bestie curuari atq; desiderē q̄ se ad preclarū humani corporis statū ac rectitudinē attollere sufficit. Et plures iterum sūt quibus corporeo in orbe residere eoq; suffulciti sat perfectiōis est: q̄ qui se ad animi colligere unitatem & in intellectualis orbis penetrare angustias: preclaris laudatib; sudoribus contendunt atq; entantur. Vnde fit vt hi tres viuendi modi/ rite pyramidis figurā imitētur cuius apex situs in contēplatiua vita/ basis vero in auturgica & factiua. Et quē ad modū ad contēplatiuā spectat animus: ita et ad actiuā (que vt plurimū in sermone et oratione consistit) spectant os & lingua. ad factiuam vero pertinent manus: quibus mundane substantie a nobis motantur tractanturq;.

Factiua vita, ceteris tēpore prior ē: actiua mediā/ cōtēplatiua postrema. 6

Nam sicut mundus/ creatus est ante humanū corpus & humanū corpus ante animā: ita et factiua vita/ actiuā: actiua vero contēplatiuā tēpore precellit. Est enim factiua vita/ q̄dā mundi vita: actiua corporis/ contēplatiua animi. Et sicut corporis domiciliū est mundus: ita & anime domiciliū corpus. Mundi finis/ est humanū corpus. Humani vero corporis finis/ anima. Ois autē finis/ natura quidē prior est: eo cuius est finis/ tēpore tamen posterior. Quod eni natura primū est: tēpore vltimū perficitur. Quod vero tēpore oritur primū: natura numeratur extremū. Anima natura prima & propter seipsam futura: omnium vltima a deo condita est. Mundus autē qui natura vltimus & nulla ex parte propter seipsum/ sed propter hominē factus est: anteq̄ fieret homo/ est a deo ad esse productus atq; absolutus. Quo igit ordinē hec tria anima/ corpus mundus: sibi inuicē aut natura/ aut tēpore succedūt: eodē et vite tres contēplatiua/ actiua/ factiua numerantur.

Q sicut vox docendi: ita et scriptura discēdi sit mediū. Cap. XXVIII.

Aea notione que est in mēte: vox ois nostra/ sermo et oratio pēdet. 1
Sicut ab anima/ primo loco deriuatur simplex & incorporea conceptio: que est propria anime species/ qua seipsam in seipsa speculatur: ita & ab eadem cōceptione atq; notione (vt ab interno et occultissimo fonte) vox omnis nostra sermo & oratio sumit initū. Est enim vox omnis/ earū que sunt in anima notionū: excutanea sensibilisq; expressio & aut naturale aut vltro neū ac voluntariū/ earū signū. omne autem signum recentius ac posterius est: eo cuius est signū. Licet enim signa ipsa/ sensu & cognitio: ne priora sint: vt pote que preuia & in propatulo exposita/ prima nobis occurrant/ nosq; ad ea quorū sunt signa manuducant: hec tamen illis/ natura sunt et priora & preslantiora.

Vnde fit vt sterilis inanis ac vacue mentis sermo: aut nullus sit/ aut penitus irrationabilis/ perperus/ stolidus et sine doctrina. 2

Nam ab interioribus manant exteriora: ab intelligibilibus/ sensibilia: ab signatis signa. Illa horū sunt: idee/ veritates/ metra/ initia/ mensure/ exēplaria & principia. que si nulla sunt: aut nulla extrinsecus subsistunt/ aut falsa/ inordinata & preter naturā sunt. Si igitur nichil est in mente: erit & in ore nichil. Si nulla intus conceptio/ nullus erit sermo. **Q** si secus euenerit: necesse est omnē a sterili/ deserta ac vacua mente prolatā orationē: in ventū profert/ stolidāq; esse/ incōpositā/ irrationabilē/ pseudologam ac fallā: et que nullus erit rei expressio ac signum. Omnis enim sermo & oratio: ad eius que in mente est notionis et idee prospertum/ ad intelligibiliū instaret imitationem: cōponēda est/ limitanda atq; numeranda.

Sicut anime notio medium est essendi: ita & vox docendi. 3

Anime duplex est esse. Aliud primū/ quod ē ipsius simplex & naturale esse. Aliud secūdu qd est bene esse & scire. Est enim anima omnia/ et sciens est. Est simpliciter/ per se/ ante cōceptum. Est vero sciens: ipsius notionis & conceptionis habitu. In hac autem propositione/ de anime esse secundo loquimur: quē appellamus conceptū/ siue internā ipsius notionem. Est enim hec notio litteraria aīe essentia/ siue ipsa scientia: et qua aīa docta sciensq; vocatur. Vt igitur hec notio medium est essendi: ita & vox docēdi. Nam primā illam notionem/ format eudite anima ad semetipsam. qua sibi ipsa se offert seq; collabellat/ presentat/ exprimit seq; nouit/ intuetur/ speculatur. Vocē autem haud ad seipsam: sed ad alium extrinsecus profert. eiūq; medio pedotribatum exercet: dū quā intus habet notionem/ in alteri deriuit/ traducitq; mentē. Sicut enim anima/ est docta in conceptu/ non docet in conceptu: ita & docet/ in voce et non est docta in voce/ siue in habitu vocis. In quo enim docta censetur/ docere nequit: et in quo docet docta non est.

Scriptura: verum est dicēdi medium. 4

Vox ad ali-
um pferē.

¶ Qui doctus est & mente plenus: neq; vt loquatur neq; vt scribat eget. Seipso etenim perfectus: sibiq; sufficiens: voluntarie & naturali dūtaxat proximi amore extra se fit. eamq; quā intus habet conceptionē/ voce expressam: alteri offert/ pandit referatq;. Porro labilis fluida & euanida vox: ab eo qui docetur/ scripturarum monumētis mandatur atq; asseruatur. vt presentaneæ vocis/ frequēs apud eum iteratio fiat/ atq; resumptio. Hac enim crebra & iterata scripturarū lectione: in eius qui discit mente: solidus/ ac firmus paratur discipline habitus: ei similis/ qui mēti prius inerat docentis. Vnde fit vt sicut qui docet/ scriptione nō eget: cum sue mentis conceptus sufficientius voce/ sermoneq; alteri adaperiat: ita & acusticus siue auditor/ qui adhuc & docetur & discit: loqui non possit. Nondū enim vocalis/ aut loquutuleius (inani adhuc steriliq; mente factus est: cū vox omnis/ interne sit notionis expressio. Tādū etenim qui discipulari subest/ echemitiā Pythagoricā seruare iubetur: quoad mens ipsius spiritalibus notionibus ditata/ habeat quod cōmode & rationabiliter eloquat. quoad eius oratio/ sit internarum animi diuinarum exprōptrix. Cuius autem mēs notionū est inops: hic merito labia digito supprimat.

¶ Scriptura est vocis continentia/ perseverantia/ iteratio/ frequentia/ resumptio: qua in eo qui discit paratur discipline habitus.

¶ Vnico actu: nulla in nobis paratur disciplina/ nullus gignitur habitus. Vox autem est vt vnicus actus/ ad momentū euanida: que simul atq; facta est vaneſcit resoluiturq;. Simpliciter igitur voce in eo qui discit: nullus discipline format habitus. sed necessaria est imprimis scriptura: qua vox excepta/ apud eum referuatur qui discit/ iteretur resumatur. eaq; frequentia & consimilium actū numero: perfectus euadat atq; eruditus. habitu specierū internarūue notionū ei equalis: q se docuit. Est enim scriptura: vocis memoria/ reseruatō/ numerus & iteratio. Nam sicut in libro de intellectu docuimus/ intelligibile notionē momentaneam esse i intellectu: fixā vero/ ac statam in memoria: ita & vox per se momentanea & interabilis est. Quod enim vt aiunt/ semel dictum est/ amplius resumere non potest. Scriptura vero quedā est vocis collectio/ numerus/ memoria/ resumptio: ad formandum in nobis discipline statum per necessaria. Et vt docentis proprietates/ sunt locutio & status (Nam liberi stantes loquuntur) ita & dicentis propria sūt: Echemitia siue taciturnitas/ Silentium/ Sessio/ Scriptio/ Silētū quia mēte vacui atq; ianes: necdū qd dicturiāt aut rationabiliter eloquantur idēpti sūt Sessio propter scriptionē: que sedentaria est & quā sedendo exercere solemus. Et qui docet vt intellectus est: qui vero docetur/ vt memoria. Transfert enim omnia intellectus in memoriam: & inanis ab initio memoria/ ab intellectu impregnatur/ secundatur/ perficitur. ita & is qui docet/ ab initio plenus est & mente diues: qui vero docetur inops & vacuus. Hic autē/ ab illo sicut & memoria ab intellectu ditatur/ eruditur perficitur.

¶ Vnde fit vt inter eum qui docet quiq; discit: cōtingat circulus/ a conceptu in vocē/ a voce in scripturā/ a qua in cōceptū/ a quo rursus in vocem.

¶ Circulus est ab eodē in idē pgressio: idē picipiū/ idē finis: ab eodē i idē reuertit. In hūana eruditione initium motus: fit ab eius notionē & conceptu qui docet. Eo enim conceptu: vocem elicit/ primam sue notionis expressionem. Ex hac autem voce is qui eruditur/ docetur: profert apud se scripturam. qua vocem continet: firmet pluriesq; resumatur. Hac vero

Circulus a conceptu in conceptum					
Loquutio		Scriptio		Lectio	
Conceptus	Vox	Vox	Scriptura	Scriptura	Conceptus
Mens docentis in qua prius est conceptus		Vox docentis	Scriptura dicentis	Scriptura	Mens discitantis iam docta cui postertus conceptus inest

Figura humane eruditionis qua de mēte in mēte: persensibilia media notio transfertur.

repetitione paratur in eo discipline habitus. subitq; mentē eius interna notio: similis et no-
 trioni que prius extitit in mente docentis. & in ea demū notioe: discipline periodus/ gyrus
 ciclusue absolvitur. Vt enim cept⁹ erat motus/ ab ea conceptione que erat in mente docen-
 tis. ita & in ea clauditur finiturq; notione. que posterius discētis mentem perficit opplet/
 consummat. Eius autem notionis media: sunt vox & scriptura/ illa docentis/ hec discētis
 mediū atq; instrumentū. Per hec enim duo sensibilia media: mēs menti referatur/ atq; ad-
 aperitur. itq; conceptus qui est in mēte docentis: in discētis mentē transfertur atq; depor-
 tatur. Is vero qui iam edoctus & consummatus est/ cū par ei qui se docuit factus sit: tū pri-
 mum interruptis silentijs/ liberā habet edende vocis facultatē/ euasitq; vocalis & loquutu
 leius: Rationabilis atq; emerit⁹ suarū notionū eloquutor: interniq; thesauri buccinator &
 pius (aliorum instructionis gratia) propalator.

¶ Quis disciplinarium actuum ordo. Cap. XXX.

A Nime/que ad aliam pedotribatu ac ludimagisterio fungitur: pro-
 pria sunt esse/scire/loqui.

¶ Esse anime: est anime substantia prior oī eius actū. quippe que est omnis sui
 actus initū. Scire: est interne. inuisibilisq; notionis habitus. loqui vero vocis est
 prolatio. Eius igitur anime que ad aliam animam/ pedotribatu & litterario ludimagisterio
 fungitur: tria sunt in primis propria. Esse/ scire/ loqui. Esse secundū se/ & ante oia. Scire id est
 internam notionē habere qua sciens anima/ perfecta & cōsummata cēsetur. Loqui cū que-
 cunq; ipsi insunt: voce/ oratione/ sermone ali/ exprimit omnēq; mentis thesaurū adaperit.
 Scribere (vt ostendimus) haudquaquē eius est propriū: quandoquidē pedie exercende/ refe-
 randeq; menti/ ac promendis eius notionibus: cōpetenter suppetit oratio.

**¶ Inconsummate mētis & que tenero adhuc discipulatu/ ad vere disciplīne
 magmēta proficit: propria sunt essētia/ ignoratio/ silētū/ profectus.**

¶ Nam incōsummata mens: substantiā habet a natura/ qua simpliciter esse dicitur: & cui⁹ ha-
 bitus/ est simplex eius essentia. Est autem a natura inanis/ vacua/ in tenebris: omni inter-
 no lumine/ ac intellectuali specie orbata: quā specterū priuationē appellamus cunctorum
 ignoratiōē. Et si priuata est specie/ nullā in trorsus gestās notionē: quomodo rationalē/ aut
 significantē elicere poterit vocē? Est enim vox interioris conceptionis signū: interior vero
 notio/ totius vocis initū. Et que a sterili. atq; indocta mente profertur oratio: blittea est irra-
 tionalis/ nullius expromptrix/ aut significatiua. Eius igitur mentis que tenero adhuc disci-
 pulatu fouetur: & ad vere disciplīne magmenta/ matorae incrementa sensū prouehitur:
 hec sunt pecularia & propria/ Essentia/ Ignoratio/ Silentium profectus. Est etenim igno-
 rat/ silet/ discit se/ simeq; proficit.

**¶ Inconsummate mentis discipulatus hīs adimpletur & perficitur: Auditio: 3
 ne/ Scriptio/ Lectio/ Intelligentia/ Essentia.**

¶ Si prima mentis referatio/ vox est ludimagistri: necesse est vt & primus discipuli actus/
 sit eius vocis perceptio atq; auditio. Secundus vero est eiusdē vocis retentio: continentia &
 status: q; scriptio adimpletur. Diximus eni scripturā perseuerantiā esse vocis/ eiusq; nume-
 rum/ iterationem & frequentiam: ad formandā/ atq; apparandā in nobis disciplinam. Scri-
 ptio succedit ipsa lectio: qua ipsi chartas tractantes/ phylurasq; sedulo voluitates: que
 litteris mandata sunt/ oculis haurimus. Porro lectio/ intelligentiam parit: eūq; proficienti
 adhuc menti infert conceptū/ qui prius cōsummate menti inerat. & quē cōsummata huius-
 modi mens/ pedotribatu perfuncta: voce primitus expresserat. Deniq; intelligentia/ mentis
 est cōsumatio: & quedā secūda illius essentia/ prime naturalis & antiquioris essētie pfectio.

Progressio in eruditione discipuli


Discipulus	Audit	Scribit	Legit	Intelligit	Scit	Est
------------	-------	---------	-------	------------	------	-----

¶ Vnde fit vt vniversi humane eruditionis & doctrine act⁹ sint hi **Esse sci- 4
 re Loqui Audire Scribere Legere Intelligere Scire Esse.**

¶ Statue extrema humane eruditōnis mentē & mentē: illā primitus per se aut a natura
 edoctā: hanc vero ab illa eruditā/ inter vtrāq; mentē (vt hec discipulatu/ illa vero pedotriba-
 tu defungitur) vniversa hec cōtingūt. **Esse/ Scire/ Fari/ Audire/ Scribere/ Lectitare/ intelli-
 gere/ Scire/ Esse.** Essētia natura/ qb⁹ abe mētis/ abiucē disite sunt: hec proficiens/ illa erudi-

ens ac docēs. Nā ante oīa / docta mēs: naturalis effētie participatione / esse ac subsistere dicit
 Interna vero notiōe & cōceptiōis habitu: scire pronunciat. Hāc deinde notiōē / dū voce
 exprimit: loqui fatig dicit. Et hūc vltimus est pedotribe act⁹. Prim⁹ autem discipuli actus:

est auditio /
 ipsiusq; vo-
 cis sē. Se-
 cū⁹ scrip-
 tio: & vocis
 apud le cōti-
 nētia. Tert⁹
 scripture or-
 cularis lu-
 stratio: q̄ &
 lectitatio vo-
 cas. Quart⁹
 itelligētia: q̄
 (frequēti le-
 ctitatio) cō-
 cept⁹ i mēte
 gignit: cui⁹
 habit⁹ ē mē-
 tis plenu-
 do & sciētia
 q̄ scire sciēs-
 ue eē mēs ip-
 sa dicēda ē.
 Post scire ve-
 ro relabi-
 muri eē ei⁹
 dē mētis: qd̄
 ē ei⁹ primū
 & vltimū.
 Et hec ē ab-
 solutio cicli
 hūane eru-
 ditiōis: qua



mēs a mēte pficiē: cui⁹ initiū est cōsumate mētis eē: finis vero incōsumate mētis esse. Et ab
 essentia prime doctēq; mētis / ad vocis vsq; plationē: a pfectis ad ipfecta ab interiorib⁹ ad ex-
 teriora / ab itelligibilib⁹ ad sēsibil ia / a signatis ad signa descēdētes mouemur. Ast ab audie-
 tione vocis / ad inerudite mentis / que tamē in fine docta euadit / esse: scādīm⁹ ad itelligibi-
 lia ad interiora ad perfecta & signata: ab ijs que contrariis ratiōibus finiuntur.

¶ Sicut is qui alium erudit / ab interna notione siue scriptura / vocē profert:
 ita et qui cōsumat / e demū littera siue voce elicit cōceptum.

¶ Interna notio q̄ est i mēte docētis / fōs est / vt dixim⁹ / & vocis & scripture: vt a qua tā vox /
 q̄ scriptura deriuant. Vox autē prima est ei⁹ notiōis exp̄ssio: & q̄ sine scripture medio: a do-
 cta / cōsumataq; mēte / pfectiōis mētis alteri⁹ causa / proferit. Que autē pficit mēs: fluxū vocē
 littera excipit / cōtinet figit / & apud se retētat. cui⁹ frequēti lectitatio / sine vlllo vocis medio
 gignit in ea spiritalis notio / quē cōceptū dicim⁹. cui⁹ habitus est ipsi⁹ mētis cōsumatio. In eo
 igit q̄ docet: cōcept⁹ sine scripture: vocis est initiū. In eo vero q̄ docet: littera sine voce: gi-
 gnit cōceptū. Vnde fit vt & cōceptio / sit cōceptiōis: & sciētia sciētie: & lumē lumis causa. Est
 enī cōceptio vocis causa: vox vero scripture. Scriptura cōceptiōis: in ea mēte que proficit:
 atq; erudit. q̄ etsi postq̄ cōsumata ē: alteri⁹ eruditioni p̄sit: rurū ei⁹ cōceptio piet vocē: vox
 scripturā: scriptura cōceptū. & ita deiceps: ad vltime vsq; mētis cōsumationē.

¶ Sola voce / sine scripture medio: mēs rite cōsumari ac perfici nequit.

otio: simili et
 periodis q̄
 in mente
 perficit
 is: hec dicitur
 feratur / atq; ab
 atq; de
 actus sicuti
 alis & loquuti
 buccinator &
 Cap. XXX.
 ungitur: pro
 ue est omnis
 qui vero
 o ludimagis
 e oia. Scitō
 r. Loqui cū
 faurū adaper
 exercendo: rē
 re discipline
 tus.
 irur: & cui⁹
 is: omni inter
 nis cunctorum
 o rationale au-
 ū: interior vero
 oblitēta est
 ero adhuc dicit
 nī prouidetur
 tererim: igno-
 ur: Auditio:
 discipuli actus
 / cōtinentia
 / eiusq; nume-
 / rāplīnam. Ser-
 / uolūtates: que
 / ūq; proficit
 / ūsumata hū-
 / agentia mētis
 / s effētie p̄fectio-
 hu. lūe sci-
 e aut a natura
 vero pedotribe
 / itare / intelli-
 / ens: illa erudit

Scriptura
voci nūc
rus

Nam vnico actū nullus in nobis formatur habitus. sed frequenti eiusdē iteratione: qua firmatur in nobis interna notio: fitq; immobilis a mente. Simplex autē fluxus euanidēq; vocis prolatio: est vt vnic⁹ discipline actus vnico momento perseverans. qui seipso iterari/ fingi et contineri nequit. Scriptura autem & littera: vocis est numerus/ permanentia & iteratio. qua in oritur indocte menti/ procita et expetita conceptio. Sola igitur voce siue scriptura re medio: is haudquaquam facile in mente paritur conceptus. qui mētis est habitus/ plenitudo veraq; disciplina.

Quatuor sensus discipline sunt quattuor.

Cap. XXXI.

Disciplinē sensus sunt quattuor: auditus/visus/gustus/tactus.

Vulgatissimi sunt gemini discipline sensus/ qui a cunctis litterarū presides celebrantur: auditus/ ac visus: hic scripturę ille vocis. qui cum inter exteriores sensus/ primatum obtineant: summo animalis culmine atq; fastigio/ cunctis sublimiores & eminentiores resident. Auditus tamē & ipse visum precellit: quemadmodum & anima corpus. Est enim auditus (vt ostendimus) vocis & anime sensus: visus vero corporis ac scripturę. Vox autem & scriptura: sensibilia media sunt/ parande in nobis disciplina. q̄b9 et internus consummate mentis promitur/ reseruatue thesaurus. & ea que inops que exors et expers est discipline/ omniq; conceptione vacua: ditatur/ impletur/ consumatur. Sicut igit̄ duo sūt discipline sensus: alius quo sermones & voces/ ali9 quo scripturas ipsas haurimus: ita & alij duo sunt discipline sensus/ qui auditui visuiq; famulantur. alius qui voces proferat vt gustus: alius qui scripturas exarare/ ac pingere soleat: vt tactus. Nā licet (vt dictū est) tactus in toto sit animalis corpore: vera tamē & peculiaria eius organa/ ea nūcupare possumus: que a cunctis organorum organa censentur/ sicut & tactus sensus sensuū nūcupatur. Vt lacerti/ manus/ digiti: que toto exeruntur corpore/ illi extrema sunt: & circumferri eidem possunt. adeo vt nulla sit corporis pars/ que manuū fugiat tactum.

Auditus vi
su p̄statio

Auditus & visus actiui: Gustus & tactus factiui & illiberales sunt.

Auditus & visus in cōparandis disciplinis/ actiui & practici sunt. vt quib9 sensibiliū rerum ab vniuerso mundo/ hauriuntur & expetitur species. que in imaginationem primum deinde in intellectu/ defecatissime penetrant. Gustus autē & tactus neq; vocis/ neq; scripturę sunt arbitri: & per paucas nobis sensibiliū rerum species demōstrant. illius tamē famuletium/ voces edit: huius vero facultas litterarū notas pingit/ exaratq; scripturas. Vt igitur auditus & visus actiui/ aut si maui speculatiui sunt (Nam visus speculatur scripturas auditus arbiter est vocum) ita & gustus & tactus factiui & illiberales sunt: hic scripturę ille vocis opifex.

Vt superior gustus superiorem auditū: ita & inferior tactus inferiorem et ignobiliorem/ pascit visum.

Gustus vocis architectus/ pascit auditū: tactus vero litterę exarator alit visum. Omnē vocem/ presentat os auditui. Manus vero litterā omnē/ ocellis infundit. Pascitur auditus vocibus/ visus vero scripturis. Omnis quippe sensus: suo obiecto/ siue obiecti specie pascitur/ fouetur/ enutritur. Et sicut gustus nobilior & eminentior est tactu: ita & hic rursus cōiscere licet/ auditum prestantiorem esse visu. Huic enim alendo natura abiectionem: illi vero confouendo prestantiorem aprauit/ obiecit/ presentauit.

Os est quiddā ipsius auditus obiectū: manus vero oculorum.

Nam os aialis/ est ipsum primū & precipuū vocale: in quo formatur ois vox/ a quo ois oratio profertur & manat. Ois autē effectus/ primitus sue cause inest: & excellentius in causa/ q̄ in se ipso subsistit. Eadē enī causa plures potest & gignit effectus. Ipsa & ante est & sublimiore modo est: quicquid est eius effectus. Os autē/ vocum oim est causa. Man9 vero scripturarū. Et vox oris: scriptura vero manuū/ quiddā est extrema & sensibilis explicatio. Si



Si igitur antea ori omnis vox/omnis quoq; scriptura manibus inest:erit os vt omnis vox/ & manus vt omnis scriptura. eruntq; rursus manus vt oculorū obiecta. veraq; visibilia: in quibus a natura scripta ac depicta sunt omnia. os vero verū vocale & aurium obiectum. Vnde fit vt auditus & visus/ sint vt potētie: gustus vero & tactus/ vt eorum obiecta. & videatur animal perpulchre conuerti/ ac flecti in seipm: cū pars ipsius/ partē diiudicat sitq; pars partī a natura peruenisse presentata. os inquam auribus/ oculis vero manus.

Illatio.

5 **A**uditus & visus/ sunt perse discipline sensus. Gustus & tactus secundū quid.

Nam auditus vt auditus/ sensus est discipline. Itidem & visus/ vt visus. Est enim auditus vt auditus/ vocis arbiter/ ac iudex. visus pariter vt visus: intuetur perlustratq; scripturam. Et vox vt vox est: audibilis est. Scriptura quoq; vt scriptura/ visibilis. At gustus & tactus vt sensus & passibiles sunt (omnis enim sensus vt huiusmodi passibilis est & speciei susceptiuus) neq; hic scripturarū/ neq; ille vocū est sensus. Est enim tactus prime & elementarie qualitatū/ aut loci sensus. Gustus/ vero sensus est sapidi ac insipidi. Sunt igitur auditus & visus perse discipline sensus: Gustus vero & tactus secundum quid. hic vt opifex scripturarū: ille vocū & orationum minister.


O is sensus vt huiusmodi passibilis

6 **O**lfactus inter hos & illos medius: neuter esse perspicitur.

Auditus & visus liberales & perfecti sunt: vocis & scripture arbitri & vt anime sensus. Gustus autem & tactus: & illiberales & corporis sensus dicuntur. Olfactus inter hos/ illosue medius: partim anime/ parti corporis & aliquo pacto (vt superius docuimus) totius est sensus vt qui simpliciter neq; vtiliū/ neq; honestorum: sed mediōrum & delectabilium bonorū est. Dixim⁹ enim vtilia bona/ corporis esse propria: anime vero honesta. Superest vt bona media/ ac delectabilia: aut in neutram/ aut in vtrāq; partem flectantur/ atq; ipsi toti accommodentur. Et cum extremi sensus sese respiciant: auditus gustum/ visus tactum: & alij aliorum sint arbitri/ ac iudices: Alij eorum ministri/ presentantes/ atq; offerentes se (Est enim os audibile: manus vero visibiles) Medius olfactus/ aut demq; seipsum respicit: aut exteriorem mundum. Nullus enim superest in hūano corpore/ exterior sensus: qui illi presentetur/ obijciatur/ offeratur. Aut igitur eidem exterior mundus obiectus est/ aut ipse sibi ipsi: aut fortassis (quod & verius & rationabilis dicitur) abdito/ interno/ comuniq; sensui obijciendus & presentandus erit. Sicut enim olfactus/ superior est gustu/ ita & communis sensus/ superior auditu/ situs in cerebro. Itaq; & perq; rationale est: olfactum esse/ vt quiddam interni/ abditiq;

Rationalior de olfactu opinio.

sensus obiectum. Nam & ipsi olfactus sensoria/ ad cerebrum feruntur. & spiritus quem trahim⁹/ spiranturq; naribus: ad cerebri temperamentum pensatus a natura deputatusq; esse cēsetur. Quippe cerebrum ipsum pascitur/ nutritur/ foueturq; odoribus. & vniuersi odores: vt plurimum in calido siccoq; consistunt. & ab solo igni ex oi odora substantia/ quedam suaueolentia ad nares elicitur: que inde ad cerebrum trāsit illi frigiditatem/ atq; humiditatem resolutura. Vnde fit vt animal totū in se conuertat: & admirabili cōcinnitate/ es ex animalis sensibus/ vno interno & exteriorib⁹ quinq; superiores tres/ ad inferiores tres conuertantur/ ab eis foueantur/ pascantur/ & enutriantur. Cerebrum siue sensus cōmunis: ab olfactu. Auditus ab ore/ siue gustu. Visus ab tactu & manibus. Et ministrāt hi illis



Cerebrum pascit odoribus.

Illatio.

eludat...
s. qui seipso...
permanencia...
gitur voce...
est habitus...
Cap. XXX...
sus tactus...
s litterarū...
inter exteriore...
fastigio...
he: quem admodum...
us: visus vero...
in nobis discipline...
& ea que inops...
mpletur/ contumacia...
ol scripturas...
ntur. alius qui...
attactus. Nā...
organa/ ea nā...
us sensus...
a sunt: & circū...
ictum...
ales sunt...
quib⁹ sensibilib⁹...
pinationem primo...
eq; vocis/ neq;...
rant. illius tamē...
atq; scripturas. Vt...
pecularur scripturas...
s sunt: hic scripturas...
clus inferiore...
alit visum. Orna...
t. Pascitur autem...
obiectū specie pascit...
a & hic rursus...
abiectionem: illi...
rum.



Olfactus cerebro/sensu tue cōi odores presētat. Os auditui/voces: Man⁹/oculis scripturas. Et illi horū sūt iudices/ac arbitri: hi vero vt illoꝝ obiecta. Et finit̄ terminatur e hi illis hūq; ad illos vt potiores desuūt. odores ad cerebrū ab olfactu: voces ab ore i aures ferunt. Scriptura e manibus visui p̄sentantur. Et vt olfactus in aere cōsistit & aeruus est sensus: ita & gustus in aq; tactus in terra. Ois eni odor/i aere & spiritu esse natus est. vox i aqua/ scriptura in terra. Et qđ presētat tactus visui: terra est. Qđ gust⁹ auditui/ aqua. Qđ deniq; olfact⁹ cerebro/aer. Est eni scriptura vt terra & imobilis: vox vt aqua/ fluxa & sonora: odor vt aer.

Cap. XXXII.

Quis eius qui docetur sensus: moueatur primus.

Omnis qui ab homine docetur primus mouetur auditus.

M Nam ipsa hominis/ ab hoie eruditio: voce (vt dixim⁹) perficitur. cum vox sit ipsum docendi mediū: sitq; prima eius que in mēte abdita est notiois expressio. Ipsa igitur vox/ ab eo qui discipulatus subest: imprimis est auribus haurienda & excipienda. quare & ipsius sensus/ qui prim⁹ mouetur: est auditus. Et hoc rursū aliud est signū/ auditū visu & natura priorē & prelatiorē esse. vt qđ i vero: ac p̄fecto docēdi/ discēdiq; modo: quo simile a simili mouetur homo ab hoie/ mens a mente/ prim⁹ cietur/ moueturq;.

Eius itē qđ docet auditus/ ciet man⁹/ man⁹/ oculos/ oculi mētē i qua sit stat⁹.

Is enim qui recipit disciplinam: auditā vocem/ scriptura cōtinere nititur. Scriptura vero/ eius oculos mouet. Oculi mētē: cum frequenti lectione/ ex scriptura (vt diximus) sine voce eliciatur/ penetretq; in eius mentem conceptus. in quo sit status: & eius qui discit vltimum eiusq; consumatio. Eius igitur qđ discit: auditus mouet man⁹. Man⁹/ oculos/ oculi mētē. qđ cū nichil vltērius/ aut abditius sit: vltima mouetur/ sitq; in ea status.

Ludimagistri mens/ prima & a seipsa motitā: que & ipsa eius ipsius os referat/ ac mouet: os vero ipsius ciet auditu: in quo ipsius mot⁹ vltimum.

Ludimagister/ pedotribes/ siue quā alterius eruditioni p̄ficitur. Ab eius mente fit totius motus initium: vt que prima & per se referande sue notiois causa a seipsa mouetur. Mora vero/ os iprimis ciet ac aperit vocis prolatione: qua primū in interna eius notio alteri exprimitur. Os vero ipst⁹ mouet & auditū: cum & is qui aliū erudit/ suos quoq; sermones proprio auritū iudicio metiatur. Attamen non eodē modo sermo siue oratio: auditū mouet docentis & discēntis. Sed auditū docentis/ dūtaxat secundū accidens: per se vero discēntis auditū. Nā/ qui docet sermone proprio minime est erudiendus. Qui vero docetur/ ad orationē docentis attendit: vt ab ea erudiatur/ perficiaturq;.

Vnde fit vt discipul⁹/ solo ore nō moueat: pedotribes vero n. anib⁹ & visu.

Echemi-
tra tacitur-
nitas.

Discipulus/ plusq; ludimagister mouet. Nā ore solo nō mouetur: vt qui mētē vacu⁹/ eche-
mitista esse & silentia seruare cogitur. Ceteris vero cunctis discipline se sibi mouetur: in sup
& mente. Mouetur eni imprimis auditū/ deinde manibus/ hinc oculis/ postremo mētē. Pe-
dotribes autē mente mouetur/ ore & auditū. non eni scribere eū oportet. neq; scripturarū
incumbere lectioni. Non autē maib⁹/ aut visu mouet. Neq; rursū mouetur mētē atq; auditu
sicut & is qui discit. Nā nichil in mētē recipit. Et minime a sua/ ipse oratione eruditur. Vnde
fit vt proprie & p̄fecto/ ore solo moueatur.

Fit iterum vt humane eruditiois/ qua ab homine homo docetur: omnis motus/ his contineatur. mens/ os/ auditus/ manus/ visus/ mens.

Nam mens docentis/ per se interna notione plena/ docta/ atq; p̄fecta: ore seipsa aperit referatq; quē intus habet doctrine thesaurū. Ore igitur iprimis mouetur fauces elidēs/ vo-
cēq; proferēs. que eius qui docetur aures ciet/ hinc manus: quibus eduntur scripture. scri-
pturis vero afficiuntur oculi/ qui illico mentem motitant/ gignūtq; in ea interne notiois
habitum. cuius plenitudine consumata/ prius vacua mēs: in statu cōtinetur/ seipsa contēta/
sibi sufficiens. & cui (vt diuus Areopagita testatur) iam iam superfluit/ cū corpore sefus.

Do cen tis		Di scen tis			
Mouet	Mouet;	Mouet	Mouet	Mouet	
Mens	Os	Auditus	Manus	Visus	Mentē
Potētia	Organū	Potētia	Organū	Potētia	Potētia
Rectus humane eruditionis motus a mente in mentem					

Quot suscipiende/ aut tradende discipline sint modi. Cap. XXXIII



Vi a natura/nulloquattuor doctrine sensuum preditus est: is neq[ue] erudiri/neq[ue] docere poterit.

Nā e quattuor doctrine sensibus: duo ad recipiēdā duo vero ad tradēdam alijs disciplinam accommodantur. Siquidem auditu discim[us] & visu: hoc scripturas illo vocem & orationem hauriētes. Ore autem/ voces eliduntur. Manu scripturę parantur. que sunt doctrine media: quibus arcana & incognita mens referatur. Si igitur auditus & visus sensus sunt discipline susceptivi: Gustus vero & tactus: discipline traditur: liquet eum quę natura his quattuor sensib[us] sefellere/ac distituerit: neq[ue] suscipere ab alijs neq[ue] tradere alijs posse doctrinam. Et nō modo alium/ qui huiusmodi est non docebit/ neq[ue] ab alio erudietur. sed neq[ue] a seipso. neq[ue] a mundo doctrinam capesct. Eius eni anima perpetuo corporis carceri mancipata/ac mole carnis obruta: congregiendi mūdo haudquaę liberam habet facultatem. nullūq[ue] cum mūdo/ aut homine alio habebit cōmercium. Omni quippe organo quo se corporeis claustris exerere valeat priuata est. Et omni destituta ifumibulo ac tubo: quo sensibilibus specibus a mundo inspirari feriri & affici queat.

Vnde manifestum est animam sine sensuum presidio: nullā neq[ue] sensibiliū/ neq[ue] intelligibiliū adipisci posse disciplinam.

- Quot sint suscipiende aut tradende discipline; modi. propositiones. 7
 Cap. XXXIII

Q visus vt a natura doceamur: auditu vtilior. propositiones. 7
 Cap. XXXV.

Q omnis humana eruditio: sit vt a mente in mentem. propositiones. 5.
 Cap. XXXVI.

De contunctione sensus & intellectus in medio: eorūq; differentia in extre-
 mis. propositiones.

Totius libri exodium: in quo quecūq; in hoc libro pertractata sunt paucis
 repetuntur atq; recensentur.

IO ANNIS CARMONDI
 dodecastichon ad librum

Humani cupiens dinoscere pectoris aulam.

Lumina quotquot habet quot gerit illa faces.

Te legat & verbis mentem cumulare labore.

Aridaq; in nitidas labra remergat aquas.

Discet bistrinos sensus in carne locatos

Nostraq; terbina lampade corda regi.

Nempe fores aditusq; hominis seruare iubentur.

Quini oculi: mundo sub quibus ille coit.

Intima precipuus rimatur pectora sensus:

Perlustrat quicquid sub cute carne latet.

Hec tibi parue liber cunctis retegenda vouentur.

Iam tibi cōmisso dogmate pasce rudes.

Finis.

¶ Errata libri de intellectu.

Folium Superficies Propositio Comentarius Línea.

Fo. 3. Su. 2. Pro. 5. Cómēta. línea. 15. natiuatione legēdū Natinatione idest
 negociatiōe Est eni natinari negociari. Fo. 4. su. 2. pro. 10. cō. línea 9. ex imita-
 tiōe ex mutatiōe. fo. 5. su. 1. pro. 5 cō. línea. 9. ex actu ex potētia ex actu & po-
 tentia. fo. 6. su. 2. pro. 8. cō. línea 1. Vniuersū vniuersorū. fo. 12. su. 2. pro. 3. cō.
 línea 21: duobns cōceptibus/duobus intellectib⁹. fo. 12 su. 2 pro. 4. cō. línea 1.
 ab in intellectu: & intellectu/ab intellectu: & in intellectu.

Errata in libro de sensu.

Fo. 35 su. 1. Propōe 2 cause/legēdū causa. Fo. 44 su. 2. pro. 2 didiscere/didíce-
 re. fo. 44 su. 2 cō. línea 2 didiscerint/didicernit. fo. 45 su. 1 pro. 4 cō. lí. fertur
 feritur. fo. 50 su. 2 pro. 4 dicendi/discendi. fo. 50. su. 1 pro. 4 cō. línea 23. circū-
 dantur circūdatur. fo. 51 su. 1 pro. 5 cō. línea 12 dicentis discens.

Hec & illa: in multis emendata reperies

i ij

CAROLVS BOVILLVS DISERTISSIMO VIRO IACO-
BO VITRIACO BORBONIO CANCELLARIO. S.



Diderā dudū generosissime vir: libellū hūc de nichilo simplici-
b⁹ ppositionib⁹ nudū atq; indiscussū. quē cū rogaret quispi-
am amicorum in lucē proferri: cogitavi irritā fortassis ope-
ram fore: si hoc pacto nudus| indiscussus in medullatusq; pu-
blicaretur. Itaq; desumptū iterum in manibus| pauillū re-
censui: quecunq; duriuscula in eo videbantur exiguō cōmen-
tariolo dulcans | queue subobscura peruia reddens. Q; si percunctaberis
cur de Nichilo verba facere studuimus: cum huiusmodi Nichil ab ētib⁹
agatur extorret^o cum nichil nō sit: cū nullo esse subnixū| omnis substātie sit
exors^o: tibi ad hec libellum ipsū facturū satis presento: qui plane indi-
cat: quantula de nichilo dici potuere. quantumue id quod non est: animū
riteq; perspectū sese exparatit. quantam deniq; precipuo mētis cultro de-
glabratū resectūq; nichil profuderit medullam. Id enim i creatione vniuers-
torum a deo: vicem quandam| figuram ac speciem obtinuit materialis prin-
cipij. Fuisse quippe deum ab eterno solum: & ab eodem de nichilo condita
stataq; ad esse vniuersa: cō pluribus in locis sermo sacer eloquitur atq; atte-
statur. Hūc ergo de eiusmodi Nichilo de primeua creaturarum totiusq;
materie negatione libellum (quem forsitan haud irritō castoq; labore pro-
babis excusum) tuo nomini dicandū cēsuimus: quo & eidem opusculo adis-
ciatur splendor: & genuinū exercentes| tua incude retundantur. Vale.

*in pub^o dedit
Septemb^o pit domi
davit.*

IOANNIS PELLITARIJ
Octostichon| ad lectorem

Quo pacto deus e Nichilo cunctis dedit esse:
Q; sine principio|q; sine fine deus.
Primam materiem| vasti q; conditor orbis
Edidit: angelicis qui dedit esse choris.
Scire cupis lector mentem huc deflecte capacem:
Hec etenim paruus conferet iste liber.
Quem liuens si Rhinoceros cornupetet vllus:
Protege| qui solido pascaris inde cibo.

*Quis sine prin-
cipio
Quis sine fine
Quis duracione
Quis
Eum
Tempus
Mentem
Quis
Suis deus
Quis
Angeli
Rationales aie
Materia
Temporanea
Rationales aie
Ihuu illendi*



- | | | |
|------------------------|-----------------|----------------|
| Ⓒ Subſtãtia prima deus | Ⓒ Momentanea | Eternus |
| Nichil aliud | Fluxequalitates | Infinitus |
| Ⓒ Kerũ durationes | Ⓒ Euum | Increatus |
| Eternitas | Primum | Creator oim |
| Euum | Secundum | Ⓒ Creatura |
| Tempus | Ⓒ In primo | Non eterna |
| Momentum | Nichil creatum | Finita |
| Ⓒ Eterna | Ⓒ In ſecundo | Facta a deo |
| Solus deus | Omnia creata | Nichil creãs |
| Ⓒ Eũterna | Angeli | Ⓒ Theologia |
| Angeli | Materia | Senfibilis |
| Rationales aie | Subſiſtentia | Intellectualis |
| Materia | Viuentia | Prophetica |
| Ⓒ Temporanea | Senfibilia | Affirmatiua |
| Irrationales aie | Rationalia | Negatiua |
| Aclũs eſſendi | Ⓒ Deus | |

VIRO IACO
RIO. S.
e de nichilo
cũ rogaret quã
ritã fortallis op
emedullatuloq
ibus pauſãli
ur exiguõ cõm
si percunctabom
si Nichil ab eũ
omnis subſtãtiã
ro. qui plane
od non eſt am
io mētis cultro
i creatione vni
uit materialis
de nichilo cond
loquitur atq
aturarum totũ
Toq; labore pro
em opusculo iac
antur. Vale.

CAROLI BOVILLI SAMAROBRINI LIBELLVS DE NICHIL: AD INGENVVM MAGNIFICVM QVE VIRVM IACOBVM VITRIACVM CANCELLARIVM BORBONIVM. Quid nichil. Caput primū.

Quid rerū finitio & ratio.

Nichil nūq̄ esse

Illatio.



Ichil nichil est.

Quod simplex est partib⁹ & differentate carēs: nullo pacto q̄ se ipso emendulari finiri & exprimi potest. Omnis enī finitio & ratio: e⁹ est quod variū scibile & etherogeneū: partū & differentiarū solutio & explicatio. Itaq̄ de nichilo enūciā⁹ haud aliud q̄ nichil: ipsū nichil esse dicitur. Nichil: nō ēte nichilo: seq̄ ipso finim⁹. Nichil enī ē nichil: nichil nō aliqd est. nō hoc aut illud aut aliud quodpiā ens est: sed nullum ens. nichil nūq̄ est: neq̄ in mēte est: neq̄ in rerū natura. neq̄ in intelligibili: neq̄ i sensibili mūdo. neq̄ in deo: neq̄ extra deū i vllis creaturis. Quodlibet ens est: quodlibet aliquid est. Ente sunt omnia plena. Nil vacuū octosū nichil: nichil inane. Exultat ab vniuersis nichil. Vnde fit vt huiusce orationis: que in fit nichil esse nichil: gemina sit intelligentia. negatiua vna: Altera assertiua i & positiua. Ambe tamē eiusdem sunt veritatis & equepolentes. Aut enī dicēs nichil esse nichil: profert nullū ens esse nichil: id est nullū ens esse nō ens: siue nullū ens esse ens nullum. Aut quoduis ens ait esse ens: siue quodlibet ens esse aliquid: id est ens aliquid que vtraq̄ qui enūciat: apseutes v eudicufq̄ probatur.

Apseutes v sine finitū abiq̄ dolo loquites.

Materia entū pri- mū & vlti- mum.

Illatio

Materia prope & pene nichil est: non tamen nichil.

Nam entū vltimum est materia ypostatica omnū subsidētia: in nō entis vicinia: in negationis vniuersorū propinquitate locata. Incōpletum & imperfectū ens: est materia & ens in potētia: siue entū potentia & sensibilibium omnī inchoatio: ex qua fiunt omnia. Entium ipsa est primū & vltimū: in generatione primū: in corruptione & resolutione vltimū. Antea q̄ subsistat v nū quodq̄ subsistat eius potentia. Et postea q̄ esse desijt quodlibet: iterū relinquitur sitq̄ residua ei⁹ potētia. Supra materiā: locati sunt entium ordines: cūctis vero ipsa materia subest. Materie autē subest: nichil. Oim fūdameutū est materia: hec vero fundata est & sita in nichilo: in nullo: in nō ente. Ois sensibilis act⁹: locatus: status & exepus est in materia. Materia vero locata & excepta est in nullo. Ipsa omnium fultura est: a nullo tamē fulcitur: & recipitur in nullo. Vnde fit vt materia duab⁹ de causis sit prope nichil: Prima per naturā siue substātiā: secūda per positionem ac locū. Per naturā quidē quia ens omne sensibile: & inepit esse in materia & definit esse in materia. Ipsa quippe initiū est & cunctorū periodus: oim itē rerū priuatio & potētia. Positione vero & loco: quia i entū & eorū q̄ sunt naturalib⁹ ordinib⁹: nouissimū tenet locū: adiacēs & vicina nō entī: nullo nichiloq̄ pxima.


v finale inepit

Materia est entis & nichili medium.

Nā neq̄ ens est materia: neq̄ nō ēs. Entis potētia quedā est idemōstrabilis & icognoscibilis. Ipsa siquidem hoc ens nō est: neq̄ hoc aut aliud aliquid: sed eorum que sūt & futura sunt: vmbra & potētia. Id enī quod demōstrabile est & de quo pronūciā⁹: hoc vel hoc ipsū esse: ens actu est: ens peculiare & hoc aliquid: sub certā aliquā differentia definitāq̄: ac propriā rationem assertū: cognitū: demōstratū. Materia verotot⁹ differentie vacuitas & priuatio est: p̄similis illi oim iformi & cōfusissime speciei ac molt: in qua Empedocles oia pri⁹ delituisse & ex ea tandem emersisse predicabat. Essedeniq̄ materie ē posse esse oim. Extrema igit esse & nō esse: sūt ens & nichil: mediū autē posse esse: nō ens & nō nichil est. prope tamē ens & prope nichil. Nā vtriusq̄ & affirmatio & negatio materie competit. Eni enī est & nichil est: nō ens est & non nichil. Ens potētia: nichil actu. nō ens actu & simpliciter: non nichil potentia & priuatiōne.

Empedocles.

Vtriusq̄ entis et nō ētis vtraq̄ & affirmatio & negatio materie competit



Nichil minus est ens q̄ materia.

Et enī in materia...

Ex eo quod in...

in ens: siue in...

in generatione...

inchoatio: ex...

Nichil est...

inchoatio: ex...

inchoatio: ex...

inchoatio: ex...

inchoatio: ex...

inchoatio: ex...

inchoatio: ex...

inchoatio: ex...

CEst eni materia entiu minimu. Ens quide ipsa no est: sed entiu minimu. In valuis quippe entis & no entis materia sita est & collocata. Sicut eni punctum haudquaquam est magnitudo sed magnitudinum minimum & vltimum/ extremusue magnitudinum terminus: ita & materia haud statim ens esse/ sed entium minimu meta acterminu predicamus. Et sicut punctu licet no sit magnitudo/ tamē no magnitudinu nichil est: sed magnitudinu aliqd est vt potētia et initiu: ita et materia cu no sit ens/ haud tamē est nichil entiu: sed aliquid est vt eoru terminus/ potentia atq; initiu. & sicut punctu oi caret dimēsiōe/ ois est exors interualli longitudinis/ latitudinis & profundis: ita & materia ois est differētie exps & entiu priuatio. Sicut eni mima magnitudo est linea puncto supior/ p̄dita vni⁹ interualli differētia vt lōgitudine: ita & es minimu materiā precellit: cōstās ex materia & aliquovis entiu actu aliq; differētia & naturali forma. Vnde fit vt sicut no eadē sūt minima magnitudo & magnitudinu minimu (hoc enim punctu illa vero linea) ita & diuersa sint ens minimu & entiu mimu. hoc eni materia est illud vero ens hoc aliqd: quod cōpletorū entiu extremum ordinē claudit/ vt elementum/ vt terra.

Analogia
puncti ad
materiam.

5 **Ex nichilo nichil fit.**

CEx eo quod nichil est simpliciter nature virtute/ ac serie fieri nichil potest. Tunc eni nature virtute ex nichilo aliquid fieri dicere: si id quod simpliciter ac mere nichil est/ verteret in ens: siuei materiā/ siue i hoc aliquid. aut si id cuius nullu p̄existit initiu/ cui⁹ nulla antea substitit potētia: insolito nature miraculo p̄cederet ad esse. Quicquid eni natura fieri conspici⁹: fit ex p̄existēte materie potētia & priuatione sui. Illi⁹ quippe potētia & materia antea subsistebat. Inchoatu erat ab initio & confusum in materie i ymbra: quicquid cōtinuis generationibus/ quotidie perficitur.

Illatio

6 **In nichilum nichil abit.**

CHec liquet ex p̄cedēte. nā in id necesse est oia reuerti: ex quo pri⁹ sūt facta. Necesse ē id quā in generatione assūptū est/ in corruptione reliqui. Quod nulli enti p̄priū aut peculiare sed oim cōmune est: cū nullo ente aut esse scipit/ aut esse definit. cū nullo oritur aut destruit: sed & ipsū ante oia ortū ē nichilo & post oia fixū/ stabile/ idē p̄manebit Est eni materia i genere rabilis & incorruptibilis: tota facta ab initio/ tota in eum p̄manētura.

7 **Nichil oritur nouum: nichil interit.**

CHāc intellige propter materie p̄manētiā: quā tota ab initio creata corruptiōi mīme cēsetur obnoxia. Sū igit oia priusq; fiāt: aliquo pacto i materia. & postq; eē desierūt i materia quoq; p̄seuerāt. Materia ps ē ois sēsibil' substantiē: atē omnē sēsibilē substantiā creata a deo & ad esse producta. Nā diuide omnē sēsibilē substantiā i partes gemias: in duo extrema: quibus ipsa cōflatur & cōstat. vt in essentiā & apparitionē/ in principiū & finē in inchoationē & perfectionem in potentia & actū in materiā & formā. Duntaxat secūdam posteriorē ipsius partem rei mutationē/ ortū & interitū fieri comperies. Priore autē parte/ permutationē fieri nullā sed fixa esse & stata vniuersa/ simul facta ab initio: & simul i eū p̄seuerātia. Materia quippe principiū est oim/ inchoatio/ essentia & potentia. Itaq; per materie creationē: oia simul inchoata sunt & subsisterunt ab initio: erātq; i principio/ nō erāt in fine: habuerūt pri⁹ quiddam esse: carebant sui apparitione. possibilis erāt: nondū tamē erāt. Erāt i tenebris/ nō in luce nō quā in sui discrimine aut in naturalibus suis locis. Educta sunt ex potētia in actū/ e tenebris in lucem/ ex principio in finem. Quae inchoata erant/ perfecta sunt: quae erant apparuerunt. quae confusa & indiscreta: in ordinem digesta sunt & suis in locis collocata. Oriū igitur quotidie nil simpliciter & ex toto nouū: cum fuerint omnia ab initio in prima & antiquissima sui cōsistentia idest in materia. Nil indies interit. cum i eandem immutabilem essentiam (primaque sui consistentiam) reuertantur. Et sicut successerunt imprimis in actū ex potentia: ita & in potentiam demum eandem relicto actu commigrāt. Quae ex tenebris in lucem prodierant: ex luce postmodum & apparitione/ in occultum in abditum & antiquas tenebras reuerti coguntur. Et precipue quattuor sunt propter quae veraciter enunciare possumus: stata esse fixa & immutabilia vniuersa: omnē ab eis ortū atq; interitum excludentes diuina mens/ angelicus intellectus: materia & humanus intellectus. Diuine quippe menti: actu insunt omnia ab eterno: eiq; semper supersubstantialiter inerūt. Angelicus quoq; intellectus ab sue creationis initio actu est omnia: semper omnia futurus. Materia & humanus intellectus a sua item creatione (quāq; non eodem modo) potentia sūt oia/ id est omnium potētie: erātq; p̄peti id quā sūt/ id est potētie vniuersorū. Etern⁹ est de⁹ sine principio sine fine.


i iij

LVS-DE-AN-
VEVIRVM
M-BORBO-
primū.

ado ḡleptō eme
: ei est quod vari
xp̄icatio. Itaq; de
dicitur. Nichil nō
nō aliqd est. nō hoc
nil nullū est. neq; in
sensibilib' modo. neq;
aliquid est. Entes
entis nichil. Vnde
ta. negana vna: d
vlenes. Au etiā d
s: siue nullū em ē
id. id est ens aliqd.

entis vicinia in
s: est materia & cu
unt omnia. Exm
tione vltimū. Acc
odlibet: terū rē
res: cūctis vero nō
i: hec vero fundus
tus & exepus est
ara est: a nullo rati
pe nichil: Prima pe
quia ens omne ier
itū est & cunctorū
entū & eorū q̄ sum
nichiloz p̄xima.

illis & icognos



Angelus/materia & intellectus humanus: euiterna sunt: facta quidem: sed semper futura/ principium sortita: finem nullū habitura. Nullus siquidem humanus intellectus interibit: nulla quoq; materiei pars secundū naturā annihilari potest: nulla insuper oriri noua. Hec tria deus/angelus/Materia: toti sunt ab initio: toti sēper futuri. neq; innouari aut multiplicari possunt: neq; interire aut imminui. Humanus vero intellectus: multiplicari quidē potest nec totus est ab initio. qui & quotidie suo numero perficitur: donec euadat in actu tot⁹/ do nec humana species impleatur Attamen imminui poterit nunq̄.

De durationibus quattuor.

Rerum durationes & permanentie sunt quattuor. Eternitas/Euū/ Tempus/Momentum.

Nam sicut entia vniuersa: dignitate/prestantia & loco a se inuicem distare cōperiuntur: ita & duratione & siue substantie permanentia putentur esse disticta. Alia enim est substantiarum: & alia accidentiū duratio. Alia dei alia angeli aīe & materie. Alia insuper angeli anime/materie: & sensibilem actū/siue naturalium formarū. Alia deniq; naturalium formarum siue substantialiū siue accidentalium: & succedanearū qualitarum. Omnem autem statū & rerum permanentiam: tetradis quaternitatis siue numer⁹ claudit. Sunt enim durationes quattuor: eternitas/euū/tempus/momentum.

Quid eternitas

Eternitas est infinita vtraq; parte duratio: exors principij & finis.


Intelligētiā rectā a medio puncto/in partem vtramq; sine modo & termino protendi ita vt omne principium trāsilat/ omnem quoq; exuperet finem. hec quoq; capax est sensus & mortalis nosſer oculus eternitatem exprimit. Nam non modo sensus: sed & neq; intellectus/in vtramq; a medio discurrens partem: ipsius eternitatis comprehendit aut consequetur extrema ipsamq; eternitatē cōplectetur. sed quicquid totius eternitatis presens aderit intellectui: erit ei⁹ per exigua portio/ toti⁹ cōparatione & pportione minima & nulla.

Eternitas vtraq; parte infinita.

Quid Euū **E**uum duratio est: principio/ finem copulans nullum.

Statue tibi aliquod punctū vt principium. a quo in posteriorem partē intellige infinitā rectā lineā protēdi: hec ipsa tibi referet euū. Habet enim euū principij finem tamen nullum. Ab certo cepit initio: sine conijmabitur nullo. Vna parte vt priore finitū est: alia vero vt posteriore infinitum.

E V V M




Quid tēp⁹ **T**empus: est parte vtraq; finita duratio.

Recta linea vtraq; parte finita exprimit tēp⁹: quod duobus clauditur extremis/principio ac fine. Ipsum autē tēpus & eternitate & euo sensibili⁹ est nobisq; notius. Nā aut intellectū⁹ aut sensus totū cōprehendit tēpus: vtraq; ipsius extrema cernit videtq; presentia. Eternitatis autē extremū nullū: agnitū est aut presens intellectui. Eui initij a gnitum nobis est: finis tamen eius ignotus: & quem consequi/ nullo discursu valeamus.

Quid istas **M**omentum: est ipers durati onum termin⁹.

Sicut diximus punctū haud esse magnitudinē/ sed magnitudinū potētiam ac terminū: ita & momētū durationum potentia est & minimū. Impers enī est momētū: carens successione & omni permanentie ac durationis interuallo. in quo extrema & mediū coniuncta sunt & inuicem vnū.

Eternitas: est nullum extremum. Euū vt vnum. Tempus vt duo: Momentum vt nullū fluxionis & successionis interuallum.



no sine creaturis / sine principio / origine / & causa: vt fons & autor omnium. Sunt enim omnia orta a principio: preterquam ipsum principium. Itaque in primo euo / deus fuit solus & cum deo nihil. Precessit enim eum primam creationem omnium: & ipsum est index diuine proprietatis / veritatis et solitudinis. qua ab eterno & a nullo principio / sibi soli assistit deus: in seipsum verebatur voluebaturque in se sibi presens / seipsum collibrans perspicuus & agnoscens. Sibi ipsi & alteri nulli communicabatur: extra seipsum nondum erat perfectus. nihil adhuc protulerat / eratque extra se infecundus imperuius & ignotus. Erat tamen in seipso fecundus & numerosus / quippe trinus. sibi quoque ipsi communis sibi met cognitus ac peruius.

Eum primam die proprietatis & solitudinis index

Deus in primo euo nihil creauit: creare nihil nunquam cepit: creare nihil aliquando desistit.

Quid primum eum

In primo euo creauit deus nihil: id est nullam creaturam. Nam primum eum est ab eterno usque ad creationis initium. Eius principium est nullum. Eius finis: est instans creationis primum. Primum eum est in inceprum sed finitum: principio carens sine habens. itaque creauit in primo euo deus nihil: id est ens nullum. Nihil creare nunquam cepit: quia ab eterno nihil creauit. Nihil creare aliquando desistit: quando creare omnia cepit / vniuersorum creationem adoratur. Nulli assistit nihilque fouit ab eterno deus: nihil quoque ei ab eterno assistit. Nihil erant omnia & omnia nihil erant. deus nihil ferebat / nihil fouebat / nihil procreabat.

Gentilium Error

Deus in primo euo nihil licet procrearet: haud tamen cassus inanis / irritus & ociosus permansit.

Nam flexus in seipsum deus / discretusque mouebatur: ferebat sese / sibi aderat / seipso potiebatur. Ab eterno erat: ab eterno gignebatur / ab eterno procedebat. erit quoque / gignetur procedetque in eternum. Et qui hunc internum & archanum diuine substantie numerum orbicularique motum / ignorauerunt (vt cuncti ferme qui sub gentilicio errore & nephando idolorum cultu: mundana ianemque philosophiam secuti sunt) in ingens baratrum & vastissimam errorum syrtem prolapsi traduntur. statuentes aut vniuersum deo coeternum: aut plerumque creaturas / vt angelos & mercuriam. quibus communicando sese: que fouendo / alendo / atque saluando: minime ociosus ab eterno diceretur / sed actuosus & fecundus. Diuinus autem orbis diuina circulatio / deitatis in sese conuersio: & diuinam imprimis feriationem suam ociositate / & eternam deinceps tollit creaturam necessitate. Tolle autem diuinum huiusmodi numerum ac gyrum: rite fatebuntur aut fuisse deum ab eterno nullum. aut fuisse inane / feriantem & marcetem ocio: aut exteram aliquam substantiam / illi coeternam assistisse: in qua illius actus & substantiales participationes / congrue deriuarentur.

Deus esse solus / cepit nunquam: solus tamen esse aliquando desistit.

Deus in toto priore euo / fuit solus ab eterno: vt cui nulla assistit creatura. Desistit autem solus esse / in secundum eum initio: in quo creare aliquid cepit. Idem enim est primi cui finis & secundum initium. Itaque quod solus erat in primo euo: plurimum euasit in secundo. quod in primo euo & ab eterno creare omnia proposuit & potuit: aliquando & in secundo euo / omnia procreauit & conpleuit. Quod ab eterno nihil fecit: in eternum aliquid fouebit / conseruabit saluabit: vt angelum / animam / materiam: quae tria sunt euiterna.

Deus in primo euo erat vnus & solus: in secundo vero numerosus ac trinus euasit. Deus & intus & foris / est trinus (vt liber de sapiente recenset) Intus / id est in propria substantia in qua ab eterno trinus est / numerosus & fecundus. & huius arcane trinitatis sacratissime persone: sunt pater / filius & spiritus / quem sanctum nuncupamus. Exterioris vero trinitatis persone sunt: deus / angelus & homo. que licet sub abinuicem diuidantur nexu tamen voluntatis in vnum redeunt sibi que inuicem agglutinant. Nam ex cunctis creaturis dumtaxat angelus & homo (vt diuine lucis & sapientie participes) in deum euadunt & participatione dii fiunt. Vbi igitur in secundo euo angelus & homo diuine sapientie & imaginis habitu in deum transiere: trinus est aliquo pacto deus: deus inquam diuinus / deus angelicus & humanus. Est enim trinitas hec extrema: intime diuine eterneque trinitatis relucens / imago & apparitio.



Deus ab euo secundo exterminauit / depulit / fugauitque nihil: quod erat in

euo primo / statuitq; eius loco aliquid siue vniuersa.

¶ Sume & concipe ipsum nichil in ratione dicatiua & positiua. velut id per quod ab euo primo excludebatur vniuersa: quod ve oia occupabat & erat vbi nunc sunt vniuersa. Id est ipsum nichil / quod substantia & enti est oppositum: exclusum / depulsum / exterminatū & fugatū est a deo in secūdo euo: in quo creata sunt & facta oia. In nichili vero locū / successerūt vniuersa: que nūc sunt / vbi quondā nichil erat / & quorū locū nichil occupabat. Itaq; nichil qd erat & fuit toto primo euo: esse desit in secūdo. Successit enī in locū eius aliquid: quod erit toto euo secūdo / quodue a deo fouebitur immortale atq; euiternū. nullus igitur locus nichil / i secūdo euo relictus ē. Sicut enī nichil fuit i primo euo: ita nichil non erit in secūdo. id est sicut oia nō fuerūt i primo euo / fuerūtq; nō entia: ita et oia erūt i secūdo erūtq; substantia & entia Et quomodocunq; superis ipsum nichil siue vt dicatiū & positiū sine vt deditatiū & priuatiū: q; cunq; de eo pronunciantur eādē vtriq; & eque pollētē recipiūt veritatē. Nā nichil fuisse i primo euo: est oia non fuisse. & nichil nō esse in secūdo: est oia esse in secūdo. Etenī p se nichil: equū est ei quod est oē nō. Nichil non vero ei quod est oē respōdet.

De nichilo siue vt positiuo siue vt priuatiuo eadē veritas.




¶ Q; deus de nichilo creauit omnia.

Cap. III.



Iuina tota substantia imparticipabilis & indiuidua: in primo euo fuit vnica et sola.

¶ Deus a deo cadere / de9 a deo diuidi: deus seorsū & extra deū sumi nequit quicquid diuinū est / deus est / coniunctū & cōiunctum deo: inseparabile & indiuiduū a b eius substantia. Hec enī tota simplex / impers / inq̄ata: inseparabilis a seipsa & imparticipabilis est. Si enī participabilis fieret: pars ipsius extra totū aut extra partē sumeretur. Ea igit pars diuideret / fieretq; aliena a tota substantia: & extere cuius substantia preberet initū. cōflareturq; ex ea parte substantia quedā exterior: quod nullo pacto fieri posse putandū est. sit enī diuina tota substantia a b c: tūc hec participabilis esset si pars ei9 (que quomodolibet intelligitur) b c / sumeret seorsū a tota substantia a b c / aut a reliqua parte a b. & cōflaretur ex b c / extera & separata a deo substantia diuine substantie participatione orta. que per absurda & perq̄irrationabilia sunt.



¶ Vnde fit vt deus de sua substantia creauerit protuleritq; nichil.

¶ Nā non fecit deus / quod facere nō potuit. Negare autē seipsū / decidere a seipso: diuidi / dirimi ac auelli a semetipso & participabilis fieri nō potuit: perinde atq; nō potest nō esse de9. Et hec haud ipotētia est vt Magus Elymas voluit: sed virtus infinita & imēsa potestas: qua seipsū fulcit deus / qua sibi eaten9 insit9 est sibiq; coheret: vt auelli a seipso & nō esse neqat & nō posse (vt facer Dionysius ait) nō possit: & nō esse nō sit. Igit cū diuidi nequeat de9 / cū indiuidu9 & imparticipabilis sit: de sua substantia nichil creauit. id est participatione sui extera nullā substantiā protulit: atq; ad esse statuit. Esset enī huiusmodi creatura diuine substantie pars: auulsa & separata a toto deo.

Magus. Elymas: Sacer Dio nysius.

¶ Superest vt cū de9 de seipso / ptulerit nichil: de nichilo creauerit vniuersa

¶ Nā ab eterno nichil erat preter deū: qui toto primo euo solus fuit in esse. Nulla illa astitit coeterna materies / nullaq; extera substantia: ex qua cōflarit & protulerit oia. Ipse enī est autor omniū & visibiliū & inuisibiliū / materialū & imaterialū. ipsam quoq; materiā cōdidit & ad esse cōstituit: solus deniq; oia / infinito illo primo euo antecessit. Et ex doctrina pcedentis: de sua ipsi9 substantia: procreauit genitūque nulla. Superest itaq; vt si non de sua substantia: neq; de extera vlla sibi coeterna oia procrearit de nichilo / de nō ente de eo quod nō ē genent / feceritq; vniuersa. Is enī q; vere est / qui & oē esse trāscēdit: ei quod nō est / esse dedit. Hinc manifesta est veritas sacri hui9 & ppheticī eloquiū. Vos estis ex nichilo: & op9 vestrū: ex eo qd nō est. Et i hoc naturali pgressū quo de9 iprimis de sua substantia nichil creauit sed de nichilo vniuersa: cōtingit ratiocinatio et syllogism9 quidā: cui9 finis et illatio destruit tollitq; mediū. Creauit enī de9 iprimis nulla: deide de nichilo oia. q; postq; facta sunt: desit esse nichil. Et hec verissime enūciantur: quocūq; in sensu siue positiuo: siue destructiuo sumptis nichil.

Sactū eloquium

Summi omnia... create nichil... est ab eterno... affus inanimat... derat seipso... Defit ante...

In primo euo	Deus erat	Nichil erat
In secundo	Omnia sunt	Nichil non est

¶ Deus in secundi eui initio in primo ei⁹ instati aliquid produxit: quo subsistente fuit aliquid desijt q; nichil esse.


Diuinitatis
pprimum
eui discursus.

¶ Deus ab eterno/ ab arcano illo icodito abditoq; euo & a nullo pcedes: primu illud euum (quo toto nichil extra se produxit) peruagatus/ totaq; eius dimensioe & longitudinem percurrens: vbi ad eius fine/ siue ad secundi initiu. (Na primi finis/ secundi est initium) peruectus est: repente atq; in instanti aliquid creauit: protulitq; totu aliqd ens perfectu simplex/ spiritale incorporeu/ inquantu/ indiuisibile/ scilicet imaterialē & intellectualē substantiam: quos angelos/ primosq; diuinitatis actus & reliqui totius futuri operis conceptus/ species exemplaria/ formas et ideas nūcupam⁹. quibus simulcunctis ad esse productis & perfectis quibusue subsistentib⁹: desijt esse nichil. Erat eni i primo euo solus deus & nichil cu eo: id est nullu ens. Absoluto autē diuino per primu illud euu discursu: in contactu secundi eui/ primu ortu est aliquid: quo subsistente nichil esse desijt. Orta eni est prima creatura inuitum plenitudinis secudi eui: per qua vacuitas ois & entiu priuatio/ exterminari a deo cepit.

¶ Deus ab infinito primi eui pergens initio idq; totum percurrens: in nullo eius attactu & puncto aliquid creauit. Vt vero ad illius finem & secundi initium deuolutus est: primam illico peperit protulitque creaturam.

Analogica
intelligētia

¶ Finge deu progressum platue in rectu toto illo primo euo. cuius ad nos pfectio & motus cepit a primi eui initio: quod i infinitu distat ab initio secundi & fine primi. Semp eni de⁹ & ab eterno mouebatur ad nos: & versus nos ipsos/ nostruq; euu recta ferebatur: atq; procedebat creationis omniu causa. Ad huc eni modu imaginanda & exprimenda nobis est creationis norma atq; initiu. Quandiu autē fuit deus in toto primo euo: nullo sui discursu aut attactu nullo eprimi eui momēto & puncto: aliquid peperit. sed sterilis & infecund⁹ a creaturarum prouentu & effectu permansit. Intellige enim illu prius per ambulasse sterile & aridam primi eui terram. in qua vitales nullas & fecundas effuderit aquas. quam rore suo & aspergine omni destituerit/ proferens in ea vitale germē nullu. deinde e desertis & perulstis terris profectum delatūq; in terram secundam habitabilem & creaturarū feracissimā. qua illico vitali consperit humore: copiosissimis ibribus irrorauit/ fecundauit/ impregnauit/ protulitq; in ea omnē creaturarum. Est enim primum illud euu: velut sterilis/ deserta & perulsta terra. a creaturis/ ob diuini solis estu/ nimiamq; eius viciniam & propinquitatem inhabitabilis: a solo deo habitata. Nam quādiu illā peragrauit pertrāijtq; deus: creauit nichil/ nilque peperit. Euu autem secundū est vt mioris & tēperatoris aure tellus: ob solis distāciam vitalis humoris plena/ creaturarum ferax & suapte natura fecunda. que vbi viuudo & suapte natura secundo diuini solis feruore incaluit: ex insito humore/ peperit omnē creaturam.



¶ Non sicut de⁹ ab eterno nichil creauit: ita & in eternum aliquid procreabit. definita tamen & consummata vniuersorum creatione: eorū aliquid in eternum saluabit.

¶ Non sicut deus toto primo euo nichil creauit: ita & toto secūdo aliquid procreabit/ id est alicuius substantie futurus est opifex. Nam & definita est tēporis successio: vniuersū quoq; dei opus finitū. factū cōsumatū & perfectū est in tēpore. Senis quippe diebus/ sacra eloquia facta a deo & perfecta oīa attestantur. id est producta rerū omnīū species. Nam tamen si noue indies generationes fiant earū tamē permutatio/ haud specierū: sed singularium & indiuiduorū est ort⁹ occasus & noua successio. Ab initio autē statuta sūt a deo/ vniuersę rerū species ingenerabiles & icorruptibiles. que ab initio id est a sexta creationis die: substituerunt omnes/ perseuerature vsq; in finē. Et ab istis speciebus vniuersum ingenerabile/ icorruptibile & immutabile esse censemus. cum semp eodē modo habeat & ex cūctis suis partibus/ id ē naturalib⁹ rerū speciebus cōsistat nullaq; sui parte aut augeri aut iminui queat. Nulla etenim vniuerso addi potest spēs: nulla eidē deesse nulla tota tolli aut abire e medio. Itaq; deus haud in eternū aliquid creabit: qui p̄scis illis sex diebus/ omnia cōpleuit. Et nō modo primariis illis rerū speciebus: sed & partibus earū vt indiuiduis & singularib⁹ deus generationis & corruptionis modum periodūq; definiuit. quam presentis seculi consummationem/ supremāq; mundi huius lucē & horā nūcupamus. Hec enī vbi illuxerit: tū ort⁹ omnis atq; interitus. generatio & corruptio: eternū facessēt atq; intermittētur. Eorū tamē que hoc seculo creata queue in tēpore producta & perfecta sunt: pleraq; toto futuro euo a deo saluabuntur. quē admodū sunt que suapte natura immortalia & incorruptibilia sunt: vt angelus rationalis aīa/ materia. Hec enī sicut ingenta & generatiōe perfecta nō sunt sed de nichilo ad esse repente producta: ita & corruptione interire nequeūt. annihilatione autē sola: fieri nichil possunt. Quo namq; ortu in lucē profecta atq; educta sunt: eodē solo possūt & in nō ente tenebras/ ab esse in nō esse reuerti & extrudi. Sicut de nichilo a solo deo facta sūt: ita possunt & in nichilū a solo deo cōverti. Ingenta sunt/ corrupti nequeūt. vt simplicia sūt & ex pluribus nō facta: ita & i plura ireresolubilia & immortalia/ ea manere oportet.

7 ¶ Inter vtrūq; eū: interhyat mediū tēp⁹ creationis vniuersorum.

¶ Prius. secum totā eternitatē in duplex eū: in primū scilicet & secundū/ in eū dei & in eum creaturarū. Nunc vero in tria/ eternitatē partimur: in eū (vt prius) duplex & in medium tēpus/ quod est prioris secundi eui pars: & est metrū/ siue duratio creationis & perfectionis omnīū: siue secundū speciem seu secundū indiuidua & singularia. Nā tēpus creatiōis et abolitionis omnīū specierū: sex dierū fluxio est. Tēpus vero creationis/ abolitionis & consummationis omnīū/ per singularia & indiuidua: tota est mundi huius duratio. Numer⁹ etenim specierū omnīū: perfectus est & creat⁹ a deo/ in hexade dierū. At vniuscuiusq; speciei quantitas & partū siue singulariū numerus: vniuersa visibilis huius mundi duratione & permanentia absolued⁹ & cōplendus est. Statuit autē deus corporeū/ hunc visibilēq; mūdum ī tēpore: definiuitq; illi extrema/ principū & finē. Librauit illū iter duplex eū. Cōplet deniq; in presenti mundo/ perficit/ absoluit gignitq; quod in futuro toto euo cōtinebit/ saluabitq; in esse. In primo euo nichil creauit deus: in futuro nichil creaturus est/ nulli noue substantie esse largiturus. Nil siquid erit in futuro seculo: quod non ortum habuerit in presentaneo tempore/ in mundi huius duratione. In presenti seculo & in tempore hoc protulit aut indies profert deus: que in futurum eū introducet. Angelos creauit in instanti et in tēporis initio. Materiā post angelos/ identidē in instāti. Ex qua sensibilibus creaturarū species: in tēpore & numero sex dierū perficit & cōpleuit. Rationale itē animā protulit in temporis impartibili: ex qua & ex materia/ humanam substantiam sexta supremāq; die compegit/ conflatit/ perficit. In futuro euo/ saluabit deus angelos & rationales animas: propter quas & materiā/ in idem eum introducet. Nam ex materia instaurabit humanum corpus: quod sacris cū anima/ in presenti seculo decertauit sudoribus. quod vbi illi in futuro illo euo perpetui luminis & immortalitatis pleno sociabitur et perpeti sedere nūbet. In futuro autem seculo: nichil erit/ quod non fuerit in presenti. pleraq; tamen sunt in presenti: que futurum illud immortale haudquāq; videbunt/ queue minime in eū transibunt. In preterito igitur euo deus tantū erat: in presenti seculo creauit oīa. In futuro aliqua saluabit: vt angelū/ animā/ materiā. Est enī hic create ac stāte immortalitatis eternatē. In primo euo existēs dicit deus: in tēpore creās: in futuro eno saluās/ cōseruans/ fouens/ enutritens.

Sacra eloquia.

Rerū spēs ingenerabiles & incorruptibiles

Tres creature immortales.

Primarie rerū spēs sex dieb⁹ absolute

Materiam propter rationale animā eui nā

Tryas immortalitatis

duxit. quod... pedes primis... undi est... ens perfectū... lectuale... soneopus... producis... & nichil... a creatura... an a deo... currens: in... finem &... eaturam... s. pfectio... mi. Semp... barur: atq;... enda nobis... lo sui disc... infecund⁹... mbulasse... quam rose... felicitis &... ū fera cū... ai: impreg... lis delecta... iniquitatem... s: creauit... b solis dē... ruidio &...



uo fecerit... pmonit.

Omnia ad deum nichil sunt.



Luina substantia est actu infinita.

Signū sensibile.

Nam qualis duratione deus: talis vtriq; est et substantia. Quia ei substantia imprimis infinitus et interminus existit: ideo & duratione perpetuus & eternus euadit. Sicut principio durationis & fine caret: ita & sue substantie extremis. Finge etenim eternitatē dimensionē quādā esse/ mēsurā metrūq; diuine totius substantie: diuināq; substantiā distēde in tota eternitate. tantāq; illā esse asseueraueris: quāta est totius eternitatis interuallum actu inensū.

Ois qppe mensura equa est ei: cui vt mensura coaptat. Hoc sensibili signo permultum iuuaberis vt diuinam substantiam/ actu esse infinitam deprehendas.

Eternitas actu infinita diuine substantie dimensio ac metrum.

E Q V A L I A I N F I N I T A

Diuina substantia actu infinita equalis toti eternitati.

Aliud signum.

Aut si malueris: inaglnare diuinam substantiam/ omnē locū transilientē implentemq; totum id spacij/ quod mēte concipi possit: a terre centro mundi q; meditullio in vniuersum sive in omnem positionum differentiā/ atq; in solidā corporeāque totius spere plenitudinē: cui terminus sit nullus/ nullaque circumferentia. Hoc iterū modo facile concipies diuinā substantiam actu esse infinitam. Hec enim neq; tempore neq; loco artatur: sed & omne tempus & locum/ vtrinq; immensā atq; interminā exuperat transcendit superapprehendit.

Diuine infinite substantie: omnis exterior propagatio finita est: omneque eius opus finitum.

O biectio.

Nam duo esse nequeunt extra se inuicem/ actu infinita. primum enim actu infinitum omnem occupat locum/ omnia implet/ eternitatem totam peruagatur nullum secundo infinito locum/ nullam illi proprie durationis aut substantie partem portionēque relinquēs. Quod si duo actu infinita statueris: necesse ē vt sit primo infinitum/ secūdu infinitum coeternū: habēs cū eo i eternitate locū. necesse rursū vt secūdu primo insit: id est cum eo simul sit/ illi infinitū cōiunctum/ consubstantialē & vnum. eruntq; ambo iam non duo infinita: sed vna tātum infinita substantia. quopacto & diuinam substantiam actu infinitam fatemur: & vnāquāq; ei9 personam actu infinitam. dicimusq; in deo haud subsistere tria infinita: sed deum esse infinitum vnum & trinum. Quicquid igitur exterum est a diuina substantia/ quicquid ab ea productum est omnīque eius exterior propagatio & creatura: est actu finita. Nam infinitū dū taxat in seipso & in sua ipsius substantia: sibi equale infinitū & imēsum profert ac gignit. Seorsum vero a sua ipsius substantia: dū taxat ente inequali finito: & nulla proportione minori propagatur.

In deo non tria infinita.


Finiti ad infinitum nulla est proportio/ ratio ve nulla.

Circulus actu infinita polygonia.

Polygonia v multangula

Nam infinitum: infinites & sine numero/ finitum transcendit/ illudq; sine vlla ratione exuperat. omnis autē proportio: est duorum ad inuicem vt numeri/ ad numerum ratio/ atq; habitudo. Nulla igitur est infiniti ad infinitum proportio. Nā si volueris in sensibilibus quid sit actu infinitum experiri: pleraq; eius signa reperies. Complura siquidem sensibilibus in sunt actu infinita: que ad cetera eiusdem speciei entia/ proportionem seruant nullam. vt circulus est actu infinita polygonia: vnice/ atq; vniformiter omnem in sese angulorum complectens/ completensq; numerum. Distat enim circulus infinites & sine angulorum proportionē: sb omni polygonia. vtpote ad quem ab nulla multangula & sensibili figura: quouis discursū & multiplicatione angulorū penetrare & puenire nequeamus. Nec obest q; quantoto plurium angulorum fuerit polygonia: tanto circulo euadat similior. Distat enim semper omnis polygonia infinites a circulo. Et si supremam aliquam multangulam statueris/ velut circulo proximam illiq; simillimam: haud minus ipsa a circulo distabit/ q̄ triangulus qui polygoniarum est primus. Nam cum omne infinitum/ equum sit omni infinito: omnes polygonie equali a circulo dispescuntur/ distantq; interuallo. Quippe infinites & sine numero: cum inter quācūq; polygoniam & circulum/ innumere cadant/ atq; intercipiuntur polygonie. ita & omnes creature cum sit actu finite: infinites/ infinitis & equis interuallis distat superanturq; a deo. nec minore proportione superatur a deo angelus/ qui creaturarum pri-


matū obtinet: q̄ materia / que prope nichil est quecūq̄ imo ac nouissimo loco a deo nūeratur. Nam deus & angelum et materiam / & omnem mediam creaturam: nullo numero / nulla proportione aut ratione trāscendit. Similiter & acutissimus angulus & obtusissimus vt in libro de sensu docuimus anguli sunt singuli in propria ratione actu infiniti: & a ceteris qui eiusdem rationis sunt / nulla ratione & comparatione abiuncti. quē admodum & deus a creaturis & circulus a ceteris polygonijs.



Oīs creaturæ sequis interuallis distare a deo.

¶ Vnde fit vt omnis creatura ad deum: sit vt nō ens & nichil.

¶ Nam deus ens est et creatura ens: deus autem ens infinitum / creatura vero finitum ens. Deus ens sine numero &



supra numerum: creatura vero ens in numero / numeratum & mensum. Entitas igitur creature ad diuinam entitatem: improporcionabilis est / nulla & nichil. Sicut & vniuersa terre moles / celi collatione nullā & indiuidua ab Astrologis perhibetur. Omnis item angulus acutus / ad acutissimū nullus. Obtusus ois / ad obtusissimū nullus & nichil. Angelus quoq̄ ad deū pene nichil non ens & nullus est. Homo ad deū velut nullus & nichil. Materia ad deū nichil & nō ens. omniq̄ creatura ad deū / vt nichil: vt id quod non est et vt non ens.

¶ Fit iterum vt deus creatione omnium minime sit immutatus: idemq̄ possit infinitas creaturas & infinitos mundos.

Adde cuiusdam lineæ punctum / quod longitudinis est expers: aut de punctū a lineā / nichilo immutabitur / lineā: fietq̄ maior / aut minor. Immitte in ignem ignem perexiguā & multissimā aq̄e guttulam: nichil illius flammam restinguet / nichil eius ardorem candoremq̄ minuet. ita & creaturarum exortu: nullo pacto demutatus est deus. neq̄ cessit creaturis: que sunt vt punctum. neq̄ ab eis proprio depulsus est loco: neq̄ ob ortu t̄p̄is / excessit ab eternitate. neq̄ proposito & voluntate varius existit: quasi quandoq̄ voluerit consistere vniuersi opus & quādoq̄ minime. Ab eterno namq̄ & semper: voluit / proposuit & intellexit: que a temporis initio vsq̄ in totius temporis finem compleuit aut completurus est. Nam cum sint tres precipue vires / potētie atq̄ facultates: e quarū vnanimi chorea & naturali concordia / omnis proficitur actio & operatio. Intelligentia scilicet potestas atq̄ voluntas: impossibile est vt vlla harum facultatū diuine illi supremeq̄ beatitudini quandoq̄ defuerit: aut illūpsi velut ab extrinseco aliquo adiecta sit. Omne siquidem quod deo inest: deus ipse est. quicquid deo quouis modo ascribitur diciturq̄ inesse: eternū est / perinde atq̄ deus eternus. Diuina substantia facta non est: neq̄ acquisita. Nec aliquid eorū que deo inesse dicuntur: aut factum est aut quoquo pacto ortū siue acquisitum. Sed siue res siue ratio vlla / deo ipsi tribuatur: hec ipsa cū diuina substantia coicidit. & haud aliud illa ipsa est: q̄ diuina tota substantia. qua de: quecunq̄ predicantur: illi & eadem sunt & coeterna. Intellexit igitur ab eterno deus / quicquid postea erat facturum. Id ipsum quoq̄ & potuit & voluit. Eternam tamen eius & intelligentiam & potestatem atq̄ voluntatem: haud eterna & necessaria / sed temporalis & contingens secuta est operatio. que est vniuersorum creatio.

Analogiet.

Quicquid in deo est deo est.

Cap. V.
stantia: Quia ei...
duracione per se...
ar: ita & sine...
esse: mēsurā mēsurā...
tota eternitate...
neruallum actu...
apraī. Hoc est...
deprehendas...
netrum.
T A
filiēte implerem...
edultio in vniuerso...
ius: p̄re plenitudinē...
concepit diuinitatē...
sed & omne tempus...
apprehendit.
o finita est: cōtra...
nim actu infinitum...
nullum secundū...
tionēque relatiuā...
trū coeternū: habet...
o simul sit: illi infini...
ita: sed vna eorū...
temur: & vniq̄que...
ria: sed deus esse...
ntia: quicquid ab ea p...
ra. Nam infinitū d...
um profert ac gignit...
ulla proportione nu...

Compleuit quidē omnia ab initio secūdu[m] speciē: perficiet vero oīa secūdu[m] indiuidua. Neq[ue] potestate imutat[ur] est: tanq[ua]m pri[us] minime potuerit: aut postea neq[ue]at p[ro]ducere plura / pluresue statuere mūdos. Nā sep[er] mūdu[m] creare potuit: ab eterno illi aderat creādi vniuersi facultas / vis & potestas. que & illi sine fine i[n] tota eternitate probatur affutura. qua potest & rursū plures creaturas / pluresue & numero infinitos procreare mundos. Sicut tamen vnus ipse est ita & vno tantū mūdo sese continuit / seipsum expressit / atq[ue] propagauit.

¶ **Q** omnia creata / recepta sunt in nichilo eo non cedente / & in nichilo subsistant.

Cap. VI.



Sicut de nichilo a deo creata sunt omnia: ita & in nichilo stabilita librata & collocata.

¶ Sicut materia eadē est & ex qua educitur omnis naturalis act[us] / ac forma / & in qua fulcitur & sustentatur: eadē ex qua fit omnis sensibilis substantia & omniū ipsa fultura / fundamentum ac stabilimētū: ita & nichil & non ens ad deū / in vniuersorū creatione: vicē quandā obtinuit materiei expressitq[ue] vmbralem eius speciem. Ex nichilo quippe creauit oīa deus: & in nichilo librauit collocauit stabiliiuitq[ue] vniuersa. Sicut enī materia omni naturali actui subest & in ea receptus & status est omnis sensibilis actus: ita & omni creature subest nichil. & omnis creatura recepta est & stata in nichilo.

¶ **E**ns in ente recipi nequit: sed tantū in non ente.

¶ Rerum substantie: natura sunt impermixte / in confuse in ordines discrete & extra se inuicem subsistentes: singule in suis gradibus / sedibus & locis. Si autē ens in ente & substantia in substantia reciperetur: permixte & confuse essent rerum substantie. essentq[ue] simul: indistincte / inordinate & vt tantū vna substantia. Haud igitur ens in ente: sed tantum in non ente et vt dictum est in nichilo receptum est & statum.

¶ **V**nde fit vt quodlibet sit in nichilo / plenum in vacuo / ens in non ente tanq[ua]m in loco.

¶ **V**bi enim nunc sunt & subsistunt omnia: nichil erat pri[us]. & in eo nichilo recepta sunt omnia ex quo et facta sunt: id est ex non ente & in non ente. Non enim in aliquo recipi potuerit propter causas duas. primū quia non erat ipsum aliquid aut ens aliquod: in quo sibi & collocari potuissent. Secundo quia & si fuisset aliquid: in illo recipi nō poterant. cū ens in ente minime esse / aut recipi possit. Est igitur quodlibet in nichilo: omne plenum in vacuo. ens omne in nō ente subsistens: atq[ue] in eo vt in quodam loco receptum.

¶ **N**ichil aduenientibus creaturis nō cessit: simulq[ue] cum omnibus permansit.

¶ **E**ns recipi potest in non ente: & simul esse cū non ente. Etenim non ens cū nichil sit: nullo pacto entis fusionē / statū / aut mansionē artare / aut prepedire potest. Ens in super (vt dictum est) in ente recipi nequit. Ens enti haudqua[m] permisceri / aut confundi potest. Ens enim enti cedit. Ens propellit ens. Enti aduersatur ens. & simul esse cum ente ens non potest. Itaq[ue] aduenienti enti / ens cedit. non ens vero cum nichil sit non cedit: sed simul permanet. & in eo toto ens recipitur totiq[ue] ipsi ens cōmiscetur. Ens totū in toto non ente subsistit. Ortui igitur ac statui creaturarum / minime cessit nichil / sed omnē intra se excepit creaturā / simulq[ue] cum omni creatura permansit.

¶ **N**ichil simile est ingēti illi & immenso vacuo: pleno minutulis & numero infinitis vacuis / quod omnia recipit non cedens.

¶ **N**am quia nichil / nichil est: ipsum nullis cedit / & a nullis pellitur. Si enī nichil esset aliqd cederet alicui. Si ens esset / cederet enti. nec intra sese ens admitteret vllum: sed pelleretur ab ente. Et si plenu[m] esset nichil: esset ens & repleti non possiet ente. Similiter & si nichil esset finitū: ens vtiq[ue] esset & nullo pacto esse posset entis locus. Nichil igitur est vacuū illud immensū minutulis vacuis numero infinitis plenu[m]: quod nulli cedēs / vniuersa in sese recepat. Quodlibet enī ens / in proprio recipitur vacuo: vt in peculiari & equali loco. ¶ si deus plures produceret mūdos: omnes de eodem nichilo proferret / & in eodē nichilo collocaret. vtpote cuius vterus implebitur & satiabitur nunq[ua]m.

6 Nichil est actu infinitum & intantum non ens: quantum deus est ens.

Deus ens est actu infinitum. Nichil vero non ens actu idem infinitum. Nam nichil a tanta decidit entitate: quanta deo entitas inest. Entitas autem diuina est actu infinita. Esse dei actu infinitum: tota (vt diximus) eternitate dimensum. Nichil vero est pariter non esse actu infinitum. Quantum enim deus subsistit & est: tantum nichil non est. deus vero infinite est: igitur & nichil infinite non est. Rursum quantum deus distat a non esse: tantum de ab esse distat nichil. distantia autem dei a non esse est actu indimensa atque infinita. Erunt itaque & nichil ab esse intercedendo ac decedentia: actu indefinita atque intermina. Distat enim tantum nichil a deo: quantum deus a nichilo. vtriusque autem distantia est spacium idem: eadem longitudo actu indimensa/intermina/infinita.

Secunda ratio.

7 Vnde fit vt nichil a deo nunquam absoluatur: aut statuatur ad esse totum.

Nam nichil est actu infinitum. Quod autem huiusmodi fuerit: inabsolubile & inconsumabile est. per nullas igitur creaturas (etsi infinitis seculis crearet deus aliquid) nunquam absoluatur nichil: nunquam nichil erit in actu totum/ nunquam statuatur ad esse totum. Quicquid enim assidue profert deus de nichilo: ad vniuersum nichil est vt nichil/ vt minimum/ vt punctum. & per vniuersa que modo subsistunt & facta a deo sunt de quo nichilo educta: ipsum totum nichil duntaxat secundum punctum ad esse processisse/ prolatumque esse dicitur. Exiguum est quicquid de nichilo eductum est & factum. quod vero in nichilo relictum est quod non factum/ quod non ad esse productum: actu est immensum. Plura non sunt que sunt: plura fieri possunt/ que facta sunt. Que enim facta sunt/ actu finita sunt. que non facta/ queue fieri a deo & educi de nichilo sunt finita totum: tandem id quod factum esset a deo/ quodue de nichilo ortum: esset actu infinitum/ equale deo/ exterum & separatum a deo. in quo absoluta finita & expleta esset diuina omnipotentia: fieri posset ex toto actu infinito/ ac sibi met equali propagata explicita & consummata. Sicut autem deus absolui nequit & exhaustiri creaturis/ nunquam fieri extra se ipsum totus: ita & nichil est inexhaustibile/ quod nunquam totum fiet ens. Et vt neque vacuari ab ente potest deus: ita & ex opposito neque impleri ab ente nichil.


Que facta sunt sunt finita sunt: que vero sunt finita sunt: que vero sunt finita sunt: que vero sunt finita sunt.

Quod aliter quam in nichilo: omnia sint in deo recepta & collocata. Cap. VII.

Deus est infinita illa sphaera cuius (vt aiunt) centrum vbiusque est & circumferentia nusquam.

Infinita sphaera deus

Intellige (vt prius) eternitatem per rectam lineam: vtrinque actu indimensam atque infinitam. Hec eternitas/ hec ue linea: diuine totius sphaere & substantie censet diametrum. Atque in huiusmodi eternitate & linea: quodcumque notaueris/ designauerisque punctum: erit medium/ equidistant ab extremis. Cum enim totius eternitatis nulla sint extrema: omne ipsius punctum est ex necessitate medium. Rursum cum totius eternitatis extrema/ actu infinito sint distantia interuallo: omne quod in eternitate consequimur/ notamus designamusque punctum: equaliter ab eternitatis



L. j.

scdū individua. Neq
lucere plura. plura
adi vniuersi factio
qua potest & rati
ur rament vniuersi
uit.
ente/ & in nichil
Cap. VI.
& in nichilo
s naturalis actus
e omnis sensibilib
tabulorū: ita & nich
quandā obitum
bilo quippe creatur
materia omni natura
& omni creatur
crete & extra
s in ente & subsist
essentia simul
d tantum in non em
ens in non em
nichilo recepta
m in aliquo recep
s aliquid: in quo
no poterant. cū eni
ne plenum in vacu
n.
nibus pmissit.
s cū nichil sit: nullo
insuper/ vt dicitur
orelli. Ens enim en
is non potest. Itaq
mul permanet. It
te subsistit. Certe
pit creaturā. Sem
mutulis & natu
Si enim nichil esset
et vllum: sed pelem
Similiter & si nichil
il igitur est vacuū
vniuersa in se
equali loco. Quod
odē nichilo collat

& principio & fine distat. Nullū enī mediū eternitatis punctū totius eternitatis iusto p̄p̄i q̄ quāvis aliud neq; item aliud alio magis eius fini propinquat. Et non r̄ō media eius oīa eque & ab eius principio & a fine distant: sed & media tantundē distant a fine/quantū a fine principium. & eadē rursū media tantundē elegantur a principio: quantū a principio finis. Oēs quippe actū infinite distantes/ sunt sibi uicem equales. Que igitur de eternitate & diuinitate totius actū inueniēte sphere diametro dicuntur: dici proportionabiliter de diuina tota substantia ac sphere intelligantur. Sicut enim totius eternitatis omne punctū/ est medium ac cētrum: vt cuius extrema/ reperiuntur nullūq; ita & diuine totius sphere quodcunq; prehenderis punctum/ eius est cētrum: eque. Nā infinite distans a tota eius circūferentia.

¶ Deus in omnē corpoream plenitudinem in vniuersā positionum locorumue differentiam actu est infinitus.

Quid corpoream totam plenitudinem.

¶ Corporea tota plenitudo: est triū magnitudinum/ atq; interualloꝝ dimensio longitudo/ latitudo profundū. que trinis dyametris/ eodē se cētro secantibus exprimitur. Harū liquidē triū dyametrorū extrema: dicuntur locorum & positionū differentie: Sursum/ deorsū/ dextrū/ sinistrum ante & post. Intelligi igitur trinā eternitatem/ per dyametros & rectas tres: eodē centro & medio coniunctas/ seq; ad rectos angulos eodē puncto secantes & que in infinitū ad terminos nullos protendantur: nulla locorum positione artētur aut finiātur. His trinis eternitatib; atq; dyametris: diuine totius sphere/ atq; substantie exprimitur infinita indimensa/ & incomprehensibilis fusio: longitudo/ latitudo/ profundum.

¶ Vnde fit vt deus sit ei⁹ corporei spacij inanis ac vacui (quā mēte actu infinitū concipimus) vera & cōsumata plenitudo: exterminans omne vacuū nichil & inane

¶ Statue tibi actue propone menti: presens aliquod punctū. Circa ipsū concipit mens corporee/ perfecteq; plenitudinis interminā fusionem: in omnē (vt diximus) locorū differentia actu infinitam. Hac distensione hoc actu infinitū siue diuinā totam spheram & substantia: mēs quidē nullo cōsequit modo neq; eā cōprehendit aut intra se claudit. Intelligit tamē nouit scitq; esse infinitam suū captū transiliētē breuēmq; apprehendēdi modū exuperantem. Nam intelligere quippiam esse infinitum: haud est ab nostra intelligentia claudī & concipi ipsum infinitum. sed est scire & intelligere: posse id ipsū infinitum minime comprehendī/ omnēq; sine modo & ratione exuperare capacitatem. quomodo & ipsi deum nouim⁹ & infinitum esse predicamus. haud enī deū ipsi nouimus/ quia mente illū capiamus. neq; cōtemus eū dē infinitū: q̄ ipsū finito mētis palato cōplectamur: sed ita deū nouim⁹ infinitū q̄ eū nobis inaccessibile supra nos eē/ a nobis scrutabile/ actu imēitū: certa fide credim⁹ itelligim⁹ & scimus. Scire autē se cōphēdere nō posse: mēte cōphēdere est: scire se nescire. scire nō est. aliud tamē de deo scire/ nullum cōsequimur: q̄ q̄ scimus a nobis illū ipsū ignorari ac nesciri. aut illum degere in tenebris/ in nostra ignoratione/ capi deniq; a nobis non posse. Diuinam quippe scientiā haud aliter cōsequimur: q̄ in ignoratione/ in tenebris & in negatione: non autē in luce in scientia in affirmatione. Deus igitur cum sit actu infinitus: omne spacium vacuū et inane (quod inmensum et infinitum esse concipimus aut imaginamur) sua substantia & presētia implet: ab eodē omē exterminās vacuū omne nichil/ inane & nō ens.

Extra deū nichil super esse

¶ Fit etiam vt extra deū nichil reliquatur: neq; vacuū neq; nichil neq; inane. Nam si extra deum/ relictū esset aliquod nichil: id est aliquod vacuū aut inane: de⁹ haud esset infinitus. Eo quippe nichilo vacuo & inani: clauderetur artaretur cōtineretur de⁹ quod fieri nō posse arbitramur. Nullum igitur locum nullā sedem: nichil/ vacuū & inane: in vniuerso/ id est in infinita corporea fusione & plenitudine sortita sunt. in nulla demū cōtrae totius plenitudinis parte & differentia: repperiūtur sita & collocata.

¶ Rursū fit vt omnia/ haud in nichilo: sed i deo recepta sint & subsistētia. Nam ex precedēte nullū est extra deū nichil nullū inane aut vacuū. nullū a diuina plenitudine separatū spacū: cui infundi a deo & i quo recipi omnia potuerint. neq; minuidi uina potest plenitudo. neq; artari potuit deus aut cedere in seipso propter creaturas: vt exterū aliquod cōflaret aut reliqueret spacū/ in quo extra deū reciperentur. Qui igitur omnia perfecit & creauit: eadem in seipso/ suaue plenitudine nō cedēs excepit ea in seipso deferre/ gestat claudit cōtinet & saluat. Sūt enī oēs creature: ad deū/ vt punctū & vt nichil. quibus vt neq; aduentanti puncto cessit deus: & propter que nullo pacto est inmutatus.

Non ē nre menti sphēre
qd sit deū esse actu infinitū

NRA

5 Omnis creatura siue vniuersum: est vt diuine infinite sphere ac substantie medium centrum.

Omnis creatura diuine infinite sphere centrum quiddam esse.


Ex precedente vniuersum omnisue creatura: in deo recepta est & in deo subsistit. in quo (iuxta sacra ac diuina eloquia) sumus & mouemur: ab eo gerimur & continemur. qui totum suum opus velut igneus murus: librat/fulcit/ circumstat/ circa illud fertur: omnia cernit/ lustrat & intuetur eius oculus. qui illuminat abscondita tenebrarum: qui ponit noctem in die. cuius oculi cernunt terram de longe: & habitatores eius sunt quasi locuste. Deus igitur vniuersi sui operis est extremum, & vt totius infinite sphere par imensaque plenitudo. diuinum autem opus oisue eius creatura: diuine totius sphere minimum quiddam est & pene nichil & centrum.

6 Vnde manifestum est diuinum opus a deo decidere non posse. et iterum posse deum infinitos mundos.

Diuinum opus a deo decidere non posse.

Nam sicut circuli aut sphere centrum/ vnde cumque a circulo aut sphere ambiat: & extra circulum aut spheram fieri/ aut ab eis emigrare aut in partem dissultare non potest: ita & diuinum opus omni ex parte ambitur/ contineturque deo vt circulo infinito/ aut infinite spera. vt extra deum fieri a deo decidere/ atque a diuino orbe emigrare nequeat. claudit enim vt diximus deo/ libatur/ gestatur a deo. Situm & collocatum est in suo fonte: in eaque stabilitur/ qua emerit scatebra. A suo principio auelles nunquam. deus illi natiuus est locus/ verissima sedes ac beata positio: illud

saluans/ conseruans/ fouens. Quod autem possit deus infinitos mundos/ hinc liquet. Nam tot potest mundos: quot quot sunt centra/ quot puncta/ quot media in infinite sphere. cuius (vt diximus) vbius est centrum: circumferentia vero nullus. Atqui infinite sphere: centra & media sunt actu indefinita & innumera. Omneliquidem infinite sphere punctum: eius est medium & centrum. potest igitur deus infinitos mundos. Et enim vniuersum dei opus ad deum: vt quiddam diuine infinite sphere punctum minimum/ medium & centrum. Et sicut numerari nequeunt totius infinite sphere centra: ita & innumeri sunt mundi/ qui procreari a deo recipi in deo & subsistere in deo possunt. Nullis quippe mundis/ quot quot crearentur: exhausti occupari & impleri diuina tota potest substantia. Magna enim est vt sacra canunt eloquia/ domus dei: & ingens locus possessionis eius. Magnus est & non habet finem: excelsus & imensus. Et in domo celestis illius patris mansiones multe sunt: & inexplabilia tabernacula eius.



Deum posse tot mundos quot sunt infinite sphere centra:

De illationibus assertiuis & destructiuis inter deum et nichil. Cap. VIII

1 Nichil subest cunctis et extra omnia est: sicut et deus cunctis supereminet et est super omnia

Deus apex est omnium: quicquid est sub deo/ ortum est a deo. Sub cunctis & extra vniuersorum seriem ac ordinem quod relinquitur nichil est. Nichil tenebre est & eorum negatio: que quomodo libet sunt & subsistunt. Quicquid enim est & subsistit/ quo quomodo ad deum accedit/ illius substantie & entis ratione/ ac participatione propinquat. Quod vero nullo pacto est: inmensum a deo recedit/ nulla illi similitudine coheret nullaueratione copulatur.

De summa est oim necessitas: creatura vero possibilis est nichil autem possibile.

Summa necessitas est deus: prima & absolutissima omnium causa/ qua orta sunt & saluantur. Quid sunt omnia: & sine qua neque saluari possunt/ neque fieri poterant. Summa quippe necessitas: est que ad oim substantiam & salutem necessario existit. que per se quidem esse potest sine vniuersa creatura. aut sine ipsa minime esse possunt. Semper deus fuit in esse nunquam in non esse: eritque semper in esse. Creatura vero omnis est possibilis: necessaria vero aut impossibilis nulla. Necessaria enim non est: cum potuerit non esse & fuerit aliquando non ens. nullaque necessitate. sed diuina sola voluntate procedit: sicut ad esse producta. Neque impossibilis est cum potuerit esse: & que prius non erat deinceps orta sit. Sicut ei voluntate dei: probatur creatura haud esse necessaria sed contingens & possibilis

Diuina voluntate	Creatura	Non necessaria	Sed contingens	Probat
Diuina potestate	Creatura	Non impossibilis	Sed possibilis	Probat

non ita & dei potestate probatur haud fuisse impossibile sed possibile: cū potuerit a deo fieri et aliquādo facta sit. Nichil vero quod cūcūq; ubi est quod nō ens est: impossibile cēset. Est enim simpliciter non ens & infinitū non esse: quod nunq̄ in esse succedet nūq̄ue totum absoluetur. Nā si statueretur ad esse / ei / esse: esset actu infinitū extra deū & separatū a deo quod per absurdū & perq̄ irrationabile censemus.

¶ Sicut deus semper est in esse / ita & nichil semper in nō esse: creature vero quandoq; in esse & quandoq; in non esse.

De 9^o esse / nichil non esse / creatura esse & non esse

¶ Deus in tota eternitate / est in esse: in qua tota nichil est in nō esse. in primo vero eternitatis euo: creature fuerunt in non esse: que deinceps in tēpore ortē sunt / & ad esse omnes

Deus	Semper	Est	producte. Earum vero plereq; vt
Deus	Nunq̄	Non est	mere sensibiles: in tempore intereūt
Creatura	Aliquando	Est	alie vero vt intellectuales (vt angeli & rationales a se propter quas
Creatura	Aliquando	Non est	& homines) tote sunt immortales /
Nichil	Semper	Non est	futuroq; imortali euo coaptande /
Nichil	Nunq̄	Est	

semperq; in esse future. Est igitur semper deus in esse: Nichil semper in non esse. Creature autem varie: quandoq; in esse / & quādoq; in non esse. deus & nichil / extrema sunt: simplicia & imutabilia. Creature vero medie / varie & mutationi obnoxie.

¶ Inter deum & nichil / contingunt he consequutiones & illationes mutue: que iter necessarium et impossibile.

Que inter deū & nichil consequentie.

¶ Nam deus (vt dictū est) sūma necessitas est / nichil vero ipsum ipossibile & quod ad esse nullā habet potestatem. Est eni nichil actu imensū & infinitū nō esse: & itantū nō ens quā rū ens est de). Potest autē de 9 nullū ens extra seipm / sibi equū & ifinitū proferre. cū oī ifinitū: sit coniunctū vnū & cōsubstantialē omni ifinito. Contingūt igitur inter deū & nichil he consequētie conuersiones & illationes mutue: que inter necessariū & impossibile. Sunt autem he: quibus aiunt necessariū astruit ex cunctis: siue sequi ex quolibet. Impossibile autē astruere vniuersum: siue quodlibet ad impossibile sequi.

¶ E cunctis astruitur deus. E nichilo vero destruuntur vniuersa.

¶ Nam si quam astruis / dicis ille esse creaturā: necesse est vt continuo eius essentiam / diuina essentia comitetur. in ferasq; deum esse / si est creatura: vt que sine deo / esse nequit. Et non modo e creatura: sed etiam e nichilo / deus cōgrue astruitur / atq; infertur. Sicut enim vere enunciamus homo est / igitur deus est: ita & veraciter pronūciauimus nichil est / igitur & homo est & deus est. possibile est: igitur necesse est. Impossibile est: ergo & possibile & necessarium. Antecedit enim possibile necessario. Impossibile vero possibili & necessario. Necessariū autē ex possibili & ex impossibili infertur. Possibile vero ex ipossibili. Nam si e cūctis,

Antecedentia	Media	Consequentia	
Impossibile est	Possibile est	Necessarium est	
Necesse est	Homo est	Deus est	
Necessarium nō est	Possibile nō ē	Impossibile nō est	
Deus non est	Homo nō est	Nichil non est	

astruitur deus & cuncta e nichilo. protecto & e nichilo de 9 astruitur. Quicquid enim sequitur consequēs sequit & eius antecēs. Ita igitur syllogismū expalpam⁹ atq; elicim⁹ Si nichil est omnia sunt. Et si sunt vniuersa. deus est: igitur & si nichil est: de 9 est. Si enī quod nullā habet ad esse potētā subsistit: subsistēt & que possibile habēt essentiā: & id insuper cui⁹ essētia: est summa omnium necessitas.

¶ E deo destruuntur vniuersa: & ex vniuersis nichil.

Deus oīm cōsequens / nichil cim antecēs destruēdo.

¶ Hec est prioris conuersa: negabunda / atq; destruētiua: a deo per omnia / ad nichil. Nam sicut ponentes & itatuentes: e nichilo imprimis digressi per omnia congrue ferebamur in deum: ita & ex aduerso destruentes / a deo ipso concinniter & ite inferēdo / per omnia reuertemur in nichilum: Hoc pacto. si omnia non sunt: nichil nō est / & si non est de 9 sunt subsistuntue nulla. Itaq; & si non est de 9: nichil non est. Si possibile non est: ipossibile non est. Et si necesse non est: nō est possibile. Igitur & si non est necessariū: ipossibile non est.

Antecedentia.	Media	Consequentia
Deus non est	Omnia nō sunt	Nichil non est
Necessariū nō est	Possibile nō est	Impossibile nō est


Si enim quod possibile est esse / non est & quod impossibile est esse nō erit. & si quod necesse est vt subsistat / nō subsistat: & quod possibile ē & quod impossibile est eē / haudq̄ subsistat.

7 **C**A deo ad omnia & nichil: assertiua illatio nulla est. similiter & e nichilo ad omnia & deum: destructiua nulla.

Hec ex prioribus duabus euadit manifesta. Nā si est deus: non propterea sunt omnia: aut nichil. & si omnia sunt: non ideo nichil esse oportet. Et si non est nichil: haud propterea necesse est omnia non esse: aut non esse deum. Et si omnia non sunt: haud ideo necesse est nō esse deum. quādoquidem potest solus esse deus: sine omnibus ipsoq; nichilo. Et possunt sine nichilo / subsistere vniuersa. Vnde fit vt abstractus deus / statuatur in esse nichil: neq; omnia / neq; nichil: sublat⁹ vero / tollat vniuersa. Item & sublatum / negatumq; nichil: nichil tollit. neq; enim omnia / neq; deum tollit. Non rite igitur infert / qui dicit. deus est / igitur sunt omnia & est nichil. neq; qui ait: sunt omnia ergo & nichil est. Aut versa illatione nichil non est: igitur neq; omnia sunt neq; deus est. Aut omnia non sunt / igitur & non est deus. Itaq; inter deum & nichil / illationes sunt quattuor. secunde due: quibus aut e posito nichilo astringuntur omnia: aut e deo sublat⁹ / omnia tolluntur. due vero infecunde: quibus aut assertione dei statuuntur nulla: aut negatione nichili & non entis / negantur destruiturue nulla.

Deo nullorū aīn nichil nullorum cōsequēs aītrūendo

Illatio.



Quillationes inter deū & nichil: sint naturali ordinī cōtrarie. Cap. IX. Deo oīm causa
 1 **D**eō pependunt vniuersa / e nichilo vero nulla: Deus oīm nium est causa: nichil / nullius causa.



Deus ortus est & origo omniū: efficiens & producēs eorum causa. vt qui rebus omnibus naturale & substantiale esse / est benigne impartit⁹. Nichil vero nullius est fons: nullorum efficiēs & producens causa / nullis esse dedit. Quod enī non habet: dare non potest. Ipsū autē est nō ens carens omni esse / quod ideo ad esse nichil produxit.

Deus oīm affirmatio: non ens oīm negatio.

2 **D**eus omnium positio est & esse: non ens vero omniū negatio & nō esse. Nam statuit deus ad esse omnia: omnibus ipse est esse elargitus. ex primeua negatione & substantie carentia / omnia affirmat eduxitq; ad esse de nichilo. Nichil vero haud aliud est / q̄ id quod minime subsistit: quod ens non est & ens esse nequit. quod nullā habet ad esse potentiam: quod neq; est / neq; fuit / neq; erit: quodue fieri nō potest. Est enim absolutissima & extrema totius substantie priuati⁹ / atq; negatio.

3 **V**nde fit vt illationes omnes inter deum & nichil: naturali aduersentur ordinī.

¶ Deus eni ex precedente status est/positio & assertio vniuersorū: Idē est totius esse/ causa & extremum summūq; omniū esse. Nichil autem nullorū est status/ positio aut assertio: sed omniū negatio/ nō esse & priuatio. deberet igitur assertiua ratio/ naturali cōgruere ordinī: asserens e deo omnia. Itidē & destructiua/ destruens e nichilo cuncta. Atqui/ vt in precedētī capite monstraui⁹) naturali huic ordinī: ambe aduersātur. Nam e deo: nulla asseuerātur statuuntq; in esse: sed e nichilo/ ponūtur inferūturue vniuersa. Et ex opposito/ destruūtur omnia e deo: qui omniū naturalis est positio. E nichilo vero astruis omnia: cum sit nichil/ omnium negatio & non esse. E positione tolluntur: & e negatione statuūtur/ vniuersa. Positio/ nulla statuit. Negatio cuncta asseuerat. Si enim inquis deus non est/ nulla sunt: & si est nichil/ omnia subsistunt. Si autē est deus: vt aliquid sit/ minime est necesse: & si nō est nichil haud necesse vt sint nulla

Deus non est	Nulla sunt	Recta	
Nichil est	Omnia sunt	Recta	
Deus est	Omnia sunt	Non recta	
Nichil non est	Nulla sunt	Non recta	

Negata positio/ omnia tollit: posita nichil ponit. Posita autē & stata in esse negatio/ oīa statuit: Sublata tollit/ destruitue nichil. Aduersātur igitur inter deum & nichil: vniuersē illationes naturali ordinī/ quo e deo penderūt omnia: quoue diuina positione & assertionē/ posita sunt & stata in esse cuncta.


Diuinum esse natura secundum rationem esse secundum

¶ Fit etiā vt diuinū esse in natura sit fecūdisimū: in ratione vero ifecūdū. ¶ Natura & ars/ sbā & intellect⁹/ res & ratio: cōtrario procedunt ordine. Nā natura diuinū esse: est cuiusuis esse causa. Diuinū esse: omne esse substantialiter intulit/ genuit/ statuitq; ad esse. Et hoc pacto ex esse dei: per naturam cōcludis atq; inferis omne esse. Quia eni fuit de⁹ omnia fuere: factaq; sunt omnia & ad esse e diuino fonte emerferūt & si non fuisset deus: fuissent profecto nulla. Ex nichilo autem nullū substantia aut natura ortū est esse: nullū ex sese protulit/ genuitue esse. At tamē in ratione & syllogismo/ vtrinq; omnia aut statuentes aut tollentes: naturali huic ordinī aduersāmur. facimusq; in ratione/ diuinū esse infecundū: nichil vero siue non entis/ esse secundum. Nā nichili non entisq; esse in ratione & syllogismo infert claudit statuitq; omne esse. si enim nichil & non ens/ ponis in esse: illico & omnia in esse sunt statuenda. diuinū vero esse/ quod natura omne esse protulit: in intellectu & ratione nichil profert. Si enim dicis est deus: haud rite inferas/ igitur omnia sunt. diuinū igitur esse natura fecundissimū: intellectu & ratione est infecundū Nichil autem natura infecūdū in ratione fecundissimū reperitur.

Diuinum esse	Natura	Fecundum	Ratione	Infecundū
Nichil esse	Natura	Infecundū	Ratione	Fecundū

¶ De vi affirmationis & negationis: ex deo & nichilo. Cap. X.

¶ In naturali illatione: antecedit deus cūctis/ si ratione nullis. Nichil autē anteit nulla in natura: in ratione tamē cūctis antecedit.



¶ Nam natura & creatione: omne esse/ diuinū esse sequūtū est. In intellectu autē & ratione/ nationis necessitate: nullū esse/ ob diuinum esse statuitur in esse. nichil autem/ cū sit nullus causa: nullū natura infert esse/ nullūue antecedit. In ratiocinatiōe tñ: e nichilo cūcta inferūtur

Si enim id est quod impossibile est et minime esse potest: esse debent & que sunt possibilis & ad esse potentiam habentia. deus igitur in natura omnium est antecedens: omnia vero sunt eius illata & consequentia. In intellectu autem nichil antecedens est omnium: & cuncta ab eo illata eiusue consequentia.

Deus	Natura	Omnia	Ratione	Nulla	Infert
Nichil	Natura	Nichil	Ratione	Oia	Infert

2. **A**firmatio in negatione posita potior exillit: itidem & negatio ista in positione.


Omniū naturalis affirmatio & vera positio deus est: omniū vero negatio & ablatio nichil. Aut diuina & affirmatio & positio est (vt diximus) in intellectu & ratiocinatione infecunda & nullipara: nichil paries & inferens. Positio vero & affirmatio nichil/ nō entis/ eiusue quod non est: fecundissima ac latissima est: astruens vniuersa. Diuina rursū negatio est in intellectu vberissima: negans/ tollensue quecunq; subsistunt. Negatio vero eius quod non est infecunda manet: negans nichil. Potior igitur & vberior est affirmationis negatio/ q̄ negationis: & potior eadem negationis positio/ q̄ positionis. Est enim affirmationis negatio/ omnium negatio: & negationis affirmatio/ vniuersorum positio.

3. **A**ffirmationis positio/ solius est affirmationis positio: negationis quoq; negatio/ solam negationem tollit e medio.

Deus vt diximus est ipsa affirmatio. Nichil vero & non ens: ipsa negatio. Si est autē deus est solus deus. Et si nichil nō est: solum nichil non est. Si non est autem deus: sunt nulla. Et si nichil & nō ens est: sunt vniuersa. Positio igitur dei: statuit in ratione/ solum deum. Et non entis negatio: solum non ens & nichil/ dedit ac tollit.

+ **V**nica a deo tollitur oia: a quo plurifarie statuuntur. Ab eo vero quod nichil est/ plures oia negantur: a quo vnice flant/ ponunturq;.

In ratiocinatione vnica vnicaue negatione: a deo tollitur & negant vniuersa. qua dicim: si non est deus/ esse nulla. Si vero deus est: esse propterea tantū deū: & minime aliquid aliorū debere eē. Si vero nichil nō est: haud ideo oportere aliquid non esse. Et si est nichil: confestim inferri esse oia. vt igitur vnice/ vniceue & simplicissimo modo omnia non esse dicatur addenda deo est negatio. Eius enim negationis vis in omnia illico transibit/ omnia negabit: destruet tolletq; vniuersa. Et si a deo statuere omnia & ratiocinando inferre volueris: id haud vnica affirmatione facitabis. sed tot affirmationibus opus erit: quot quot sunt que abs te statuenda sunt in esse entia. Possunt siquidem sigillatim superiora & natura priora: esse & subsistere: sine posterioribus & inferioribus. Vnaqueq; enim affirmatio in inferiora & posteriora succedendo: id duntaxat statuit in esse/ cui adiungitur. Vbi enim dicis deū non esse/ vbi deus ipse negatione obūbratur: vnica illa & simplici negatione angel/ materia & homo negatur tollitq;. Aut vbi deus esse pronūciatur: nil aliud q̄ deus esse inferitur. Alia opus est positione angel/ alia materiis. Alia homo & quicquid deniq; subsistit: in esse constituuntur. Similiter & eadē affirmatiōe qua nichil & nō ens ponis in esse: oia illico esse coarguis. Illi quippe affirmationis vis: que non entis & nichilo addita est queue nichil statuit in esse: per oia cōfestim transit/ ferturq; in deum/ cunctōrū mediorum & dei ipsi: rationabili syllogismo inferens essentiam. Negatio vero quā addis nichilo/ quauē destruis ipsum nichil: i nichilo manet/ haud aliudq; nichil destrituens ac tollens. Atq; alijs opus est negationibus (quot quot sunt supra nichil entia) feraris negando/ atq; destruendo ad vscq; deū. dicatq; negatione prima nō esse nichil: scilicet cuncta non esse hominem/ tertiā non esse angelum/ vltima non esse deum.



Ratiocinationes.
Vis negationis.


Vis affirmationis.

est totus esse...
est negatio oia...
ne vero ifecunda...
ecundū...
illatio inf...
pendet...
Deo...
eguar...
is fecundū...
est autē & ratio...
nem cū in m...
ulo cū dā inf...

¶ Vnde fit vt naturalis affirmatiōis motus sit sursum latio: negationis vero: latio deorsum:

¶ Sicut in antiparistasi, quam cōtrariorum circumstantiā vocant quodlibet ex violento & contrario loco sese repente naturaliue motu: quanta potest velocitate/ in propriū natiuūq; proripit locum: a naturali vero loco tradiuscule & ab externa tantum violentaq; virtute dimouetur: ita & de affirmatione & negatione dicendum. Naturalis quippe locus affirmatiōis: est in sūmo/ vt in deo. negationis autē verus propriusq; locus in imo: vt in nichilo & in non ente. Sicut igitur ignis: si equidē in imo/ vt in terra statueretur: cōtinuo vnica virtute vnoue simplicissimo & naturali motu: rapidissimus sese per media elementa/ in celi cōcauū & naturalem locum vendicabit: terra quoq; sūmū preter naturā tenens locū/ vi illico naturali per eadem media elementa/ in imū & medium locum trāsibit/ seq; in eo natura continebit: Ita & in imo loco stata affirmatio (veluti si nichilo & non enti addatur) continuo vnica vi a nichilo per cuncta media/ in sūmum vsq; deum/ vniuersa affirmans statuensq; in esse pertransibit. Quo/ cum peruecta est: in sūmi entis positione residet in eoq; vt proprio natiuūq; loco immobilis continetur. Negatio vero ex opposito/ contra naturam supremo enti addita/ stabilitaq; in sūmo deo: illico vna naturaliue latione ac motu/ a deo per cūcta media: in naturalē vsq; locū i vsq; nichilū oīa negās ferī atq; ptrāsīt. Nā vt clarius hec videas fit tibi pre oculis substātie arbor: quā nature coordinationē dialecticū vocāt/ entib; quinq; cōstātē: substātia corpore/ corpore aiato/ aiālū & hoīe. Ac statue i primis negationē in substātia: que supremum obtinet locum. Hec igitur negatio/ vna eademq; vi per cuncta media/ in hominē vsq; delapsa: totā arborē desituet/ atq; negabit. Similit̄ r̄ & si i imo abste affirmatio statueretur addeturue hōi: continuo naturali leuitate/ attollet sese in sublime/ asseretq; q̄cūq; in arbore cōtinentur. Et sicut ignis haud de facili/ a sūmo loco abstrahitur i imū/ neq; terra

Analogia ex elemētis



ab imo in summum: sed dūtaxat vi quadā & pluritate virtutis: ita & affirmatio/ sita in sub-
stantia: haud facile ad inferiora pertendit/ eaue inesse statuit. In homine stata negatio: plu-
riter ac varie sursum fertur. Vnica igitur negatio addita substantie totiusue arboris radici
atq; sūmitati: arbusculā totā exterminat ac negat. Affirmatio vero vnica: stata locataq; in
homine/ eandē a sruat totā: expandēs sese per cūcta media in sūmā vsq; substantiā. Q; si affir-
matio eadē sūme substantie insideat: nichil inferiorū/ vis ipsi attingit aut statuit in esse: sed
figillatim quinq; assertionibus tota arbor erit astruenda. Statuta quoq; in homine negatio:
nullum superiorū entū negabit. sed quinq; opus est negationibus: vt numerati ac sensim
ab imo homine/ in supremā substantiam arbor totā exterminetur.

De theologia affirmatiua & negatiua.

Cap. XI

Deus vtrouis modo & affirmatione & negatione: nobis (iuxta
modulum nostrum) in tenebris pellucet atq; suffulget.

Theologia est diuina agnitio: a nobis aut sensibilib; signis petita/ aut
terna meditatione concepta: aut angelica reuelatione/ diuinoq; spiritu sa-
cris animis infusa. His quippe tribus modis: diuine altissime scientie effici-
mur confortes nobisque deus ille summus (corporeis inuis oculis) in tene-
bris reuelatur/ illiusq; scintillula/ interiori nostre mentis oculo suffulget. Pri-

mus autē theologie diuineq; scientie modus: ceteris duobus/ inferior & abiectior reperitur.
Hoc enī modo mens humana/ philosophico more ac sensuū adminiculo: e sensibili mundo
in intelligibile transferri contendit/ sensibilib; signis intēta: intelligibilitū diuinarūq; rerū
coniecturas ex ijs elicit. **S**ecundus vero priore abolutior est & gradu vno eminentior. Nā
eō ipso consumata mens (vt in libro de intellectu docuimus) que prius a mundo & sensibili
bus rebus species captabat / sui iā compos effecta atq; in se recepta: suarū notionum euadit
opifex. eaq; per se meditari sufficit: quorum nullus extitit prior sensus/ quorū nulle sunt spe-
cies: que ve abdita & interstite celo distita a nobis sunt. Et hec theologia secunda: philoso-
phia transcendens/ siue methaphysica nūcupatur: prioris philosophie finis/ eius adminicu-
lo parra atq; acquisita. **T**ertius vero diuine lucis scientie & irradiationis modus: diuino quo-
dam anime excessu & extasi in nobis paratur. Et hic modus ceteris est longe prestantior:
quē propheticū sanctarūq; animarū felicissimū cū deo congressum/ arcanāq; dei visionem
nuncupamus. Primis enī modis duobus: anime (velut diuino destitute presidio/ illiusq; lu-
mine orbate) in sudore & labore vultus sui: panē suū spiritalē que escam: a mundo infelicit
elocqua/ vbi vult diuino spiritu: haud (vt prius) labore proprio/ neq; in dierū fluxu/ anno-
rūque spacio sacram dei sciētā nobis vendicamus. sed diuina sola clementia/ illustrate ho-
minū mentes: momento omnē a sūcto spiritu edocentur veritatē. quod prius apostolis &
ingentibus illis christiane ecclesie columinib;: tā i sciētia q̄ in sermone/ contigisse/ sacratissi-
ma lectio profitetur. Itaq; relictis duobus postremis theologie diuineq; scientie modis: de
prima impensitatum theologia loquimur. qua diuinus ille radius (vt diuus Areopagita te-
statur) varietate sensibilib; carnalūq; velaminum vestitus/ nobis illucet. Neq; enim (ait)
possibile est humane. menti/ ad spiritalē illā celestū rerū intelligentiā conscendere: nisi ad
hanc: mortalū rerū similitudinibus/ formisq; ducatur. In hoc autē diuine cognitiōis modu-
lo: contingūt affirmatio & negatio. lectusq; est & in affirmatiuā & in negatiuam theologiā
vt in sequentibus propositionibus ostendemus.

Deus omnium sensibilib; ipsiusq; nichili & positione & ablatione insi-
gnitur: nunc omnibus inuestitur nunc verō cunctis nudatur.

Deus nō modo intelligibiliū & sibi antistatium/ immediatumque rerū: sed & remotissima-
rum & maxime dissimilium (vt sensibiliū & materie ipsiusque nichili) nominibus/ interdum
exprimitur. Oīa quippe in deo statuūtur/ in quo tamē sunt nulla. oīa illi idūtur noīa quinq;
effabilis est. oibus illū perquirimus/ qui est inuestigabilis. & cuius (vt sacer Dionysius ait)
nulla extant vestigia: eorū qui ad secretissimā eius & inuīā caliginē penetrarunt. oīa esse
dicitur/ qui nichil est eorū que subsistunt. Modo ens vocatur/ modo non ens. Nunc oim po-
sitionibus inuestitur: nunc eorū ablationibus nudatur.

Affertiuā theologiā/ descendens a deo: per media cuncta/ ad nichil vsq;
pergit.

Quid theologia
Tres theologie nā
descende
modi
Primus
theologie
modus.
Secundus
theologie
modus.
Methaphysica.
Tertius theologie
modus.

Sacra eloquia.

Diuus Areopagita.

Sacer Dionysius

negationis
bet ex violentia
propria natura
entis virtute de
e locus affirmati
ov: in nichilo
uo vnica virtute
ta in eū cocū
s locū vtilico na
in eo natura con
idatur/ continuo
mans stantem in
in eōq; vt proprie
naturam proprio
a deo per cūcta me
dianus hoc modo
vocāt/ vntib; omni
negationis in illi
er cūcta media
no abs te affirmati
me: afferentiū
tur in imo/ negati



lv

Diuus Dionysius.

Diui Dionysij verba.


Assertiua theologia a perfectis pergit ad imperfecta: a sublimioribus & potioribus ad inferiora & potiora descendit. Ea namque iprimis deo ascribit: que suapte natura (vt ait Dionysius) honestiora sunt / suaque naturam altius ex humo attollunt. Deinde ex villioribus etiam materie partibus: haud incongruas illi similitudines effingit. Materia quippe & si prope nichil sit: non est tunc vicina & entium extremum / ac minimum: tamen vt factus ille ait ipsa a summo bono facta substantia: per omnes sui partes atque distinctiones / intellectualis decoris / quasdam pre se fert imagines per quas ad spirituales / diuinas / primitiuasque formas possumus ascendere. Et non modo assertiua theologia a deo / per cuncta media / ad materiam usque & entium extremum deuoluit descenditque: sed & in nichilum usque praestitit. ipsiusque nichili nomen / deo interdum ascribit: veraciter predicans / ac in mysterio pronuncians nichil esse deum: que quod sit finire est impossibile / cuiusue ratio & conceptio nulla est.

Negatiua theologia assertiue contranimitur: a nichilo per materiam cunctaque media in deum scandens.

Assertiue theologie finis est totius negatiue initium. Ad quod enim illa extreme deuoluit: ab hoc ista eleuari incipit / quoad claudat inferatque deum. Vtriusque theologie eadem sunt extrema / media eadem. Vnica est ambarum linea: qua sibi iungitur / a deo in nichilum aut a nichilo in deum contranimitur. Quisquid enim est a deo usque ad materiam: ens est & essetie particeps. Materia vero vltimum est entium: ob nimiam a deo distantiam / velut iam senescere substantiam / actu non ens & incompleta substantia & ens solum in potentia. Nichil vero subest materiei: vt quod neque actu / neque potentia sit ens. Vniuersorum autem rectam lineam / & eorum que subsistunt substantiali ordine: septenis entibus claudimus finimusque: deo / angelo / homine / animalibus / plantis / mineralibus / & materia / sub qua nichil. Aut enim vi cognitionis predata sunt omnia: aut viuunt / aut sunt. Porro oculata & cognoscetia sunt quattuor: deus / angelus / homo / animal. Viuunt autem plantae / mineralia denique subsistunt. Et hec vltima sunt: perfecta & stata in actu entia. Nam mixta imperfecta & elementa: sub mineralibus clauduntur. vtpote que perfectiorum sunt seminaria: suapte natura inconstantia citoque transmutationis. Materia vero neque est / neque non est: sed potentia quidem est / actu vero non est.

Oia que de deo assertiua theologia statuit negatiua resoluit ac tollit.

Assertiua theologia eumque cunctis peritatu quibus omnia condidit: iprimis deum appellat theiorem omniaque videntem. deinde angelum / siue intellectum. hic omnium rationem & causam deum seculum multa peragrante. Hinc appellat omnium vitam: postea vt vniuersorum substantiam concelebrat. Postremo vt potentiam / priuationem initium & inchoationem omnium eloquitur. siue vt omnium subsidium / veraque basilim intelligit: ferentem / fulcientem / continentem / gestantemque in se vniuersa. Denique & nichili nomen: illi quoque indit ac applicat: non ens interdum appellans nichilque esse dicens eum / quod excellente essentiam / se esse qui est (apparere in rubo) professus est. Contra vero theologia negatiua erigens sese in altum: quicquid affirmatiua posuit / ac deo itulit / lapideter aufert. dicens illud iprimis nichil non esse: non rerum potentiam: non substantiam / ac statum: non vitam / neque sensum / neque rationem / neque intellectum nec denique deum. Diuine siquidem positiones (vt diuus Dionysius cetera) a summo & primo inchoant. Ablationes vero diuine ab imis & extremis. Cum enim inquit ponimus eum qui supra omnem positionem est: eius rei significante affirmationem ponere oportet / que sibi propinquior sit. Cum vero id tollimus quod omni ablationi euincit: ab his que magis ab eo distat oportet auferre. An vero (ait) deus



Deus est qui est: id est qui vere & simpliciter est. Diuus Dionysius.

nō magis ē vita & bonitas: q̄ aer & lapis, magis nō crapulatur & non furit: q̄ nō dicitur & non intelligitur.

¶ **D**iuine ablationes positionibus sunt ad nostram instructionem potiores nosq; magis ipsi deo inferentes.

¶ **N**ā deus natura simplex est / vn̄ icōposit⁹ / nō vari⁹ / insensibilis. diuine autē positiones deū cōponūt / efficiūtq; variū / diuiduū sensibile. deū ipsū nobis cōposite / diuidue ad sensibilibiter et oīno aliter q̄ sit explicātes. Ablatiōes vero diuine / sublata a deo oī re⁹ varietate ac natura li velamine: purū illū / simplicē / nudum / vti est i altissimis tenebris & eminentissima priuatione ac ignoratione nobis insinuant. Rursū diuine positiones nostras mētes / quoquopacto a deo abducunt: figūtq; eas i alteritate & i creaturis / que iter deū & nichil numerant. Nulla etenim est diuina positio: que veraciter sit ipse de⁹ / sed est creaturarū aliquid. Diuine autem ablationes: a creaturis traducūt nos i deū / ipsiq; deo alti⁹ inserūt / ac maxime illi p̄p̄quāt. Ablationū itē finis est de⁹. vt q̄ in deo mētē nostrā sistant / illiq; restituunt.

¶ **V**nde fit vt verissima & summa theologia sit diuina ignoratio: que docta ignorantia nuncupatur.

¶ **D**ixim⁹ pri⁹ aliter a nobis finitū cōprehēdi / itelligi / dinosci. Scim⁹ enī finitū quia mētē illud claudim⁹ / quia illud ratione / numero & mēsurā finimus: quidq; quātūq; sit cognoscētes. in finitū autē haud hoc pacto nobis referatur / atq; illucescit. Neq; enī id mētē subit nostrā: aut illi vlla ab intellectu indistinctio / vllaue quidditas / ac mēsurā. sed ita i finitū nouim⁹: q; scim⁹ illud eē finitū id ē nō finitū / nō mētē posse claudi & cōcipi: nullā eius esse rationē / diffinitionē / mēsurā / quidditatē & scientiā. Itaq; verissima & suprema sciētia: quā de actu infinito / vt de deo cōsequimur: negatio quedā est & ei⁹ ignoratio / qua scim⁹ illud a nobis sciri nō posse / nosq; semp latere: semp esse extra mentē & infinities nostre mētis / exuperare capacitātē. Si enī credim⁹ illud a nobis sciri: ipsi statim decipimur. iudicātes id esse finitū & deprehēdū a nobis: quod nullis neq; corporeis / neq; spiritalib⁹ terminis arceretur & cōcluditur. Vbi vero nos eo inferiores esse iudicamus idq; breuē & infirmū nostre mētis intuitū trāsire: tū nos illi hac negatiōe & ignoratione: propiores adsumus / ei⁹ magis inserimur & vnimur. Verissima igitur suprema & cōsumatissima theologia est hec: scire deū sciri nō posse / scire illū esse icognoscibile / inscrutabile corporeis & mētabilib⁹ oculis iperuiū / cūcta trāscedētem / i tenebris & imnēsa lucis caligine delitētē: ineffabile / inintelligibile / soli deniq; sibi metipsi (vti est) p̄fētē agnitū p̄spectū. Et hec diuina ignoratio: docta a plerisq; ignoratiō / excellēsq; sciētia vocat. Nā si quis (inquit sacer Dionysius) cōspiciat⁹ deū / idipsū quod vidit intellexit: nō ipsū intuit⁹ est deū / sed ei⁹ aliquid: ex his que i nostrā noticiā cadūt. Ceterū ipse se eo ipso quod oīno nesciri: neq; esse dicitur: & supranaturaliter est & sup̄oem mētē / atq; intelligētia noscīt. prestāsq; illa & perfecta ignoratio: eius vera cognitio est / qui noscibilibus omnib⁹ eminet. Nā cū quid scimus ex his que sunt: simul & illud nouim⁹ a nobis sciri. deus autē nobis ignotus: que neq; sciētia neq; ratione neq; mētē cōplectimur claudimus finim⁹. Sci mus tamē & ignorari illū a nobis: atq; dūtaxat hactenus diuinā sciētia cōsequimur. Aiebat enī sapiētissim⁹ Socrates se quidē nichil scire: vnū vero tantū illud scire se professus est / se inq; nichil scire: qd̄ pro summa sapiētia ductitabat. Ita & gnaritudo diuine nostre ignoratiōis altissime sapiētie: totiusq; diuine cognitionis & supreme theologie loco / a nobis est habēda. Hoc enī pacto magis diuinā illā eminentissimā substantiā honoram⁹ / atq; reueremur: sacris negationib⁹ & priuationib⁹ illā icognitā / ignotā & inscrutabile esse attestātes / predicantes / efferentes.

Alia ratio.

Quo pacto finitū dinoscatur a nobis.

Verissima theologia.

Docta ignoratiō Dionysij verba.

Socratis sapiētia se nichil scire

LIBELLVS de nichilo finit.

Gratie deo multūge: qui
de nichilo statuit ad
esse vniuersa. Edit⁹ An
no salutis 1509.
Nouēbris

26.



Erstringit sequēs hecatodia studiosissime Nicolae: quecūq; in superiore libello de Nichilo paulo diūspanſius diffuſiusq; traduntur. Quo inquā pacto Nichil: Nichil ſit. q̄ nulla ei⁹ pars eſt: nullus eius modus aut ratio. Q̄ nichil non eſt materia nec vlla rerum ſubſtantia: ſed vniuerſorum ſimpliciſſima negatio, Q̄ extorre agitur a cunctis: ſitq; nullibi neq; in celo / neq; in terra / neq; in mente / neq; in ipſa rerum natura, Q̄ ex Nichilo / natura fieri nichil poteſt. Nam tātū ex aliquo aliquid ſit, Q̄ itē nichil: natura annihilari vertiq; in nichilum nequit, Q̄ cuncta ex materia facta: in materiā quoq; reſoluantur; Q̄ in ſolius dei poteſtate / ſit ipſū nichil: vt aut ex Nichilo / aliquid faciat producatq;: aut aliquid / in Nichilum conuertat. Eſt enim deus naturali omni ordine / longe eminentior: & omni nature vi atq; poteſtate / ſine modo potentior. cum ſit infinite potēs ſoliq; ſibiūpſi / creādi facultatem reſeruarit: quā neq; nature permiferit / neq; vlli creature, Q̄ nichil oriatur nouū / neq; quicq; intereat. cum quicquid fiat / ex pre-exiſtente fiat materia: & in eandem materiā / emoriens relabatur, Q̄ itē quattuor ſūt: in quibus ſtata ſint perfeuerentq; vniuerſa: Diuina mens / Angelica / Humana & Materies. In ſunt enim omnia quoquo pacto his quattuor: Diuine menti ſuperſubſtācialiter & anteq; fierent. Angelice intellectua-liter. Humane rationabiliter. materie vero / vmbraſtiliter: vtpote que vniuerſorum vmbra & pertenuē cenſetur veſtigium, Q̄ ſolus deus eternus: cunctorum principium & finis, Q̄ in primo euo nichil extra ſeipſum produxerit. In ſecundo vero / creauerit vniuerſa, Q̄ nulla illi aſtitit coeterna ſubſtantia: ex qua cūctis dederit eſſe, Q̄ non de ſua ipſius ſubſtantia: ſed de Nichilo cuncta ſint ab eo facta, Q̄ nunq; torpuerit feriatuſq; ſit: ſed ſibi ipſi ab eterno aſtiterit. ſeq; ipſum ante condita ſecla: in ſeipſo eterna operatione diſcreuerit / numerarit / propagarit. fueritq; ſemper ſibi metipſi agnitus: ſe nunq; deſerens / ſed iugiter ſibi preſens, Q̄ qui has agnouerit naturales dei voluellas iugeſq; in ſeipſum diuinitatis conuerſiones: nulla ratione cogetur ſtatuerē quippiam deo coeternum: quod Ariſtoteles & pleriq; gentiliū autorum: impie aſtruxiſſe traduntur, Q̄ deus autor eſt omniū: tam viſibilem q̄ inuiſibilem, Q̄ aliquo modo in nichilo: ſtata & collocata ſint omnia. ſitq; quodam modo immenſo vacuo perſimile / infinitis vacuis pleno: in quibus ſingula ex equo receptentur, Q̄ duntaxat ens entice dat / nequeatue ens in ente recipi: aut ſtare ens in ente. Solum autem Nichil entī non ceſſerit / in quo cuncta non cedendo recepta ſint, Q̄ alio quoq; modo omnia in deo recepta dicantur, Q̄ mundus omniſue creatura: ad deum / eſt vt punctum & nichil, Q̄ diuina immenſa ſpera omne quod mente concipimus / actu infinitum ſpaciūm: ſua ſubſtantia & preſentia opplet, Q̄ deus totidem poſſit mundos: quotquot ſunt in infinita ſpera / centra.

De infinite potēs.

Solus deus creare poteſt.

Quattuor fixa & permanētia.

His quattuor inſunt omnia.

Ariſtotelis & gentiliū error

Mundū ad deum vt punctū.

Sicut tamen ipse vnicus est deus: ita & vno contentus mūdo | plurib⁹ absti-
 nuerit protuleritq; tantū vnū mundū. Hoc enī pacto cōcinniter in imaginis
 & similitudinis vnitate: relucet veritatis | & exēplaris natura, Q; a nullo: de⁹
 aut includi | aut excludi queat, Q; nichil gignūt casus & fortuna, Q; ange-
 lus prima sit dei creatura: quā secuta est materies | ex qua sensibilia oia fiūt:
 Et in qua fulcitur | sublunaris oīs actus: substantiuus | vitalis | sensitiuus | ratio-
 nalis, Q; hō: vltima creatura, Q; eidem cuncta sen-ibilia subiecerit obtule-
 ritq; deus, Q; angelus & homo: in specie quadā & figura | duorum ingen-
 tium mundi luminarium solis & lune: deo antistant, Angelus vt sol & dies:
 homo vt luna & noctis vmbra, Q; sensibilem mundum lastrat sensus: in-
 tellectualem rimatur intellectus, Q; hominis mens | ab initio potentia est
 omniū: In fine vero | euadat actū omnia, Q; deus summa est omniū necessi-
 tas: qua sublata | tolluntur illico destruūturq; vniuersa: Et que ex cuiuslibet
 assertionē | venit astruenda, Q; creature contingentes sūt & a summa om-
 nium necessitate haud necessarie | sed volūtarie & cōtingenter pependerit,
 Q; nichil sit impossibile: idq; si statuitur in esse omnia illico in esse asseueran-
 da. Sicut enim necessitas | ex qualibet re infertur: ita & impossibile | quodlibet
 statuit atq; infert. Et sicut necessitas nullam rem astruit in esse: ita & ex re
 nulla astruitur ipsum impossibile, Q; naturalis affirmationis locus | sit in
 summo: Negationis vero in imo. Nā deus verissima est omnium affirmatio
 Nichil autem negatio vniuersorum. Affirmatio tamen in imo collocata | for-
 tior euadat: cuncta ab imo ad supremum vsq; | vnice affirmans. Negatio itē
 sita preter naturam in summo | fiat vegetior: vnica vi negans: quecunq; a su-
 premo & primo | ad vltimū vsq; continentur, Q; duplex theologia: asser-
 tiua & negatiua, Q; iterum theologia duplex: Sensibilis | intellectualis | pro-
 phetica. Sensibilis ex sensibilibus signis | mentem in deum traducere nitit-
 ur. Intellectualis que sincerior sine sensuum aut sensibilibus signorum pre-
 sidio: ea que mere et simpliciter intellectualia sunt meditatur. Velut cum in-
 tellectus intra semetipsum | intelligibilium rerum effingit notiones: suarūq;
 notionum est archanus opifex. Prophetica vero: arcana quedam est & ico-
 gnita mentis illustratio: qua neq; ex sensibilibus signis | diuinū emedicam⁹
 cibum: neq; ipsimet celestū notiones in nobis effingimus. sed per traduces
 angelos: diuina nobis mysteria insinuantur diuinarumq; rerum conscij effi-
 cimur. Et in hac theologia mens nostra nichil operatur: patiturq; potius q̄
 agat. vtpote que effictam ab angelo paratāq; suscipit intelligentiam. Duo-
 bus autem primis modis | nostra mens agit: aut notionem ex sensibilibus eli-
 ciens | aut illam in semetipsa effingens atq; componens, Q; deniq; negati-
 ua theologia | potior sit q̄ affirmatiua: nostrāq; mētem commodius altiusq;
 deo inferere probetur. Hec omnia: aut superior libellus de Nichilo | aut pre-
 sens Hecatodia discutit. Hanc igitur hecatodiam | cum presenti totius libel-
 li exodio: tibi vt beniuolo corde offerim⁹ | dicam⁹ | vouem⁹: Ita & haud min⁹
 equatis dextrisq; animis | ea pro litterarijs munusculis suscipito. Q; si non

Vna veri-
tas vna
imago

Subluna-
res actus
quattuor
substantiu⁹
vitalis | sen-
sitiuus | ra-
tionalis.

Angelus
Sol
Homo
Luna
De⁹ sūma
necessitas.

Nichil si ē
oia erunt.

Deus oīm
affirmatio
Nichiloīm
negatio
Affirmatio-
nis & nega-
tiois virtu-
tes.

Theologia
duplex
Theologia
triplex
Sensibilis.
Intellectua-
lis.
Propheti-
ca.

In prophe-
tica theolo-
gia mēs
nichil agit
sed patitur.

Negatiua
potior q̄ af-
firmatiua.

Estq; nichil factus cunctis locus: omnia in illo
 Quo sunt facta prius / sunt stabilita loco.
 Est nichil immensum vacuum / quod cuncta recepat.
 Id simul est minimis innumerum vacuis.
 Quodlibet equali ac proprio stabilitur inani:
 Quantum quodlibet est / tanto & inest vacuo.
 Ens expellit & ens / abigit quicquid simul est ens:
 At nichil est non ens / non cadit ente nichil.
 Id simul in cunctis stetit / ac se immiscuit omni
 Enti: etenim penetrans entia tota subit.
 Omnia fertq; deus / deus omnibus inclita sedes
 Omnia qui fecit fulcit & ille deus.
 Huic nichil est mundi moles: qui cuncta recepit
 Ut punctum aduentans exiguae atomum
 Spera immensa deus / circumq; ferentia nusq;
 Quodlibet est medium / centra & ubiq; iacent.
 Omne nichil pellit / vacuūq; exterminat omne:
 Mole sua complens / quod locus omnis habet.
 Totq; potest mūdōs: quotquot numerabis in illo
 Centrorum notulas / signa velexigua.
 Vnum opus ipse tamen dumtaxat protulit: vnus
 Vno contentus / pluribus abstinuit.
 Hic tenebras habitat / nitidis illustrior astris:
 Qui sese nostris captibus occuluit.
 Expelliq; potest a nullo: in cuncta profectum /
 Nil non admittit: claudere nil poterit
 Nil fortuna creat / nil casus gignit inanis
 Cunctis fons deus est / primaq; causa deus.
 Solus ab eterno / primo infecundus in euo:
 Externum pariens / constituensue nichil
 Numine sub triplici / trinis sub nutibus illum /
 Alma fides / vnum predicat esse deum.
 Angelus a summo productus corporis expers
 Primus: diuini propositi auspiciū.
 Postea materies nichilo vicina creata est:
 Umbra horrenda illa est / vltima pene nichil.
 Hac quicquid sublunare est absoluitur: omnis
 Fulra manet species / actus & omnimodus.
 Suprema humane mentis successit origo.
 Diuinum / ratio viuida clausit opus.
 Sexta hominem nam luce deus compegit: et illi
 Que prius implebat / subdidit illa simul.

Omnem namq; animam est illi largitus in escam
 Et vegetam & sensam/cuncta creata dedit.
 Septima lux peperit nichil: Hac nempe ille quieuit
 Atq; in se redijt:quo omnia constiterant.
 Angelica nil mente prius/nil posteriusue
 Humana factum est:cessit in esse nichil.
 Inter vtramq; orta est forma omnis:materiei
 Et moles/quicquid sensus in orbe videt.
 Que sunt/que vegetant/tangunt/ratione mouentur
 Aut intellectu:condidit ille parens.
 Hec preter memini nichil actum/nilue creatum:
 Quicq; ea produxit/solus & ille regit
 Bina illi rutilat lampas:gemineq; coruscant
 Ethereo mundi semper in axe faces.
 Angelus illi vt sol/homo luna splendet in altis
 Temperat hic noctem/sed regit ille diem.
 Ethereusq; dies mundus/tellureus est nox:
 Peruius hic sensu cognitus ille animo est.
 Mens hominis primum nichil est/fieri omnia nata:
 Omnia sed captus fit simul angelicus.
 Corpore mundanum species deuecta per orbem
 Mens humana capit/discit & ipsa deum.
 Si non est deus/esse potest nichil:ille necesse
 Vt sit/si quid erit:qui omnibus esse dedit
 Astruitur positus cunctis deus:omnia tollit
 Destructus/nichil hic astruit & positus*

FINIS HECATODIE

Accipe de Nichilo presens quecunq; libellus
 Dictat:& hec nitido(te precor)ore lege
 Nil cecini Nil ipse audi: tu Nil lege lector.
 Scribe Nichil | dic Nil|et meditare Nichil

CAROLVS·BOVILLVS·SAMAROBRI·VIRI·FRANCISCO·MELLODVNENSI·DELECTO·
ATTREBATENSI·PRESVLI. S.



¶ Sit recta linea a b: definita et stata sunt eius extrema/a b/et actu notata. Media vero pūcta/ designari possunt innūera et infinita: p que linea tota/ in partes geminas scissilis est atq; diuidua. Et quecunq; in tota linea/ actu notaueris puncta vt c d e: inter toti⁹ linee claudūtur/ vallanturq; extrema. Ita igitur fit et in rerum sensibilium substātijs. Eadem enim sunt sensibilium omnium & definita ab initio extrema: que est materia. eorū vero media & act⁹ peculiare/ proprij/ numero indefiniti.



3 ¶ Sicut super eandem recta lineam/ trianguli plures fiunt basi communes/ vertice differentes: ita et ex eadem materia/ plures sensibiles substantie constantur/ potentia et materia cōmunicantes/ forma et actu differentes.

¶ Sit vt prius recta linea a b: super quam fiant triangu⁹ lia c b/ a d b/ a e b: et quotuis alij. Horum eadē est basis a b: vertices vero differētes c. d. e. Ita & intellige sensibilia omniū substātiarum/ eandem esse basim/ vnicā materiam/ vnam cōsistentiam et hypostasim. act⁹ vero esse plures/ vnicuiq; proprios/ atq; accommodatos.




4 ¶ Sicut recta linea vnico pūcto est i definita & incerta/ duobus vero pūctis certa ac stata reliquit: ita et rei naturalis substātia/ vna tātū sui parte/ vt potētia est i finita: geminis vero ptib⁹ vt potētia et actu/ finita certa et pfecta euadit.

¶ Sit datum punctum a. possunt ab eo recte plures et numero indefinite protendi: vt a b/ a c/ a d & quotuis alie: A igitur pūctum: nullius earū est actus/ nulli⁹ proprietat/ definitio & differentia. quandoquidem subsistente puncto a: earum nulla est definitio: sed quelibet mater net incerta erin potentia. Subsistente autem b puncto: continuo linea a b/ certa & stata est.

Analogia recte linee ad rei naturalis substātia

Nam inter duo queuis pūcta/ haud plures recte: sed tantum vna cadit recta. Recte igitur linee actus est puncti iteratio siue secundum punctum/ aut duo puncta: quibus designatis certū est recte linee interuallum. Hec itaq; transfer/ ad rei naturalis substātia. Rei enim naturalis sola potentia & materia: nullius est status/ certitudo/ aut definitio. vt que est i finitorū actus vnum capax: Aduentante autē secundo rei puncto secundaue eius parte vt actu: extēplo rei substātia vnica et stata esse probatur



Vnus quippe actus haud pluriū/ sed tantum vni⁹ est substātie. Et sicut de vnico puncto/ pūcta infinita et linee infinite dicuntur: de duobus vero punctis/ tantum vna linea: ita & de materia/ indefinite numero substātie plures iue actus enunciātur: At de quolibet actu/ tātū vna substātia dicitur. Nullus quippe actus: plurium esse potest.

¶ **A**ctus/ imprimis est potentia: et potentia actus.

Si act⁹ est
in potētia
potētia est
in actu.

¶ Anteq̄ subsistat actus. est eius potentia. qui cum deinceps generatione acquisitus & perfectus est: actus est & actu subsistens. Nā ab initio est & subsistit sola rei naturalis potentia ipso actu antiquior. Ante igitur aduentū ipsius actus: potentia est actus / id est actu subsistēs & actus potentia: id est possibilis & futurus. Est enim presens actus quidam: futurum vero / quedam potentia.

¶ Omnis rerum differentia & contrarietas: est ex parte actus / nulla autem ex parte potentie. 6

¶ Sensibiles nāq; substantie semper sūt in potētia: non autem semper in actu. Depelli siqui dē nequeūt aut liminari e potentie finib⁹ neq; facillere e terminis sue possibilitatis. Ante actum sunt in potentia. In ipso quoq; actu / sunt in potentia. Post deniq; actum / identidem sunt in potentia. Prius autem sunt extra actum: posterius rursū extra actum fiunt: Medio vero solo tempore in actu sunt. Differentiam igitur / aut contrarietatem nullam habent in potentia aut in materia: sed in solo actu & forma. Possunt enim duntaxat extra actum fieri / ab actu depelli: in quo quandoq; sunt & quandoq; non sunt.

¶ Sensibiles subē cōstant ex infinito & finito: illo vt potētia / hoc vero vt actu. 7

¶ Sicut prius Rectā lineā / docum⁹ constare geminis pūctis: altero infinito / id est infinitarū linearū initio: altero vero finito id est / tāntū vni⁹ actu & fine: ita & intellige sensibiliē substantiam / geminis partibus constari: vna infinita / id est infinitorum potentia / subiecto & initio: que est materia. alia vero finita / stata vnica & certa: id est tantū vnius substantie actu & forma. Nam materia haud aliud est / q̄ substantia quedam infinita: id est non finita / nondum completa: inchoata & imperfecta. Forma vero materie finis est: & sensibilis substantie complementū. qua in materia subsistente: finita / cōpleta & perfecta res sensibilis nominatur.

¶ Sensibilium substantiarū infinitū / est finitum: Finitum vero infinitum.

Materia
pri⁹ perfe-
ctaq̄ forā.

¶ Sensibilium substantiarum infinitum / voca materiam & potētiā: finitum vero / formā & actum. Materia & potentia prius subsistit: prius finita est cōpleta & perfecta: q̄ tot⁹ act⁹ & forma. Ante enim generationem / adhuc imperfectus est & infinitus actus: nondū subsistens. Materia tamen perfecta est & finita. Est igitur sensibilium substantiarum infinitum / prius finitum: imperfectum / prius perfectum. Earum vero finitū / pri⁹ infinitum: perfectum prius imperfectum. Prius enim est & perficitur rerum principium / q̄ finis. Rursū & hoc pacto aliter intellige: sensibilium substantiarum infinitum / id est potentiam / esse finitū. Finitum vero / id est actum / esse infinitum. Nam rerum omnium sensibilium / tantum vna est potentia: actus vero innumeri & indefiniti. Est igitur & sensibilium substantiarum / infinitū (id est potentia) numero finitum & vnum: earum vero finitum / id est actus / numero varium & indefinitum. 9

¶ Vnum infinitum / est tantum: quanta / finita infinita.

Cōparati-
ones infini-
ti & finiti.

¶ Vna potentia est tanta: quanti infiniti actus. Eadem potentia / infinitorū actuum est capax. Vnitas potentie / est actuum numer⁹. Sume enim infinitum vnitare & finitate / finitum vero ifinitate & multitudine: vtraq; inuicem equabūf, pinde atq; vna dualitas & due vnitates. Vnum quippe infinitū: est capax / infinitorum finitorum. Infinitum ipsum / est numero quidē finitum & vnū: substantia vero infinitum. Que autem finita dicuntur: substantia: sunt finita / numero autem infinita. Vt vnitas: numero quidem finita est immultiplex & tantum vna. substantia tamen / potētia & virtute est ifinita. cū nūeros eadē possit ifinitos. Numerus autem substantia / virtute & potestate finitus est: numero tamen infinitus. Quis enim numeri supputationem absoluet / numerabitur numerorum seriem. Similiter & materia nūero / finita / ac tantū est vna: virtute tamen & potentia ifinita / qua suscipere potest act⁹ innumeros. actus vero / numero quidē est infinitus: virtute tamē & potestate finitus. Est enim omnis actus tantum vnius actus. vt vnus deus substantia ifinitus / numero tamen finitus & vnus: ifinita potest finita vt ifinitos mundos. Orans enim mūdus: est substantia finitus.

¶ Generatio est vt ab intellectu ad sensum / ab intelligibilibus ad sensibilia. Cap. VIII.



Generatio est ab extremo mundi ad mundi medium progressio.

Generatio progressio est a priori ad posterius: A potentia ad actum / A materia ad formam & ab extremo ad medium. Est enim potentia prior actu. Extremum prius medio & materia prior forma. Extremum autem mundi celum / licet prestantius sit terra: analogiam tamen ut diximus habet ad sensibilem potentiam / extremitatem / communitatem & principium. Mundi quoque medium terra: congrua proportionem / sensibiliu actibus respondere probatur. Sicut enim distantior prior & remotior sensibiliu pars est ipsa materies: Propior vero posterior & immediatior est actus & forma: ita & celum ipsum iure dixeris remotiore & priorem esse sensibilem partem / & ut quaedam eorum potentiam: terram vero ut eorum partem propioram immediatam & ut actum. Et sicut sensibile substantiam diximus depelli non posse / e sue potentie accessibilitatis terminis (semper quippe esse in potentia: in qua contrarietas reperitur nulla) Tandem vero posse migrare ab actu (Nam quandoque esse in actu & quandoque extra actum et contrarietate omnem solis actibus inesse) ita & argue nichil sensibiliu / migrare celesti ambitu posse: semperque ambitu celesti claudu / quicquid est sensibile: & contrarietatem esse in celo nullam. Non autem omnia sensibilia semper esse in terra: sed ea posse depelli & migrare e terrenis sedibus. Et quandoque in terra esse / quandoque extra terram. Omne quoque contrarietate & rerum pugnam esse in terra & in ipso mundi medio / nullam vero in celo aut mundi extremo. Est igitur generatio / quedam ab extremo mundi & celo simultoto: ad mundi medium & terram progressio: tanquam a potentia ad actum / a principio ad finem: ab indifferente ad id quod differens varium distinctumque reperitur.

In celo contrarietas nulla.

Ois contrarietas in terra

2. Celum est ut sensibilem potentia & basis: terra vero ut sensibilem actum et vertex.

Intellige eversam mundi pyramidem: cuius tota basis sit celum / aut celi concavum. Vertex vero & conus terra: que ad celum totum est ut exigua atomus & punctum. Huius pyramidis a tota basi ad conum descensus: est ut sensibilibus mundi generatio: pergens ab infinito celo ad terram. Est enim celum / sensibilibus mundi potentia: atque initium. Terra vero sensibilibus mundi finis: actus & ultimum. Sicut enim primum recte linee punctum / indefinita est & inchoata recta: secundum vero punctum / definita stata & certa: ita & celum prima est sensibilibus mundi positio. Terra vero secunda positio / sensibilibus mundi finis / definitio / complementum.

Mundus est ut pyramidis

3. Intelligibilis mundus est quedam sensibilibus mundi suppositio. Sensibilibus vero intelligibilis mundi adiectio.

Hec claram & dilucidam habet intelligentiam. Nam suppositiones dicuntur / naturalia quaedam & pernecessaria adiectionum fundamenta: que sine adiectis esse quidem possunt / sine ipsis autem adiectis / aduentitia & secunda esse & subsistere nequeunt. Ut potentia / suppositio est actuum sine actibus quidem possibile: actus autem sine illa impossibile manet. Celum suppositio est terre / sine terra possibile: terra vero sine celo impossibile. Simplicia & prima: etiam suppositiones sunt compositorum & secundorum entium. Composita vero & secunda entia eorum sunt adiectiones. In dyalecticis propositionibus / subiectum suppositio est predicati: predicatum vero subiecti adiectio. In demonstrationibus & syllogismis: hypotheses & assumptiones primae suppositiones eorum sunt: que deinceps inferuntur. Uniuersa item principia / conclusionum atque illationum. Substantie quoque / accidentium hypotheses & suppositiones sunt. Accidentia vero substantiarum adiecta & aduentitia. Supponunt enim / ut aiunt / accidentia esse substantias: substantie vero accidentia supponunt minime ut quae sine accidentibus esse possunt. Ita & intelligibilis mundus suppositio est sensibilibus mundi: sensibilibus vero intelligibili velut adiectus & aduentitius. Supponit enim sensibilibus mundus esse intelligibile: non autem intelligibilis sensibilem.

Exemplaris declaratio suppositio: nunc & adiectionum.

Potentia Actus Celum Terre Simplex Compositum Subiectum Predicati

4. Unde fit ut generatio sit quidam ab intelligibilibus / ad sensibilia motus

Generatio est ut ab omni supposito / ad adiectum: a simplici ad compositum. A primo ente ad secundum: a potentia ad actum: a celo ad terram. Ab extremo ad medium. a natura ad nos. ab occulto ad apprensibile & manifestum. Et generatim ut a cunctis oppositis / que potentie sunt proportionabilia: ad ea que actui & fini respondere declarantur. A principio ad finem: a tenebris ad lucem. Ab inchoato ad perfectum: ab infinito ad finitum. A parte ad totum: a spiritui ad corpus. Ab intellectu ad sensum: & ab intelligibilibus ad sensibilia. Est enim intellectus prior sensu: & intelligibilia sensibilibus. Supponit sensus esse intellectum: & adiectus

p. v. 2.

eneratione aequales...
ita sola rei naturalis...
est actus id est actus...
actus quidam...
parte actus / nulla...
semper in actu. Depell...
nims sue possibilitate...
Post denique actum...
sum extra actum...
contrarietatem nullam...
enim duntaxat: extra...
sunt.
potentia / hoc vero...
tero infinito: id est...
a & intellige sensibilem...
potentia / subiectum...
u minus substantiam...
a: id est non finita /...
& sensibilibus substantiam...
ita res sensibilibus no...
mitum vero infinito...
potentiam: finitum vero...
pleta & perfecta: ut...
infinitus actus: no...
m substantiarum infini...
tu prius infinitum: perfectum...
um: quod finis. Ratione...
est potentiam esse finitum...
n sensibilem: tanquam...
iam substantiarum infini...
id est actus: numero v...

ab intelligibilibus
Cap. VIII

In intellectualis enim mundus est sensibilis mundi suppositio & intium: perinde atq; & celum ipsum / terrene molis hypothefis & suppositio vocatur. Sicut igitur celestis orbis telureo diffinitur antiquior: ita & intellectualis / mundus ante sensibilē factus cōprobat. Intellectus quoq; ante sensum, Spiritus ante corpus. Operuit enim deus intellectualem mundum sensibili mundo. Spiritalem itē creaturā / sub corporea appendice occultuit. Intellectū deniq; sensu inuestiuit. Et hec vel sine vlla expositionis / aut commentarij luce: euadunt se ipsis q̄ manifestissima.

2 **V**nde manifestum est genitum esse vniuersum: ac parte post partem factum atq; productum.

Nam prior a deo factus est intelligibilis mundus: deinde sensibilis illi est adiectus. Cēpit enim deus: a creatura sibi propiore: pergens ad distantiores. Et ambo mundi: totius vniuersi sunt partes. Intelligibilis quidem mundus pars prior / suppositio & potentia. Sensibilis vero pars eius secunda / adiectio / finis & actus. In ortu igitur vniuersi contingit successio partis post partem: quam generationem nuncupamus. Que enim tota simul sunt facta: creata dicuntur / non genita. Vt angelus vt materia. Que autē non tota simul: sed parte post partem absoluūtur / succeduntq; in esse: gigni dicuntur. Vniuersum igitur totum est genitum: ac parte post partem factum. Vniuersi enim generatio facta est / cum ex preexistenti intellectualis mundi suppositione: adiectus allatusq; est illi sensibilis mundi actus. quē admodum in disciplinis ex preexistenti & presupposita / principiorum cognitione: sequentiū conclusionū demonstratur veritas / clauditur ratiocinatio / infertur scientia.

Que creataqueue genita dicantur.

3 **V**niuersi generatio: humane generationi contranitens / euadit opposita.

Vniuersi quippe gnatio / facta est: a spū ad corp⁹. Ab intellectuali ad sensibile / Ab intellectu ad sensū / Ab occulto ad dilucidū & oculis peruiū. Hūana autē gnatio / huic cōtranitit / ordinem. Fit enim a corpore / ad spiritū: a sensibili / ad intellectualem. A sensu ad intellectum: ab apparenti & eo quod in propatulo est: ad abditū & arcanū. Vt enim in libro de intellectu diximus: prius est hominis corpus rationali anima / que creaturarum est vltima. In mūdo q̄ corpus sensibilis / factus est sensus ante intellectū: & sensibilis creatura ante intellectualem. O ia namq; animantia / ante hominē sunt facta. Et eadem est proportio / cūctorū animalium ad hominē: que humani corporis / ad animā aut que sensus ad intellectum. Sunt enim vniuersa animantia / vt hominis corpus: homo vero vnus / eorū est vt anima & actus. Vniuersi igitur generatio: humane generationi / contranitur ac ordine opposito incedit. Creauit enī deus / prius animam vniuersi: hoc est intellectualem arcanū mundū: q̄ corpus vniuersi id est q̄ sensibilē apparentē mundū. At contrario ordine perficitur homo: vt pote cui⁹ corpus absouitur formaturq; prius: aia vero posterior. Fit itaq; in vniuersi cōplemento / motus ab anima ad corpus: In homine autē / mot⁹ a corpore ad animam.

Corp⁹ pri⁹ anima.

4 **S**impliciter et secūdū vniuersū: spūs est corpore prior et intellectus sensu. Secūdū quid autē et in sensibili mūdo: Corpus prius est spū et sensu intellectu.

Aliud est quod vniuersum: aliud quod sensibilem mundum nuncupamus. Vniuersum quippe totum quiddam est & vtriusq; mundi complexio: intellectualis & sensibilis. Sensibilis autem mundus / pars est vniuersi ac totius ipsi⁹ corpus. Aliud itaq; est prius simpliciter: & aliud prius secundum quid. Aliud prius in toto & in vniuerso: aliud prius in parte & in sensibili mundo. Nam simpliciter & in vniuersis que sūt / spiritus est corpore antiquior: Intellectus sensu & actus potentia. Angelici quippe spiritus / intellectus & actus: antiquiores sunt omni & corpore & sensu et potentia. In sensibili autem mundo: e contrario accidit. In quo corpora priora sunt spiritibus & animabus: sensus quoq; intellectu prior & potentia actu antiquior. Intellectus enim vniuersi / prior est sensu vniuersi: id est intellectualis mundus prior sensibili mūdo. At sensibilis mundi sensus prior & origine antiquior est sensibili mundi intellectu. Est enim sensibilis mundi sensus: irrationale animal / sensitivę virtutis particeps. Sensibilis autem mūdi intellect⁹ est homo: cui soli sub luna cōgruit cōpetitue. Intellectus. Anime porro maioris mundi / id est vniuersi: successit eius corpus. Aft minoris mundi / id est hominis corpori: successit anima / illiq; est generatione adiecta. Est igitur simpliciter et ab vniuersi ordine: intellectus sensu et spiritu corpore prior. Secūdū quid vero et ordine sensibilis mundi: sensus intellectu et spiritu corpus. Nam et vniuersum perfectū ac genitum est: a perfectis ad imperfecta / a summis ad ima. Sensibilis autem mundus / p⁹ fetus et absolutus est: ab imis ad summa et a cunctis imperfectis / ad potiora & prestantiora.

In Intellectualis mundus simpliciter lux est & dies & actus: secundum quid autē et ad nos & in sensibili mundo: tenebre potentia & nox nūcupatur. 6

Dubietas

Solutio

Hec propositio adiecta est ad discutiendam quorūdam que diximus ambiguitatē: cur scilicet intelligibilem mundū sensibilis mundi potētiam balim/ suppositionē fundamentū & vt materiā nūcupauimus: cū potentia & materia sint imperfecta. Intellectualis autē mundus/ sit sensibili prestātor potior/ & vt actus & spiritus et anima. Huius dubietatis/ in propōtu est & in proparuloratio. Nam intellectualis mundus: totius vniuersi est actus/ lux & dies Sensibilis vero mundus eiusdem vniuersi: est vt potentia/ tenebre & nox. Attamen cū intellectualis mundus/ ad sensibilem dicitur mundū conferturue ad nos: hoc pacto secundū quid sumptus: potentia/ nox & tenebre censetur. Est enim nobis occultus: situs in nostris tenebris in nostra nocte & ignorantia. Est & potentia initium inchoatio: & suppositio sensibilis mundi. Subsistente enim actu & consumato intellectuali mundo ante sensibilem: sensibilis mundus nondum subsistebat eratue absolutus. Erat tamen in potentia/ inchoatus erat/ initiatus & imperfectus. Est enim intelligibilis mundus: propinqua sensibilis mundi potentia/ eiusue initium & inchoatio. quē haud secus appellare licet inchoatū sensibilemū dum: q̄ congruit materiē imperfecte & incōplete rei naturalis censeri nomine. Sicut enī materia/ est perfecta quidē materies: & imperfecta rei naturalis substantia: Est item perfecta pars & inconsumatum totū: ita & intellectualis mundus: est incōpletus atq; imperfectus sensibilis mūdus: perfecta itē pars est & incōpletū totū. Et sicut potentia/ prius est in actu & i esse q̄ actus: cuius esse sequitur prioris potentie esse: ita & intellectualis mundus/ prius fuit in actu/ q̄ sensibilis. Nam huius esse illius esse: & huius actus illius actum sequutus est.

An te creationem & potentia et actus erant in potentia. Creatio autem 7 potentiam statuit in actu: Generatio vero/ actum in actu.

Hec propō
vtrobique
ra.

Hec propositio vera est vtrobique modo: siue potentiam sumptis/ pro sensibiliū potentia & materie: siue pro intellectuali mundo/ qui est vt potentia/ initium inchoatio sensibilis mundi. Nam & creatus est intellectualis mundus/ totusq; simul exortus: & creata est materia/ factaq; tota simul. Non tamen simul cum intellectuali mundo/ id est cū angelis: sed post angelos/ vt prius ostendimus. Ante igitur creationem & priusq; quicq; faceret deus: erat et actus omnis & omnis potentia/ in potentia: id est simplici possibilitate/ in posse esse in diuina sola mente & potestate. Creatio autē vtrobique potentiam/ sed seorsum/ ad esse produxit. Statuit enim prius in actu vniuersi potentia/ id est intelligibilem mundū. Secundo sensibilium potentia: quā materiā esse docuimus. Est enim intelligibilis mundus/ vniuersi initium parsue eius prima. Materia vero cunctorū est sensibilium inchoatio & pars eorū prima. Intelligibilis in super mundus/ sensibilis mūdi inchoatio & potētia cēsetur. Intellectuales quoq; creature/ sensibilium creaturarum: spirituales corporearum immateriales materialium inchoatio/ atq; hypotheses vocantur. Successit autem creationi generatio & ortui potentiā/ actuum origo. Nam generatione perfectus est sensibilis mundus: & adiectus intellectuali mundo vt actus potentie: vt predicatum/ subiecto: vt & finis principio. Infert & ipsa generatio/ alia due ipsi materie/ omnē actum: quo sensibilis omnis substantia perficitur/ absoluitur/ consumatur. Effectū igitur est quod volumus: vt ante ipsam creationē/ fuerit tam potentia q̄ actus in diuina potentia & possibilitate. Erant enim i primo euo: actu non entia. Porro creatione orta est imprimis/ quam potentiam nūcupamus: successitq; in esse simplex materia: que est vniuersorum possibilitas. Sequenti autem generatione exortus est actus: adiectaq; prioris materie ea forma/ que ad complendam totius substantiam erat pernecessaria.

Generatio cre
atione pot
terior

Ante creationem	Potentia	In potentia	Erat
Ante creationem	Actus	In potentia	Erat
Creatione	Exorta	Potentia	Est
Generatione	Ortus	Actus	Est

In Intellectualis mundi substantie: sunt separate/ simplices et immixte.

Cap. X.

materiam peperit statuitq; ad esse. Interest autem in humana et diuina mente: q; humana mens/ suos conceptus intra seipsam profert: illiq; perpetuo humane insunt menti. Diuina autē mēs: proposita conceptus: notiones/ angelos/ ideas/ spectes/ exemplaria/ archetypos & sigillaria vniuersi: extra seipsam produxit vt totius futuri sui operis initiū. Illos attamen quia nos lateant & extra materiā subsistant: plerūq; eo pacto diuine a stare presentefq; esse mēti dicitur: quo & nostre notioēs nostris iugiter mētibus offerunt obijciuntur pñ:ant.

¶ Vñ fit vt intellectualis mūdi subē: sit natura separate/ simplices & imixte. 4

Prima ratio.

¶ Nam substantie intellectuales facte & create sunt ante materiam. Sunt igitur immixte simplices & separate a materia. Sicut enim quicquid factum est & post materiam creatum in materia est factum/ ortum atq; perfectū: & ab ea fulcitur/ gestatur/ continetur vt omnis sensibilis actus/ cum rationali anima: ita & quicquid factum est ante materiam: est extra materiam: & factum & subsistere natum. Rursum intellectuales substantie (vt diximus) persimiles his notionibus sunt/ que nostre insunt menti. Atqui he notiones separate sunt a mundo/ ab elementis/ a corpore/ sensu & materia: habentes esse simplex/ purum/ & immixtum/ in humana mente. in quam nichil alteritatis/ nil materialis dissimilitudinis/ nilue indefecatum & impurū admittitur. Sunt igitur & intellectuales supercelestesq; substantie: natura simplices/ abiuncte a materia/ impermixte/ separate absolute. Eadem quippe ratio que minoris mundi hoc est hominis/ arcanas notiones asserit immateriales: maioris quoq; mundi inuisibiles conceptus/ idest supercelestes substantias: immateriales incorporeasue esse confirmat. Quia ratione/ humane thalamos mētis nulla posse imbui materie/ nichil materiale excipere posse predicaueris: eadem ratione & i intellectualē mundum (que mens est vniuersi) nul/am materiei particulam/ natura introduci natam abs te sentiendū. Etenim licet nonnulla materiei pars (vt ea ex qua humanū consistat corpus) intellectualē mundū & iam subiisse & iterum subitura credatur: id tamen supernaturali ordinatione iam accidisse ac deinceps futurum arbitramur. Cum igitur naturalis materiei locus/ sit sensibilis sublunariue mundus: omnis materies ab vtraq; tam mundana/ q; humana mente extorris agitur nullaq; omnino ipsius pars in vtrauis mente recipitur. Sed quicquid vtriq; menti inest: spiritale/ simplex/ incorporeū/ impermixtū/ separatū/ immateriale atq; absolutum esse declaratur. Que tamen mūdana versantur i mēte/ idest que i intellectuali degunt mundo: substantie sunt & rerū veritates. Que vero hūane insunt menti/ accidentia sunt: supercelestiū veritatum precipua/ verissima & equalissima signa.

Secunda ratio.

¶ Cū substātia sit prior accidente: necesse est separate substātie/ gradū esse vnū seorsum: Aliū vero substantie coniuncte et accidentibus permixte.

¶ Omne quod natura prius & prestantius est: cum queat esse sine posteriore ac min⁹ perfectio: necesse est vt huiusmodi in aliquo: siue tempore siue gradu/ exemptū sit ab imperfecto sitq; per se sine posteriore subsistens. Quē admodum deum nunc esse dicimus cum creaturis: simulq; subsistere quando & vniuersę creature subsistunt. quia tamen prior est/ cunctis creaturis deus & potest sine creaturis esse: necessarium fuisse dicimus aliquem eiusce potentie actum: in quo hec potentia/ fuerit in actu. Vt in primo eternitatis euo: in quo ab eterno/ ante creationem vniuersorum: subsistit deus vnicus/ separatus a creaturis et solus. & q; modo cum creaturis subsistit: i primo illo euo substantia/ gradu/ tempore et loco: ab vniuersis creaturis extitit abiunctus. Ita igitur argue/ de substantia & accidente. Substantiam natura priorem/ ac prestantiorem accidente: ante accidentia creatam & factam. & oportere in aliqua regione/ aliquoue gradu & loco: vt in intellectuali/ ethereoue mundo: degere substantiam puram/ separatam/ impermixtam & sine vllis accidentibus. Sunt igitur totius substantie/ gradus gemini: primus substantie/ vt substantie: idest simplicis immixte et sine accidentibus. Secundus substantie coniuncte: accidentibus permixte & varie. Primi igitur gradus substantie sunt in intellectuali mundo: secundo vero gradu in sensibili. Et eadem dixeris de spiritu & corpore: de forma & materia: de intellectu & sensu/ de actu & potētia. Quia enim spiritus est corpore prior ac longe potior: alia est regio/ in qua spiritus abiunctus degit a corpore: alia in qua corpori coniunctus reperitur. Alius mundus/ in quo intellectus est imixtus purus & sine sensu. Alius in quo intellectus/ sensui est addictus. Loc⁹ alius est in quo forme degunt absolute & immateriales: ali⁹ in quo haud aliter subsistūt/ q; in materia. Alia etherea/ plena puris & imixtis actibus idest angelicis formis: alia sensibilis/ cui⁹ vniuersi actus in potētia esse sunt nati. Sicut enim in rerum naturaliū gradib⁹/ quia esse

ria prior est vita: stat in quibusdam reperire ~~essentiam~~ / abiunctam et separatam a vita / vt in mineralibus: quam tamen in posteris / vt in viuentibus & plantis reperimus vite con-
iunctam. Similiter & vitā sensu priorē / in viuentibus separatā a sensu reperimus: sensum
quoq; in animalibus a ratione abiunctū qui in hoīe ratio / conūctus est: ita & imprimis necesse
est in eminentiore aliquo gradu sublimioreq; regione: reperiri substantiam ab accidentibus
abiunctā atq; separatā: q̄ in inferiore et sublunari hac regione visitur accidētibus esse pmixta
¶ paulo supra materiam: sint quattuor elementa cunctarum genera-
tionum initia.

Cap. XV.



Micut paulo supra non ens & nichil est materia: ita et quattuor
mundi elementa / paulo minus supra materiam collocantur.

Materie p-
prietates. 9

¶ Materia initium est hypostasis & fundamentum sensibiliū vniuersorū:
ante oīa sensibilia creata / oīm minimū / non ens actu / non enti nihilq; vi-
cina / operiēs ipsum nichil / superfusa / flata / fundataq; in nichilo. Subest
enim materia cūctis: eidē vero nichil subest. Quae autē post materiā / prima
sunt facta: sunt quattuor mundi elemēta Terra / Aqua / Aer / Ignis: vicina
proxima & attigua materiei. Eorū enī actus: primi materiā obducūt / implētq; vāstissimū ei⁹
hyarum. Ab his vniuersa materies: suapte natura inanis priuata / arida & vacua: imprimis
elemētatur disponit / preparat: vt sequentiū sensibiliū actū Substātiū / Vitalis / Sensitui &
Rationalis plenitudine: decore ac habitu repleatur.

¶ Sicut materia est entium minimū: ita & quattuor elemēta / entia actu mīma.
¶ Materia cum sit actu non ens & non hoc aliquid: haud censetur ens minimum sed entium
minimū. Est enim vltimum entium: post quod & sub quo nichil est entium. Elementa autem
prima sunt (pergētibus sursum) actu & simpliciter entia / prima post materiā facta. Deorsū ve-
ro (spectantibus) vltima occurrūt: vt pote quorū actus / materiei vicini & proximi sunt. Extre-
mo etenim in loco actu & simpliciter entium collocata: rerū naturalium ordines definiūt: si-
sunt clauduntq;. Sunt igitur elementa minima actu entia / idest simplicissima: vt quibus
actus nullus aut forma subest: sed sola materia.

¶ Elemēta homogenea sunt / tota similia: sine partium inter se / aut a toto differentie.
¶ Nam simplicissima est materia & homogenea tota: sine vllō sui partium discrimine. Quae
liber enī materiei pars: totius nomine insignitur: cēseturq; materies. Oēs eius partes: & si-
biuicē & toti materiei sunt quāsimillime. Atqui elemēta sunt primi & simplicissimi ipsius materiei
actus: primaue ei⁹ perfectio. Vnius autē cuiuspiā habitus: nulla in rebus oritur differentia ac dif-
ferētia. Erūt igitur & tote elemētōrū substātie / constare ex materia & vnicō ac simplicissimo
actu: natura homogenee / idest sine partium abiūctē & a toto / diuersitate ac differentie. Di-
stant quidē inter se elemēta: suntq; & diuersarū specierū & plurimū actuū & cōtra seiuicē et he-
rogea. Vt ignis: ab aqua differt: ab aere & a terra: & cetera itidē inter se. At tamē quodli-
bet in seipso totū: indifferētis est eiusdēq; speciei ac suapte natura homogeneū. cui⁹ & oēs
partes & totū: sunt rationis & noīs eiusdē. Vt tot⁹ ignis: ignis est: & ei⁹ oēs partes ignes. Aer
tot⁹ aer: & oīs eius pars aer. Aqua / aqua tota: & queuis pars aque / aqua. Terra tota / terra
est: & vniuersa eius glebula / ac portio terra.

¶ Omnia sensibilia & ex materia sunt & ex elementis. suntq; deguntq;: &
in materia & in elementis.

¶ Elemēta secūde cuiusdā ac ppioris oīm sensibiliū materiei vicē recipiūt. Nā sūt materia vi-
cinior ppior ac dispositior: ad sequentiū actuū susceptationē. Et plerūq; elemēta ipsa (tā
ipsi materiei propinquāt suntq; vicina atq; similia) materiei nomine cēsem⁹. distāt enī paulo-
minus a materia. Sicut enī pquirent⁹ sensibiliū simpliciter primū / quod quolibet est ens: ma-
teria nobis occurrūt / cūctorū nichoatio: ita et eorū dē sensibiliū scrutatib⁹ primū simpliciter
siue primū actu: ingerit sese elemētū cui⁹ act⁹ est prim⁹ & simplicissim⁹ act⁹. Et ante oīa se-
sibilia / facta sūt hec: materia iquā & quattuor elemēta sūtq; cūctā sensibilia ex materia & ele-
mētis facta. Materia tamē antiquior est elemētis: & ex ea / sūt facta elemēta. Et sicut extra
materiā null⁹ sublunaris esse natus est actus: ita & neq; extra elementum / sensibilis aliqua
substantia est subsistere nata.

Materia
elemētis
quattuor

¶ Sicut materia / omnium substantialium actuū naturale est subiectū: ita &
quattuor elemēta sensibilia oīm substātiarū / sunt naturalis regio ac locus.

abstātie gradu
bus permixte.

ostēdit ac min⁹ p-
nū sit ab imperiū
dicimus cum cre-
nen prior est: cūctā
aliquem eiusce poten-
to in quo ab eterno
uris et solus. & q̄ mo-
et loco: ab viuētū
Substātiā nō
ictam. & oportere in
mundo: degere: sicut
me igitur totius sūt
similiter et sine act⁹
varie. Primi igitur pa-
sensibiliū. Et eadē dē
de actu & potētia. Quā
a spiritus abiunctus
dus in quo intellectus
dictus. Loc⁹ alius est
subsistat: q̄ in matē-
mis: alia sensibilia: col-
aliū gradu: quā est

¶ Quæadmodum pars ad partem: ita & totum sese habet ad totum. Materia autem & omnis eius actus sunt quedam partes. Elementum vero & sensibilis queuis substantia: sunt tota & perfecta entia. Que igitur materiei ratio atq; habitudo ad sensibilem omnem actum: ea est & elementi/ ad omnem ceteram sensibilem substantiam. Omnis autem sensibilis actus: natura sedet/ degit fulcitur/ saluaturq; in materia: que est vt cunctorum actuum naturale subiectum ac verum domicilium/ quo natura emigrare nequeunt. Ita igitur & omnis sensibilis substantia: natura in aliquo degit/ stat saluaturq; elemēto: vt in naturali regione ac loco. et extra elementum fieri nullo potest: nec subsistere extra elementum.

¶ Vnde fit vt tota sublunaris/ sensibilisue mundi regio: sit secta atq; diuisa in quattuor elementa.

¶ Nā quicquid est sub lune concauo/ quicquid a terre meditullio/ ad celumq; lune concauū ambitum patet: est sensibilem substantiarum locus ac naturalis tota regio in qua sola generatio/ temporalisue permutatio contingit. Vniuersa igitur sublunaris mundi plaga et naturalis sensibilem substantiarū regio: est plena elemento. Quattuor autem sunt elementa. Tota itaq; regio/ que est a terre centro ad celi lune concauum: in quattuor elementa est secta atq; diuisa.

¶ Tota materia/ est elementata: et in quattuor elementa distincta. Cap. XII.



¶ Mota materia est elemētata et nulla eius pars est, sine actu et forma elementi.

¶ Eadem dicenda sunt de tota materia: que in precedente illatione de vniuersa sublunari et sensibili regione sunt dicta. Est enim materia tota sensibilem actuum subiectum. Sicut igitur nulla est sublunaris regionis pars vacua & desituta elemēto: ita & nulla est materie pars arida id est actu & forma elementivacua/ priuata in elemētata. Si enim pars aliqua materie esset inelemētata & actu orbata elemēti: eadem & cetero omni substantiali actu priuaretur essetq; expers formatum ac ex toto vacua: et vt quiddam ociosum in natura quod nullo esse potest. Haud enim minus est incommodum/ materie partem aliquam esse inelemētatam elementarissq; forme expertem: q̄ sensibilis regionis plagam aliquam esse elemento inanem vacuum ociosam omniq; sensibili substantia desitutam.

¶ Sicut nulla sensibilis regionis plaga/ potest esse sine elemento: licet possit sine prestantiore esse substantia ita & nulla materie pars potest esse sine actu elementi: esse tamen potest/ sine potioris substantie actu.

¶ Omnis sensibilis substantia esse/ recipi & saluari nata est in elemento. Est enim elementum: prima/ proxima & simplicissima/ sensibilis regionis plenitudo. cui & toti & cuius eius parti: inest elementum. Tota quippe sensibilis regio/ que est a terre meditullio ad concauū vsq; celi lune: est ex necessitate elementata & elemento plena. Non autem omnis ipsa plena est mineralibus/ aut omnis viuentibus plena/ aut animalibus/ aut hominibus. Ita igitur argue & de materia: totam ex necessitate & quolibet eius partem/ esse elementatam/ actuue elementi affectā/ plenam/ impregnatam: nō autem aut totam/ aut omnem eius partem: plenam esse actu perfectioris potiorisq; substantie. Non enim omnis materia/ mineralium fert actum: neq; omnis viuentium/ aut omnis animalium aut vniuersa hominum.

¶ Vnde fit vt prima et per necessaria materie affectio sit elementatio prima/ ue eius plenitudo/ actus et forma elemēti. Prima quoq; et per necessaria sublunaris regionis plenitudo: substantia elementi.

Que necessitates et a sublunari regione et a materia vacuū tollant.

¶ Sicut materia ad actum & formam elementi ita & sensibilis regio/ ad substantiam totius elementi. Impossibile est autem totius sublunaris regionis/ partem esse aliquam elemento vacuum. Impossibile igitur & est aliquam materiam: actu & forma carere elementi. Necessitas enim qua tollitur a sublunari regione vacuum: est elementaris substantie presentia. Necessitas vero qua exterminatur exulatq; a materia vacuum/ est eius elementatio seu presentia actus ac forme elementi.

Elementaris substantia a mundo vacuum tollit
 Elementaris forma a materia a vacuum exterminat
 Sine elemento mundus esse nequit
 Sine elementi forma: materia subsistit minime
 In toto mundo & in qualibet mundi parte est elementum
 In tota materia & in qualibet materie parte est elementi forma
 Sensibilis substantia in mundo est mediante elemento
 Sensibilis actus in materia est mediante forma elementi
 Non in toto mundo sunt secunde substantie posteriores elemētis.
 Non in tota materia sunt secundi actus posteriores actu elementi
 Aliqua pars mundi sine animali ac sine homine reperitur
 Aliquamaterie pars sine animalis aut hominis forma subsistit

4 **Hec tria: Materia / Sensibilis tota regio & Elementū: sunt vt equalia & sensibilibus omnium substantiarum capacia.**

Materia est per se / vt omnis sensibilis substantia. Nā omnis sensibilis substātia / fit ex materia: in qua degit & subsistit omnis sensibilis actus. Rurſus sensibilis tota regio est vt omnis sensibilis substantia. Omnis quippe sensibilis substantia: inter terre centrum & lunaris celi circumferentiam versatur / ac degit. Deniq; & elementū: est iterum vt omnis sensibilis substantia. Nam tota sensibilis regio / est elemēto plena: & omnis sensibilis substantia est ex necessitate in aliquo elemento. Hec igitur tria: Materia / Sensibilis tota regio & Elementum: cū eidem tertio scilicet sensibiliū substantiarum vniuersitati / adequata & equalia sint: inter se quoq; adequantur. Nempe eorū quodlibet: sensibilibus omnium substātiarum est capax. Nulla enim sensibilis substātia: fieri potest extra materiam: nulla extra sensibilē regionem / nulla deniq; extra elemētum: Et hec intellige / secundū naturam esse dicta. Nam humanā totā substantiā / animam dico & corpus / fide credimus & confitemur: fieri posse extra elemētū. Etiam aliquā eiusmodi sensibilē / ac sublunari regione: in ethereos & perpetue immortalitati deputatos thalamos feliciter esse desūptā. Hoc autē fieri preter nature ferē nullū ignorat.

Materia /
 sensibilis re-
 gio elemē-
 tum.

Humana
 felicitas.

5 **Sicut ceteri sensibiles actus / recipiuntur in materia elementata: ita & omnis sensibilis substantia / in sensibili regione: haud aliter / q̄ elementata & elementis plena / recipi est nata.**

Intellige vniuersam sensibilibus regionē / a terre medietullio ad lunā: esse inanē & vacuā elemento. dico in huiusmodi vacuo & inani spacio: nullā sensibilē substantiam recipi natā. Intellige & eodem pacto materiā / a iudam & ex toto inelemētata. dico & nullū deinceps substantiāle actum / in ea / vt huiusmodi / recipi natum. Sensibiliū quippe substantiarū / sedes & locus: est elemētū. Substātiāliū autem actū / sedes: est pariter actus elementi. Ois igitur sensibilis substantia: est in sensibili regione / mediante elemēto. Omnis vero sensibilis actus / eodē modo in materia: mediante actu & forma elemēti recipitur. Et sicut sublato ab animalī tactu / reliquus oīs secundus tollitur sensus: ita & a mundo / tolle elemētum: omnē sensibilē substantiam exterminas. a materia vero tolle elemēti actum: ceteram itidem omnē destruis formam. Et si sensibilem regionē vt carentē elemento / iure censēs inanē & vacuam: debes & eadē de causa / materiā inelemētata: appellare inanē / scilicet vacuā / oīs forme expectem.

6 **Materie elementatio / est velut quedam eius discretio / atq; dissensio: ad totius sensibilis regionis occupationem & plenitudinem.**

Materia creata est tota simul: tanq̄ in puncto aliquo / in imperti ac mīmo: velut quiddam eorū omnium que deinceps erant futura: primogenium cētrum communeq; medium. Prima autē eius expansio / discretio / fusio / dilatatio: & e natiuo illo cētro in totius sensibilis regionis corporeā plenitudinē & occupationem dissensio: est ea quam elementationem nūcupamus & formam elementi. Materia quippe / illa prima & antiquissima rerū essentia: que suo pte pressa pondere / per exigua sese ac pene imperti mole / in centro cōtinebat / subsidebatq; in seipsa antea inanis nulliusq; plenitudinis: actu tandem & forma elementi / dissensata ac rarior effecta: statum imprimis / ac speciem plenitudinis accepit. totamq; sensibilem & sublunarem regiōem compleuit. Dispāsa etenim ex patataq; a medio & centro / ad celi vsq; lune attractum: sublunarem omnem regionem occupauit atq; obrinuit. Eodem quoq; actu

Mod⁹ quo
 fingit ma-
 teria in in-
 diu. bili
 spacio suis
 se creata ac
 deinceps e-
 lementata.

rotum. Materia autem & m-
 bilis queis substantia
 ad sensibilem omnem
 m. Cmis autem sensib-
 est vt cunctorum ad m-
 nequeunt. Ita igitur & m-
 elemēto: vt in naturalī
 e extra elemētum.
 regio: sit facta atq; h-
 lio / ad celvsiplume
 talis tota regionem
 sublunari mundi p-
 artuor autem sunt elemē-
 in quattuor elemētis
 rattuor elementa
 Cap. XII.
 eius pars est sine
 ein precedente illatione
 dicta. Est enim materia
 nulla est sublunaris
 est materie pars
 metata. Si enim par-
 tero omni substantia
 uidam oisium in
 arene partem aliquam
 gionis plagam aliquam
 a delimitatam
 e elemento: licet possit
 e pars potest esse
 tue actu.
 mento. Est enim elemē-
 o. cui & toti & curuis
 e medietullio ad concan-
 n autem omnis spā-
 aut hominibus. Ita igitur
 emi esse elementatam
 am / aut omnem eius
 omnis materia
 vniuersa hominū.
 it elementatio primū
 p et per necessitate

& forma elementi: materia in totius sensibilis regionis plenitudine / presentia & occupatione: fulcitur / stabilitur & continetur. ne in antiquam redeat / decidatue atomum: sensibilē regionem relinquens vacuum / materie presentia ac plenitudine desertam.

¶ Vnde manifestum est elementationem / siue elementi actum: esse velut quendam materie quantitatem / raritatem & plenitudinis formam.

¶ Formis quippe elementorum / diducta & (vt ita dicam) effilata distentaq; materies: e centro suo & prisca atomi: in sublunaris totius regionis presentiam & plenitudinē se se proripuit. Esse enim materie / creatū est totū simul: & velut in quadā atomo. idq; ante sui elementationem: in quodā se se minimo & centro continebat inane / sterile / ifecūdū. sublunari tota regione: tum ad instar vasti hyante profundū ac vacui. Aduentante autē primario actu elementi: continuo e mundi medio / in circumferentiā vsq; & extrema mūdi: materies tota profilit vsq; in sublunare concauū / totam diffudit. Nulla etenim sublunaris cōcaui pars: est aut materie / aut elementi presentia destituta. Est igitur totius elemēti actus: vt quēdā prima-

Elemētatio ria materie quantitas / raritas / explicatio / distēssio & plenitudinis ipsius forma. Est enim & ele-
quātitas q̄ menti actus: vniuersalissimus ac primus materie actus. vt qui primo inest materie: & cum
dā est & ex ea cōuertitur. Omnis quippe actus elementi: est i materia. Et in omni quoq; materie & qua-
rensio ma- uis materie parte: est actus elemēti. Nulla nāq; materies / est (vt diximus) in elemētata: Nul-
terie. la eius pars / non elementari actu impregnata.

¶ Fit etiam vt substantia / sit prior quantitate.

¶ Nam materie esse / quod est omnium sensibilium primū: est vt substantia. Primus vero mate-
rie actus / que est elemētatio & actus elemēti: quantitati cōparatur. Sequētes autē materie actus
quibus / mediante elementatione) ipsa est affici & in bui nata: sunt vt quēdā ipsius materie
substantiales qualitates. Esse enim materie est primū: Eius quantū / secundū: tertium vero eius
quale. Interroganti quid sit materies: respondendū est / vniuersorum sensibilium esse & essen-
tria prima. Percunctati quāta sit: respondenda est elemētatio. Est enim tanta materies: quāta

Esse Quā-
tū Quale.

Interroga-
tiones ad
materiam.

est quatuor elementorum / totiusq; sublunaris
regionis plenitudo. Sciscitanti autē qualis
eadē sit: posteri eius omnes actus sunt qua-
litatum loco) enunciandi. Quale enim sit materie esse postulantū / aio ego tale esse: aut in-
quam mineralē / aut vegetatiuū / aut animale / aut rationale.

	Esse	Subā
Materiei	Quātū	Elemētū
	Quale	Ceteri actus

¶ Quia materia tota simul est elementata.

Cap. XIII.

Materia / tota simul est creata: & tota simul elementata.



¶ Materia par angelis habuit initiū: Illi enim simul / toti & oēs sunt facti.
Materie quoq; esse simul totū est de nichilo ortum: ac post angelos factū.
Et non modo hoc: sed & ipsa materia / tota simul elementata. Sume enim
elemētū / vt vnū aliquod gen⁹: & elemēti actū / vt generati vnā aliquā for-
mam / totiusq; materie quātitatē: siue elemētationem & plenitudinē: dico
hanc totā formā / hācūe quaternitatē: in totā materie / totā simul fuisse in-
troducā. nō autē pri⁹ secundū actū vnus elemēti: deide secundū actū a / lo-
rū. Si eni fluxu dierū / elemētationē materie ab initio pfectā cōtēdis: fatearis oportet sublu-
narē regionē / post creationē materie: aliquo tēpore fuisse vacuā / materie presētia & elemē-
ti plenitudine destitutā. Est enim materie elemētatio: tota eius distēctio / ad sensibilis totius re-
gionis plenitudinem & occupationem.


¶ Si materia dierum fluxu fuisset elementata: sublunaris regionis pars ali-
qua / ab initio extitisset vacua.

¶ Hec ad confirmationē pcedētis est adiecta. Nā cū materie elemētatio: sit quēdā ipsius in
vniuersā sublunare regionē distēctio & explicatio: idē dixeris materiā / fluxu dierū fuisse ele-
mentatā: & sensibilē regionē / parte post partē fuisse a materia refertā / oppletā / occupatā. Et
si cōfiteare sensibilis totius regionis plenitudinē: ex materie presētia / totā simul / ob explodē-
dum vacuū / fuisse absolutā: cōfiteberis & materiā / fuisse totam simul elemētatam. Eadē
enim est materie elementatio: & sensibilis totius regionis plenitudo.

¶ Quopacto materia sine successiōe elemētata sit: sensibili figura explanare.

¶ Sit distantia duorum punctorum a & b sublunaris, celi concauū: que est & totius materie &
sensibilium omnium substantiarū / naturalis locus ac regio. In eo quippe ambitu: & ois mate-

ria & cuncte sensibiles substantie versantur. Manifestum est huius concaui ambitum ac totum spacium : haud sensim / sed totum simul esse creatum. Non enim punctum a / ortum est ante b. quemadmodum neq; lunaris globi pars vna / aere aliam emersit: sed simul totus lunaris globus / ad esse prodijt. Vni A versus eius orbis simul est perfectus: simul ambe eius mete A & b emerferunt. Dico hunc sublunarem ambitum: aut nonnunquam fuisse inanem ac vacuum / aut materiam illi fuisse concreatam. Et non modo concreata extitisse materiam: sed & simul vniuersam materiam / fuisse elementatam: simul eandem in quattuor elementorum molem excreuisse, atq; in instanti / quicquid est sub celo lune spacij: ab ea occupatum.



Sit enim punctum c inter a & b: designans materiam / creatam in celesti ambitu. Si prius extitit c / q; elementaretur c: erat c ab initio mera priuatio / nullum sustinens actum: nullius forme splendore illustratum. Erant in c / sole tenebre sine omni lucis apparitione. Erat denique c desiderans atq; compressum in medio / seq; in centro & impti atomo continebat: omne spacium quod est ab A in B / vacuum reliques. Est enim ois atomus & omneipers: nullius repletio & plenitudinis. Si igitur exterminare cupis vacuum / ab spacio & ambitu A B: dicas oportet materiam C / simul factam cum A & B: atq; hec tria puncta A B C / simul esse creata. Et non modo hoc: sed & cofitearis oportet est materiam C / haud ab ortu suo caruisse actu elementati: aut sese continuisse in medio & centro / sine plenitudine / sine distinctioe & p. fusiōe sui. sed similitudo facta ē idē illi fuisse elementariū formarū tetradē: ex q̄ iustissimā stabilitq; molē recipiens / toti sublunari concavo astiterit: illudq; sua p. fectia repleuerit. Haud enim materia ex natura sui aut ex simplicissimo sui esse / in sublunaris concaui plenitudine distincta est: sed ex elementariū actuū natura / p quos ipsa & i ordines primiti digesta est & i totā sensibile regione distributa. Est siquē materie eē / natura prius & antiqui actū elementati: tēpore tamē non prius / sed similitudo factū.

Omne idissibile nullius est repletioe.

Materia ex natura sui nullius plenitudinis.

Quod si dixeris materie: concreatum egeisse actum primi mimi & simplicissimi elementati / veluti terre: non autē triū sequentiū Aq; / Aeris / Ignis: sed materiam illos diuidue ac fluxu tēporis accepisse: Idē hoc ipm ē ac si p. dicaueris materiam i / soli terrenti orbis quātitate ac mole: fuisse & creatam / simul & extētam: non autē in vniuersa mole quattuor elementorū. Quia igitur hoc pacto scierit id totum inane ac vacuum aliquādo fuisse declarat: quicquid est a tellurei orbis circūferētia / ad concaui celi lune. Si vero dices materiam fuisse similitudo extētam dūtaxat i molē terre & aq;: quicquid ab aq; superficie / ad celum patet: iure eodē reliques vacuum. Si in triū dūtaxat elementorū mole / vterre / aq; / aeris: creatam fuisse materiam cōtēdis / vti linea h i: tātū dē spacij / nonnunquam vacuum fuisse fatearis oportet: quātū est id / qd igne orbis obtinuit: quodue ab igneo elemento cōplect. Superest igitur vt aut nonnunquam celeste concavum extiterit vacuum: aut materia tota simul fuerit elementata / tota similitudo i tetradē ac mole quattuor elementorū vt i linea k l creata / absoluta / pfecta. Est enim elementorum quaternitas: sublunari ambitui equalis. Vnde fit vt ob externis mandum mundi vacuum: sit a tribus auferēda successio. Prima ab A i B: Secūda ab A B i C, Tertia ab elementatione sine distentione ipsius C. Nam nullus contingit ab A i B / tēpore fluxus. Nullus ab A B / in C. Nullus in elementatione C. Sunt enim A et B simul facta: Simul item A B et C. Simul denique A B C et linea K L: que est totius materie distentio atq; elementatio. Est igitur Materia C / haud in C / hoc est in indiuisibili: sed in distentione et quantitate linee K L: hoc est in sua ipsius elementatione / siue in elementorum tetradē creata atq; perfecta.

¶ Vnde fit vt quattuor elementa: sint simul creata et facta.

¶ Nam tota sensibilis regio: est quattuor elementorum moles et eorū plenitudo: tota simul absoluta est perfecta. Sūt igitur et quattuor elementa: tota simul ab initio creata et facta. Si enim prior facta extitisset sola terre moles: omnis a terra ad lunam regio: tum extitisset ianis et vacua. Et ita de ceteris argue elementis.

Quis successione ponit in materie elementatione: vacuum fuisse constituitur.

¶ Sensibilis totius regionis spacium: totum simul est factum et oppletum materia atq; elemento.

soluens curriculum pro viribus admittat: vt ceteri quoq; qui sub eadem do-
decade / supersunt indiscussi / tibi patefiant. Vno quippe hoc opusculo sum-
matim perstringam: quenam eis insit anagoge: queue humane metū (ad di-
uina sese terrenis attollenti) rudera / ac substernicula parent.

DE MONADE. .

CAP. I.



Nulla est sub-
stantialis
causa ad lu-
es effectus
proportio

PRIMUM NVMERORVM APEX: MONAS: TANTO CHASMATE
dissitus / a cunctis numeris est: quanto deus chaos / a creaturarum multitudine
dissidere comperitur. quantoque interuallo: immensus et interminus op-
fex: omne suum opus / transcendit. Nam et monas ipsa a numeris: et a cre-
aturis deus / immensa intercapedine / ac inani ductu: nullam profecto esse
substantialis principij et omnipare cause. suos ad effectus rationem / equa-
liratem / ac proportionem: luculenter pandunt.

Qua etenim ratione / dixerit primeuam monadem: assiduus ex sese nu-
merorum prefluuis / vel imensis eorum incrementis / esse inexhaustibilem: eadem profecto de cau-
sa de ipse / omni creaturarum propagine et quotidiano ex sese ortu: longe ac sine modo exu-
berantior esse palam demonstratur. Sicut nullum numerum / asseuerare ausis supremum
esse vnitaris partum: ita et creaturam nullam rite obiciat. secundorum diuine bonitatis pe-
cessuum periodum. que aut diuinam sistat cunctipollentiam: aut id sit / quicquid posse / vis
illa indefessa et semper plena creditur. Liqueat cunctis numeris ortum esse ab sola simpli-
cissima: atq; imperti monade. Qua autem emerferit / scatebra monas / queue eius origo: aut
est profecto nulla: aut ipsa fons est sibi met. seq; eternum ante cunctos numeros progeniit:
Esse met ipsa / incognito ortu defluxit / ac produit. atq; ab sue identitatis crepidine illabilis et
indecidua: in sua vnitate persistisse approbatur.

Vnitas sc̄s
sibi ipsi

Liqueat pari pacto vniuersas creaturas / siue quas mortalis / et visibilis noster oculus / in sen-
sibilis mundi ambitu haurit: siue quas subcutanea et interna mentis acies in intellectuualis
mundi thalamis perlustrat / vnus tantum primi / ac summi entis dei / fecundissimis proces-
sibus: substantiam accepisse. Vnde autem enti illi / omnium maximati et primo prouene-
rit esse: aut a quo indita illi fontana substantia: superest aliud nichil quod fateamur / quod
sibi prestitisse initium / seipso emerfisse: e sua crepidine / sine alteritate / ac diuisione sui:
intra seipsum singulariter esse profectum asseueremus. Hoc enim ens / quod a seipso an-
te omni creaturam gignebat: sicut e termino identitatis et fonte eodem profectum est: ita
et genitum ab semetipso / nullum alteritatis sensit diuidium. seq; in identitate continuit. ac p-
prie substantie limitibus artauit.

De diuina
trinitate

De interno monadis & dei numero

Cap. II



VNITATIS INTERNUM illud quiddam & indiuiduum discrimē: quo
monadē / sola monade genitā / ortamq; esse profiteamur: euo infinito ante
it numerorum discrimina. eorumue ex fontali vnitate prouentibus: sine mo-
do cognoscitur antiquior. Diuina pariter archana et incognita discretio
mysticusue numerus: quo deum intra semet et proprio fonte / seq; ipso ante se
cu' a in seipsum profectum indubie arbitramur: immenso pariter et inscrui-
tabili euo / eam horulam antecessit: qua e semper inexhaustis diuine plenitu-
dinis thesauris / creaturarum scaturire ac promanare genus cepit.

Monas deo
cōgrauanda

Quis enim comode expresserit: quanto tempore monas / ante dyadē / ceterosq; numeros
seipsam parturiit. Aut qua precor mensura distenderit / ac permenus fuerit quispiam / id se-
clum: quo deū sacra eloquia / seipsum in persona filij ante luciferum / ex vtero genuisse atte-
stantur. Constat itaq; ex his: monadem numerorum fontem / persimilem esse diuine crea-
turarum origini. Ac posse humanam mentem / magna comoditate ex ipsa monade: congru-
in sumi rerū oim vnitrini / exteruiq; principij contemplationē attolli. Sed de vnitatis anagō-
gehactenus.

DE DYADE.

CAP. I



VNC DYAS / SVO LOCO TRVTINANDA OCCVRRIT: PRIMUS iam vnitatis partus est euiscerandus. ¶ Dyas altera quedam / secundaue est vnitatis: siue vnitatis iteratio / atq; resumptio. ¶ Siquidem in numeris aliud nichil est: q̄ aut vnum / aut vnus resumptio. Vnum monas est precipuusq; fōs numerorum. Vnitatis vero iterata sumptio / atq; frequentia: omnis numerus est / cunctaue turba ac series multitudinum.

Innumeris nichil ē aliud q̄ vnum aut vni⁹ resumptio.

¶ Monas haudquaquam numerus est: sed est ipsum per se / ac absolute vnum omni (vt diximus) numero icōprehensibili euo antiqui⁹ / simplex / impers / ab sui identitate nullo sui progressu et extra se profectioe deciduum.

¶ Dyadem vero primitus numeri et multitudinis nomine insignimus ¶ Nam et ipsa: mi Illatio. nimus ac simplicissimus numerus est: et exterum / primū ac sensibile vnitatis germē,

¶ Haud enim aliud est dyas / q̄ iterum vnitatis: siue q̄ sola monadis cōgeminatio.

¶ Vnde fit vt dyas quoquo pacto omni presit numero: sitq; vt primus et omnis et abso lutus numerus. Inest enim dyadi prima et simplicissima numeri ratio: vnitatis scilicet resū- prio atq; frequentia. ¶ Licet etiam interim sub principantis et monadi antistantis dyadis nomine: reliquam omnem numerorum cateruam sublimi atq; intelligi. Velut cum di- cimus / vniuersa aut vnum quiddam esse / aut vnus alteritatem: id est iterum vnum vnusue resumptionem. Nam per iterationem vnus: imprimis dyadem / omnemq; deinceps multi- tudinē / ac vnitatis propaginē itelligi volumus. Sed sicut dualitas / aliud aliquid est q̄ ipm et per se vnum: ita et numerus omnis / aliud quiddā est: q̄ sola vnitatis iteratio.

¶ Et haud aliter omnis numerus: primi immutat rationem numeri: q̄ primus numerus / id est dyas: prime monadis naturam / inflectit ac variat. ¶ Hic enim accidit: vt cum fonta- na insectilis monas / nulla differentie aut partium varietate diuellatur: eius tamen propago et secunda progressio / in differentias et partes excurrat innumeras. quas sub certā aliquam legem / aut discipline rationē: mens aut intelligentia cogit nulla.

¶ Theologi / dyadem respuere solent. *

Cap. II.

¶ Et hac quoq; de causa / ipsi⁹ dyadis numerum / theologi pleriq; re- spuere solent: vel q̄ primus ab vnitatis deficit sitq; totius varietatis dux disti- dij ac diuisionis initiū. vel q̄ nulla lege finiri: nulli⁹ ratiois loro frenari possit immensa eius susio: ac prona ab sūmo vnitatis apice / ad ima excursio.

¶ Idcirco et ipsam dyadem / theologi ei angelice cohorti ascribūt: que vt fa- cer Dionysij inquit / malicie manus dedit: et que (vt sacra canunt eloquia) su- um reliquit principatum. ¶ Eādem quoq; dyadem pari iure philosophi pri- me et antiquissimi naturalium rerum parti / quam materiam primamq; con- sistentiam vocant / impingunt. Mensent enim materiam / et dyadis nomine: et malam inter- dum appellant. ¶ Cunctis quippe sensibilibus / que sublnnari toni concauo insunt: materi- Dyas diui- sionis initi- um. es est antiquior. vt pote excusus substantia omne quod propatulum / ac sensibile est gla- ciatur / conflatur coalescit. Peride atq; cuius etiam numero / prior dyas est idita: ex qua post vnitatem / omnis numerus deriuari / coalescere / conflariq; videtur.

¶ Materies simpliciter malum non est. *

Cap. III

Diuus dō nysius



Vod vero materies / sit quiddam malum: id dictum accipe secundum quid. ¶ Nam licet materia sit extremum boni vestigium & ima quedam eorum que sunt umbella: bona tamen hinc censeatur: q̄ (iuxta diui Dionysij verba) ipsa a summo bono / nacta substantiam: per omnes sui partes atq; distinctiones / intellectualis decoris quasdam pre- se fert imagines. per quas / ad spiritales illas primitiuasq; formas: possu- mus ascendere. ¶ Si enim dyadi / respondere persimiliq; esse materies probata est: procul dubio / intantum ex ipsa materia: assurrectiois vi- feceris in summum bonum: quantum ex dyadis resolutione / pergis in vicinam monadem ¶ Sicut enim summum bonum / simpliciter cunctis est antiquius: ita et materies / sensibilia cūta origine transcendit. ¶ Vniuersorum item: cum summum primūq; principium / sit tā- tum vnū: est et eo pacto cunctorum sensibilibus / tantum vna materies.

Dyasmate rie nūetus.

¶ Summum quoq; illud bonum: cum perpetua sua substantie identitate subnixū / demu- rari

MAROBRI... VIVM GERMAN... CADVRCESEM... IS INCLYTE GERMAN... rorum ubi adaperne... s atq; Dodecadis: nunc rebus... dntari vt ceteri quoque... pateant. Vno quippe... mlti ana goge: queve... cula patem. DE... CAP... EX: MONAS: TANTO... anto deus chao / a... te intervallo: immo... e Nam et monas ip... sine: ac in mani... re cause: suos ad... ne expandit. vimeam / monadem:... esse in exha... lano ex se: ortu: long... am numerum / affe... obicitis fecerunt... ipollentiam: aut id... cunctis numeris... rit: scatebra monas... ernum ante cunctos... atq; ab sue identitatis...

aut ab esse decidere nequeat: hac etiam in parte materia illud imitari pergit. **C**Nā materi-
ei/ nulla vsq̄ interit atomus. Et neq̄ ipsa particulati/ neq̄ scdm totū sui: vili9 corruptionis
expallet tabem. Nunq̄ in nō esse/ naturalit̄ in mutatione resoluatur. sed p̄peti esse/ siue p̄se
Almitie Aluerabit/ siue soluetur generationis nodus ac series) dicitur potitura. **E**x his itaq̄ p̄clā
marū hōe- tis materie almitiis honestisue proprietatibus sc̄; An:iquitate/ Vnitatē et immutabilitatē
sta:ūue re cogruē mens humana: in summi entis speculandā naturā: pro modulo suo remigabit.

Almitie Al
marū hōe-
sta:ūue re
rū habitus

¶ Quatenus bona sit materia. .

Cap. IIII



Matenus igitur materies/ et bona est et in summi boni co-
gnitionem/ nos prouehit: quatenus permulte illi diuine proprietates in-
sūt. Quia insuper et ipsa a deo facta/ in esse processit: vt non modo labili-
um et caduorum actū/ sit horaria sultura. sed vt et humani immortalis
animi: perenne fieret substerniculum. Siue vt eum obtegeret actum: qui
solus e cunctis sensibilib9 actibus/ ad capefcendam virtutem et sapiam/
natus predicatur. Qui postq̄ ex ceterorum sensuum famuletis/ aliq̄uā-
tis per mundanas species in mūdo depast9 est: tādē intra semet recipro-
cus sibiq̄ cōgrediēs/ lucidius i propriis thalamis/ omnia inspectat: archanisq̄/ et proprie-
tate diuine cōtēplationis) dapibus vberius exatatur. **E**t profecto qui materiē/ malam esse cen-
fuerit: eadem lege/ malā esse dyadē cōtendat. Nā ratio est vna ābarū: siue malas siue bōas
fatebere. **¶** Habent equidem fortassis/ mali: haud obscurum coniectū/ quē de dyade supra
expressim9. **¶** In quā dyas prima ab vnitatē decidat: sitq̄ diuisionis initiū. **¶** Sic et materi-
es euiternis/ ac idē futuris actibus: vt āgelicis et humanis (qui ab suo fonte et ordine prolapsi/
si/ peccauere interdum mali causā fuisse & esse dicitur. **¶** Nō enī solum humani animi/ ad-
dicti materiē: sed & primogenij illi āgelici/ quoquo pacto ex materia (vt pleriq̄ volūt/ pro-
lapsionis cām habuere. **¶** Hi siquidē licet omni materia sint liberi et imixti: circa tamen
materiā/ vt diuo Dionysio placet improbe affixi: ob materialē in spem/ in materialis sui deco-
ris/ puritatē obliterari: perpessi sūt. indeq̄ ex ipallibilib9 cōtra naturā passibiles/ circa diui-
duas et instabiles materie perturbationes) effecti: ebeande sue turme/ e q̄ celesti aula limi-
nāde: causā/ iustissime lāci extiterē. **¶** Placet igit materiē: cū natura bona sit. hac dūtaxati
partē/ esse malā: q̄ velut pessulū quiddā plurimum obsit speculatiuis animis: ne in se rede-
ant/ receptui a mundo/ atq̄ a diuiduaterum latitudine canentes. Seu ne propriis & imma-
terialibus bonis (propria inq̄/ ac diuina speculatione) in suis porū exedris heatisq̄ thalamis
potiantur. **¶** Est enim materialis vmbra totius et ignorantis et obliuionis causa. quan-
do quidem affixus interim imbecillus anim9/ materiali ornatu: posterioris cādidiōisue deco-
ris/ immemor efficitur.

Materia ob
hūanū ani-
mū p̄cipue
facta.

Cōiect9 cō-
iectura.

De lapsio-
ne demo-
nū

¶ Alie dyadis proprietates. .

Cap. V.



Sed ab his/ in dyadis propositum repedemus. Est rursū dy-
as: numerus prime equalitatis/ extremitatis atq̄ interualli. **¶** Constat
ci dyas geminis et equis vnitatibus: quarū altera alteri cōfertur et agglu-
tinatur. Cui e queq̄ interuallum: quedā est duorū quorundā extremo-
rum: contra se sūptio/ eorumue mutua distātia. Cōstat iūper interuallum
minimum/ geminata vnitatē. que nos duo extrema nuncupare solemus.
¶ Nam si tantum sūpseris vni: id profecto interuallum non est. cū tantū
vni: sensibilis extremitas/ aut dissensio in esse queat. **¶** Prima itaq̄ relatio primaue opposi-
tio contingit in dyade. que et eadem de causa numerus est itelligētie: totiusue speculationis
atq̄ scientie metrum. **¶** Omnis quippe intelligentia/ speculatio/ sciētia cognitio/ atq̄ re-
spectus: sit in interuallo ac linea potentie et eius obiecti. **¶** Nā siue potentia et obiectū/ sint
substantia vnum siue substantialiter diuidua atq̄ diuisa: vtraq̄ cognitio/ in dyade p̄fisi-
citur. **¶** Est et dyas numerus lucis eodē quo et scientie numerus argumento. **¶** Nam q̄ pri-
ma reb9 ipsis cōpetit/ duo sunt esse atq̄ appere. Esse primū: appere scdm. **¶** Essētia: vnitatis
est rerū. Apparitio vero (que est prioris essētie illustratio/ cognitio et lux) dyas est earū dē.
¶ Primus enī rerū status primaue positio: est in simplici essētia/ incognita/ nūdum appa-
rente. Secundus vero ac posterior earum situs/ est in apparitione et effusione lucis: qua prior
essētia nudatur/ qua proditur retegiturq̄: quod erat quidem/ sed non apparebat. cuiusue
substantia in tenebris (que erant super faciē abyssi) ab initio delitebat. **¶** Sicut enim prius
omni rei competit esse in mundo/ q̄ esse in homine: ita et rerum essētia/ earum apparitiōe:
et substantia/ cognitione inuenitur antiquior. **¶** Omnis quōque sensibilis substantia/ dū rā-

Dy: sc̄i:
numerus

Dyas nūe-
rus lucis

Essētia Ap-
paritio

Subā co-
gnitione
antiquior

tu substantialiter in mundo est: in humanis tenebris versari dicitur. Hactenus enim hominis abyssu / ymbra et ignorantiam colit: qua existit quidē in mūdo / sed neutq̄ homini apparet / estq; scientie splendore inelucidata. ¶ Vbi vero eius species per extremos hominis sensus / in subcutaneū internūe sensum feruntur et ab eo deinceps (excussio imprimis omnium materie polline) in intellectum rapiuntur: tum demum / rationabiliū huiusmodi specierum presentia et homini inexistētia: sensibili substantie humanam lucem ac scientie splendorem accessisse merito pronunciamus. fatemurq; longe preclarius / rem esse in minore mūdo q̄ in maiore. Verius itē subsistere in apparitione: q̄ in simplici essentia. Consumatius degere in luce / q̄ in tenebris. ¶ Vnde fit vt et dyadis numerus minor mūdo homini: iuste queat ascribi. Sicut enim dyas altera quedam vnitas est secundāue vnitas: ita et homo alter mūdus est: secundū hunc mundus. maioris mundi iteratio / splendor atq; resūptio.

¶ Dyas in super: numerus est memorie: quam secundā intelligentiam / siue intelligentie resumptionem / ac numerū nuncupamus. ¶ Dyas deniq; primus est et parium et parte altera longiorum numerorū: qui materiales & imperfecti ab arithmeticiis vocantur. ¶ Est etiā primus iustitie numerus: eadem ratione qua et prime equalitatis mēsurā / prius a nobis est vocata. Quippe sub ipsius dyadis examen pēdēda est equa imprimis ratio / q̄ est iustitie peculiaris et propriā. Sed hactenq; de dyade: fatiscens orō: sese i sequēte conuertat tryadē.

DE TRYADE.

CAP. I



TRYAS: QVOTA EST A MONADE: TOTIENS SIBI PRIMITAS / ut ascribitur edicaturq; nomē ¶ Tuadit enī triniter prima. Nā tryas dux ē i primis & princeps impariū. Deinde primorū numerorū / id est simpliciū & incōpositorū quos sola vnitas metit: est primus. Postremo pfectus primus: id est integer / cōsumat⁹ vnuer⁹ / tot⁹. ¶ Nā binar⁹ tametsi primus & incōposit⁹ esse videatur: vt qui pte nulla / q̄ sola vnitate numeret: cū tū ipse & par sit et pariū sōs nūerorū: iure ab simpliciū et incōpositorū multitudinū ordine facessit. ¶ Cū dī siquidē incōpositi & primi: cēsēt ipares. His vero cū tryas antistat ac p̄sit: hinc geminis ex causis tryas bis in maxima ac prima dīnoscat eē: priā i q̄ impariū / dei priorū / siue simpliciū prima. Tertio deniq; pfectorū / itegrorū ac totorū nūerorū maximatē ac primā eā eē liquet. nō eorū quidem pfectorum: quorum primus / est hexas: qui suis simul sumptis partibus equo pollent. sed pfectorū id est totorum et consummatorum: quos et plenarios vnuer⁹ sōs integrosq; nuncupare possumus. ¶ Nā monas / est vt medietas simpla: sine extremitate. Dyas vero extremitas est: diuidua et parula: sine medijs vnitate. ¶ Porro tryas / miro cōplexu: vt rāq; se priorem apprehendit. Inuestit enī circūq; vallat monadem dyade: et dyadis cornua ac scissa extrema / iungit nec itq; vnitate.

¶ Insecta et indiuidua monas: simplices / impertesq; rerū actus ac formas exprimit. Rerum vero potentie et patentes hyantelue ymbre: ab dyade bisulca deignantur. ¶ Ast tota et pfecta entia / trina aliquopacta sunt et in ipsa tryade congrue exprimuntur. vt pote que ex actuum monade et potentiarū dyade cōflātur. ¶ Est itaq; tryas haud iuria / primus totorū pfectorum et cōsumatorū entīū nūer⁹. quā eadē de causa vnuer⁹ solum / omnē totūq; numerū vocitam⁹ q. primus (vt aiūt) de tribus: omne vnuer⁹ / ac totū p̄nunciare solemus. ¶ Sicut enī diuidue potētie / indit⁹ act⁹ suapte natura impers: tot⁹ conflat / impletq; sbām: ita et in dyadem / aduentans monas / illiusq; dispansis sinib⁹ excepta: tryadis cōplet p̄ficiteq; nūerū. ¶ Hūc ergo merito trinomiū / terprimū / ter ue maximū fore asseueram⁹: Primū impariū / Primū primorū: et primū totorum siue pfectorum.

¶ Qz tryas sit numerus humane rationis.

Cap. II.



Vnum tryas humane rationis / geminis ex causis numer⁹ eē deprehēdit. Imprimis q; tertio loco (iteritate angelica sola specie) a deo humana ratio numeratur. Deinde q; et hūane ratiois discurs⁹ / quas ratiocinationes noinitāt / tryade adimplet. Nā premissionū dyade: & vnitate illationis ¶ Cōflāt q̄ppe demōstratiōes et vnuer⁹ sillogismi: gemis principis et illatione vna. q̄bus hūana ratio / p ea q̄ seip̄s dilucida / clara & apta sūt: i eorū scientiā itremigat / sensumq; p̄fert: de quorū veritate / pri⁹ / instabili ac varia op̄natione nutr̄abat. ¶ Vnde fit vt q̄quid scitū ē: cognitū sit: demōstratū ac scitū i tryade: sitq; tryas p̄fecte totiusq; scie metrū. ¶ Extrema nāq; ac principia hūanarū rōci nationū: haud scita: sed itellecta & p se cognita dicuntur. Quicquid vero scit: totius ratiocinationis / ē finis atq; illatō / q̄ tertiū a priō ei⁹ assūpto & p̄missionē maiore / obtinet locum.

Dyas hōis ni ascribi potest.

Dyas nūer⁹ mēorie

Dyas prim⁹ parium

Dyas nūer⁹ iustitie

Tryas trini ter prima

materia illud imitari...
 lani negi sedm totū...
 ratione resolue...
 res) dicitur potiora...
 Antiquitate Vnitas...
 natura: pro modū...
 et bona est et in...
 renns permulte illi...
 o facta inesse pro...
 oraria cultura sed...
 niculum. Sive vt...
 bus: ad capēndam...
 xcuraneorum sensum...
 illo depasit est...
 omnia inspectat...
 ¶ Et p̄fectio qui...
 ratio est vna ac...
 id obcurum comē...
 idat: sitq; diuision...
 numais: qui ab...
 icitur. ¶ Nō est...
 quopactō ex materia...
 u materia sine...
 ob materialē s̄m...
 sibi s̄b⁹: cōtra natura...
 i bebande sue...
 materiē: cū natura...
 im oblit: speculati...
 udine caneris. Sed...
 one in sup̄iori...
 et ignorantia...
 aternali omni: potē...
 tates: .
 positum pedem...
 extremitatis...
 tribus: quart...
 illum: quod ē...
 mura dūllata. Cō...
 que nos duo...
 iud p̄fectio...
 at. ¶ Prima...
 merus est itē...
 gentia speculatio...
 obred: ¶ Nā...
 p diuisa: vtrāq;...
 rentie numerus...
 esse prim⁹: app...
 ustratio / cogniti...
 mplici essentia...
 n apparitione...
 rar quidem: sed...
 i ab initio dicit...
 ita et rerum...
 minis quoque...

Immortalia tria

Tres magnitudinum termini

Esse intelligenti/amari

Ois amoris triade.

Fit hic etiam ut trias sit & totius contemplationis et omnis sapientie numerus. quandoquidem contemplatio sit quedam entis eiusdemsecum congressio & concurrens. Hec vero entis in seipsum glomeratio et cogitatio: arcano quodam trino eius discrimine (vt in libro de sapientie documentis) adimpletur. Quod enim in seipsum fertur sequitur lectit haud aliter quam sub his tribus: intellectu memoria & amorum specie: sibi ipsi adesse/sequi speculari potest.

Intia quoque quibus in hunc modum conuerti voluit in semetipsa/indita facultas est/que ue sapientie sunt participia: triade exequata et connumerata reperiuntur: Deus/ Angelus/ Homo. Que namque animantia/ homini subsunt: sicut rationis et intelligentie / sunt experientia: ita et sapientiam nullam capessunt/ perseverantque sui ipsorum noticia idotata & illocupletata

Est insuper trias: terminorum magnitudinis numerus et eorumdem terminorum supremus prestantissimusque: quam latitudinem/ siue superficiem nuncupant. Nam magnitudinum termini sunt trini: Punctum/ Linea/ Superficies: Monas/ Dyas/ Trias.

Vnica enim notula/ punctum absoluit. Puncta duo: lineam complect. Tribus vero punctis: superficies exaratur. Et si primaria vt diximus rerum subsistentia contingit in monade et puncto: Subsistentium vero cognitio et apparitio/ in dyade et in linea: erit superius cognitarum ac pellucens substantiarum amor et festiua prosequutio/ triadis assecla.

Cunctis siquidem substantiis: esse primum: que pellucere et apparere competit. Sunt enim prius in substantia/ quam in intelligentia: et intelligentiam prius nostram/ motitari oportet: que expetibiles/ prosequende et amabiles censeantur. Vnde fit vt tertio loco a rei substantia mediante intelligentia: eliciatur plausibilis amor: tanquam vtriusque/ substantie et intelligentie finis. In his vero substantiis/ quibus volui in semet/ sequi ipsas dinoscere idultum est: sui quoque amor/ quam phylantiam vocant/ eodem modo/ post substantiam et intelligentiam accrescit ac prouenit. Omnis itaque amor siue rebus extereue cuiuspiam substantie: siue inflexus/ glomeratius et eiusdem substantie: in solo triadis examine/ ac metro profertur atque elicit.

Quot tres summi honores.

Cap. iij.

Dignitates philosophica/ sacerdotalis/ regia.



Enique causa que triadem termaximo nomine insigniuit eaque cunctis merito prestare numeris denarrauit: eandem trinis precipuis honoribus/ supremarumque dignitatum culminibus illustrat: Philosophica/ Sacerdotalis/ Regia. Regium namque culmen primeue monadi/ cunctis numeris imperitanti cedit. Sacerdotalem vero dignitatem: dyas sibi metipsum pecularius delegit: regie monadi antistans/ illamque principantem suis obtegens finibus: et a posterogatarum multitudinum turmis officiosa/ dirimens.

Trias termaxima.

Qui vero superest philosophicus splendor/ litterariusue honor: triadi vt prius imputetur. Quandoquidem litterario dolatorio/ leuigatam et eruderatam mentem: haud aliter quam in archana quadam triade/ effici sui compotem/ suique noticiam (quam sapientiam vocant) indipisci docuimus. Nam contemplatio omnis et scientia: absoluitur (vt diximus) in triade. Ac tertio dumtaxat loco quicquid obscurum et ignotum sciri expetit: perfecta ratiocinatione/ amorum principiorum precognitione/ et tenebris in lucem emergit. sitque deinceps clarum et indubium: quod prius extitit imperium.

Sicut igitur trias/ duarum priorum monadis et dyadis complexu colligitur: ita et illarum quoque dignitates ac honores/ haud immerito sibi ipsa vendicat estque trismegista/ terue maxima: Regio stemate/ sacerdotali columine ac philosophico apice: pre cunctis numeris celebranda. Postremo et hac laude triade efferemur: quod numerus est animarum. Omnis siquidem anima: aut vegetatrix est Aut sensitua Aut rationalis. Cum enim trinitas/ emula sit et assecla perfectionis: Anima vero sit perfectum quiddam: hinc fit vt et ipsam animam/ natura trinitate discreuerit atque numerarit. Iam vero tantulis de triade dictis: in exquamandam terradem conuertamur

DE TETRADE.

CAP. I

Tetras numerus corporis.



ICVT MINIMUM ET INSCISSILE PUNCTI SIGNVM/ IMPETRI monade prius mensi sumus: linee vero interuallum/ scissile dyade distendimus: Superficie autem latitudini triadem indidimus: ita nunc superest vt in corporea plenitudine et in profundo: sequens tetras castrametetur/ distendaturque et emetiatur potissimum corporis interuallum.

Nam et in arithmetica ratione/ tetras primus est corporeus solidusue numerus trigone pyramidis: que geminis trigonis/ triade monade perigitur. Ad monadis quippe apicem/ basium vice functa trias: arithmeticiu

primum ac simplicissimū procudit corpus: vnitatibus quattuor dispanfū. ¶ In geometrico autem modo si conflare voles pyramidē: monadis loco sume punctū. Punctis enim bisge- minis: geometricū primum/ mimūue corpus vallabis: quam trigonam etiam pyramidē nuncupamus. ¶ Hanc siquidem puncta quattuor/ angulorū ipsius capta: simiūt. lineæ sex dirimūt/ ac dispartiuuntur. Quattuor superficies: eandem operiūt ac tegūt. Ipsa deniq; corp⁹ vniciū existit: sub ipis terminis abditū & oculis iperuiū. ¶ Vnde fit vt sēsuū obtenebratio/ sensibile fuit tenebre: prime in intellectuālis lucis aurora/ inuisibilisq; splendoris primariæ emicatioe cōtingāt. sitq; ibi sensibilis totius lucis occasus: vbi arcane interiorisue clarita- tis iubar/ iprimis micare & exoriri incipit: ipsa scilicet tetrade & in corpore. ¶ Quicquid enim magnitudine/ expansum ac propatulum carnis oculis est: haud est ve- ra ipsa/ ac precipua magnitudo. sed ipsius termin⁹: Aut punctū/ Aut lineā/ Aut superficiē. ¶ Has duntaxat tres corporis metas: natura limentinis/ exterisue oculis/ spectandas obtu- lit: ocludens ac iuiū ponens/ precipuū corporis interuallum. quod solā animo/ interiora & subcutanea queq; spiritali acumine indaganti retexit. ¶ Sensibilis itaq; lux/ in tribus sus- fulget: Puncto/ Linea/ Superficie: que sensibus nuda perua & ad aperta sunt. Quartū vero id est profundū & corpus/ cū nullus sensus attingat: ibi sensibilis lucis occidere fulgor/ ibi sē sus obtenebrari dicuntur. In ipso tamen corpore/ spiritalis inuisibilisq; lucis contingit ini- tiū. ¶ Vbi enim occasus est sensuū: ibi ortus est intelligentie. Vbi opera/ nuda & sensibilia: reuelati/ splendoreq; desinūt: ibi arcana & intellectualia: nudari/ fulgere atq; apparere inci- piunt. Liqueat igitur tetrādē: metrū/ metrā mensurāq; esse totius intellectualis lucis.

Quicquid sentitur nō est corpus s; corporis terminus.

¶ Quæ tetras sit cognitionum numerus. *

Cap. II.



Sed & tetradis ratio: ipsos cognitionum gradus / librat atq; apprehendit. ¶ Quæ uaternis quippe gradib⁹ distincta est omnis cognitio cum sint tantū quattuor/ prima & precipua mūdi entia: que cognitua fa- cultate/ sunt predicta: De⁹/ Angelus/ Homo/ Irrationale Aīal. ¶ Diuinā cognitionē/ in libro de sapiente: dixim⁹ mentē nuncupari. An- gelicā: vocari intelligentiā: Humanā dici rationē/ Animalē: peculiaris sensum nomināuimus. ¶ Efficat igitur perpulchre cognitionū numer⁹ vnū quiddā corpus. cuius trini termini sunt: Aīalis/ Humana/ & Angelica cognitio. Aīalis vt punctū: Hūana/ vt lineā: Angelica/ velut planitudo ac superficies. ¶ Eiusdem autē cor- poris arcana/ propriaue dimensio: diuina cognitio est: reliquarū cognitionū/ vt productōrū ac terminorū/ velamentibus ac ymbis ad aperta omniq; mortali oculo inaccessa. ¶ Ad quaternarum quoq; cognitionū/ similitudinē: sensibilis mūdi prima/ maxima & sim- plicissima corpora sunt quattuor: Terra/ Aqua/ Aer/ Ignis. ¶ In imo/ subsidet terra/ suo li- brata pondere: quo & cetera fulcit elementa. Aqua & aer: in medijs regionibus sistuntur: Ignis/ sūmū obtinens mūdi fastigiū: vniformi suauio/ vndecūq; celū lune prolambit. ¶ In his demū quattuor elementis: ois sē sensibilis actus in materialibus atomis suffulcitur. Quid quid enī ex forma & materia coflat: natura extra elemētū degere/ ac saluari nequit. ¶ Sūt & i hūana eruditione/ pari analogia elementa quattuor: Mentis subā/ Mentis notio siue in- terna conceptio/ Vox/ Scriptura. ¶ Mentis substantia: igni/ diuineq; cognitioni & corporee plenitudini respōdet. Mētis notio: angelicæ cognitioni/ aeri & superficiēi comparatur. Vox (que prima sensibilis est) sēibili homini/ aque/ ac lineæ est adaptanda. ¶ Extrema vero scri- ptio: animalī ratione experti/ terre/ ac puncto superest comparāda. ¶ Rursum primariæ re- rum ac substantiarū genera quaternaria sunt: Substantia/ Quantitas/ Qualitas/ Locus: ad quorū numerum/ omnis stata est & rerum fluxio ac permutatio. ¶ Siquidē ad vnūquodq; genus/ gemine & contrarie permutaciones contingunt. ¶ Ad substantiam/ Generatio & corruptio: qui sunt motus in pūcto/ primi & abiectissimi. ¶ Ad quantitatem/ sunt auctio & imminutio: in quadam dyade ac lineā. ¶ Ad qualitatem/ qui sūt motus: peculiarū & cō- trariorū nominū penuria/ generatim alterationes nūcupatur: suntq; vt tryas & planitu- do. ¶ Ad locum pariter/ que permutatio contingit: nomine vno/ latio vocatur. & hec fit in- terrae/ i corpore & in profundo. ¶ Hec enī permutacionū est prestantissima: cōperitq; perfe- ctis duntaxat ac maturis animātib⁹/ precipue hominū: quam ideo rationalis motionis no- mine merito honoramus. ¶ Sunt & quaterni naturalium ordines rerum. Subsistentium/

Elementa quattuor.

In hūana eruditione elementa quattuor.

Rerū gene- ra quattuor

Mutatiōes quattuor.

is sapientie nomen... Hec vero entis in... libro de sapientie... his tribus: intellectus...

Viventium / Sensibiliū & Rationaliū. quarum singulis / singula mutationum genera tribuuntur / vt peculiaria & propria. ¶ Subsistentib⁹ / substantiales moriones Generatio & corruptio. Viuentibus / vitales: quibus viuentia augetur / aut minuuntur. Sensibilibus / contrarie alterationes: quibus aut prospera / aut aduersa / alitudine variat. Rationalibus vero lato / suprem⁹ mot⁹ / in potissima ambulationis & erecte stature specie cōpetere probatur.

¶ Arithmetica tetradis proprietates.

Cap. III.



Eniq; ipsius tetradis insignem quādam / arithmetica proprietatem afferemus in mediū: Tetras enim secundus quadratus est: quē prim⁹ altera parte longior dyas / semet reuoluens procreat ac gignit. Bis enim duo quaternitatem / eliciunt. ¶ Si igitur ipsā quaternitatem / in omnē deinceps altera parte longiorē ductitaueris / addita vnitare: cunctos impares quadratos conlabis. ¶ Ducta enim primis in propriū latus / idest in dyadē tetras primū parte altera longiorē / producit octadem: cui monas addita / profertur enneadē: primū post vnitatē quadratum imparem. ¶ Si vero quattuor ducant hexadem / secundū altera parte longiorem: aditione vnitatis / surget nūerus quint⁹ & vigesimus: quadratorū quintus. ¶ Si dodecadē tetras inuoluerit: adiecta monade / non⁹ & quadragiesimus nūerus occurret: septimum inter quadratos obtinens locum.

¶ Et si ab eadem tetrade / viginti multiplicatione excreſcāt: vnitatis addita producto / nonū quadratum / vnū scilicet supra octogenos eliciet. Et ita quotiens quaterno ducto / oīs parte altera longior excreuerit: cuncti qui surgent numeri / erunt pares: vnitare / continuis quadratis imparibus minores: vt clarius que subest figura ostendit.

Quadrati impares	9	25	+9	81	121	169	225	289
Addende vnitates	1	1	1	1	1	1	1	1
Producti numeri	8	24	48	80	120	168	224	288
Alter a parte longiores	2	6	12	20	30	42	56	72
Quaternitates	4	4	4	4	4	4	4	4

¶ Cum igitur quadratus / vt pote equis lateribus distentus: sit equalitas & identitas quedā / Altera vero parte longior / ob suorum laterū inequalitatē / alteritatis rationem subeat: liquet identitatē / idest quadratā tetradem / omni alteritati inuectam: additione monadis / restituere maiorem identitatē / idest quadratum imparem. ¶ Nam ratiō vniuersi quadrati e regione altera parte longiorū sumpti / illos identitatis nomine precellant: inter tamē quadratos / ipares paribus: amplius vnitati propinquant / plusue identitatis recipiunt.

¶ Ipsa autē tetras: parium quadratorū / inserta est ordini. Gignit igitur tetras in omnē alteritatem puectā / addita vnitare: maiorē se identitatē / hoc est quadratū imparē. Formate tradis / i omnē materiei partē deducta: supme forme / idest supme monadis additōe / veriores formas restituit ac pfert. ¶ Oēs q̄ppe altera pte longiores: arithmetici / materiales appellat: q̄ cōtinue parium cumulatione gignāt. Quadratos vero: formales / actualeq; vocat: quos assidua ab vnitare / impariū cōstat aggestio. ¶ Itaq; si quadrati forme sunt ac idee nūerorū: p̄cipue eorū forme erūt quadrati pares. quorū caput monas / supma erit & absolutissima forma: cui⁹ additōe dixim⁹ veriorē tetrade formā / idest imparē quadraturā gigni. ¶ Haud igitur imerito: hāc q̄ternitatē: fami⁹ Pythagoras factitatis noie / in ore oim edulcādā & concelebrandā voluit sanctā illā & apprime venerandā predicās. q̄ vniuersarū ferme rerū (vt docuim⁹) ordines numerat / metis / apprehendit. Vt elemētorū / Cognitionū / Precipnorū mundi entū: Substantialiū generū / Permutationū / Naturalium graduū / Mediorū humane eruditionis. Et aliorū numero carentiū. Adeo vt nichil ferme in rerū natura cōpertū habeas: quod nō aliquo pacto / absacra huiusmodi tetrade numeretur. ¶ Et si eandem prioribus

Sami Pythagoras.

Elementa	Terra	Aqua	Aer	Ignis
Prima entia	Animal	Homo	Angel⁹	Deus
Cognitiones	Sensus	Ratio	Intellect⁹	Mens
Instrumenta	Scriptura	Vox	Cōcept⁹	Mens
Genera	Subitaria	Quātitas	Qualitas	Locus
Mutationes	Gignitio	Augmētatio	Alteratio	Ambulatio
Gradus rerū	Subsistētia	viuentia	Sabilia	Ronalia

Figura quaternae coordinationis

numeri: monadi / dyadi ac tryadi accumules: mox denarius / quartus trigonus emergat. quem Pythagoras / nūerorum supmū promulgauit: q̄ post decadē / fiat similitū & simplicium relūptio & ad priora recprocatio. Cōstat enī vndenarius: denario ac monade. ¶

cas: denario ac dyade/ & hoc pacto deinceps. Nūc vero pro modulo nostro abūde vt reor
circonspecta tetradē: sequentiū nūcerōrū retegende analogie/ famuletur oratio.

DE PENTHADE. :

CAP. I.



RIS PROXIME SEQVENTES NUMEROS PENTHADEM/
Hexadē & Heptadē: tibi nōnulle nostre epistole/ sat puto emedullauere.

¶ Nā pēthadē/ numerū esse oīs cōpōse cōpōsiteue materialis substātie
docuimus. q̄ oīs materialis/ sublunarisue substātia: aliquo pacto ex par
tibus quinis resūlet. Exquadrida siquidem materie elementatione &
v̄nico substantiali actu: oīs sensibilis substātia/ natura consurgit.

Pēthas nū
merusest
cuiusuis se
sibilis subē

¶ Totus itē v̄niuersi corporea moles siue id totū qd̄ sensibile est: quinq̄
tantū maxima corpora prehēdit/ fluxa in quā elemēta quattuor: & ipsū
celi orbē idēmutabile/ in elemētārū/ rerū actibus ac formis persimilē.

¶ Pēthadē in super &
hexadē/ alio epistello ostendimus: esse vt ambo in gētia totius seriei numerorū luminaria.

Penthas &
hexas simi
les euo.

¶ Illam vt solē & masculā: Hanc vero vt lunā & femininā. q̄ in cūctis numeris hīcātū duo: vt
circulares & iphericorū numerorū radices/ euadāt spectandi. Hī enī nullo sui p̄gressu/ ex
tra se fiunt: nūq̄ diuersis finibus excipiūt. In semetipso/ quantūlibet seipsis aucti: redeūt

¶ Quoscūq̄/ quouis suo ductu gignūt: ipsi definiūt. Cunctosq̄ ab ipsis emersos: in suo fonte
atq̄ initio lissūt. ¶ Vnde fit vt sit p̄similes euo: cui⁹ oīs finis/ est vt p̄cipiū. Omne vltimū vt
primū. Est ei eū sēp idē & eodē modo succedēs/ inalterabile atq̄ idē siturū.

¶ In eodē quoq̄
epistolio: Heptadē adiecim⁹/ nūerū esse dyametri circuli. Endecadē vero ex pēthade & he
xade conflatā: mediā circumferētiā dispartiri.

¶ Quibus enī quantitātibus/ circuli dyameter
septena partitione sect⁹ est: iisdē lineis medi⁹ eius arcus in partes v̄ndeci resoluitur.

¶ Et quāq̄ huiusmodi nūcerōrū almitia spreclarasue dotes/ sup̄toribus epistolis p̄duxer
imus in mediū: vt tamē eo quo cepit circulo/ ininterrupta nostra pergat oratio: rursū de
singulis/ pauca edisseremus.

¶ Q̄ penthas sit numerus orbicularium lationū. :

Cap. II.



Enthas/ sicut primus orbicularis numerus est: ita & orbicus/
lariū lationū/ euadit mensura. Quicquid enī in orbē conuertitur: quinto
denum loco ac puncto/ in seipsum redit/ ei⁹q̄ a quo digressus est copula
tur initio.

¶ Vt sol: ab ortu gyrans sese in meridie: primo loco/ in aurore
puncto reledit. a quo digressus: secundo loco/ meridiei punctū attingit. qd̄
pertransiens: in occidentē defert/ occiduoue p̄cto tertia sede ac positio
ne coniungitur. Hoc deniq̄ relicto: citata latione/ in (vnde emerferat)
orientis punctū remigrat. cui⁹ attactu: quinto tandē loco/ illū in seipsum suūue initio redi
se ceptamq̄/ circa terram/ lationem peregrisse attestamus.

¶ Atq̄ hoc pacto/ omnē cōuersi
onis orbiculariue lationis abolitionē/ reditumq̄: ad
eundē locū/ penthadis nūero emetimur.

¶ Extremam
in sup̄ imāne cognitionē/ quo sextos sc̄sus nūcupam⁹
ad pēthadis metrū/ natura digessisse reperitur.


¶ Pri
mus enī tact⁹/ i aīalis corpore castramerat⁹: velut ce
terorū p̄curfor: explorator locorū est. p̄estq̄ cōueniēti
ac nature aīalis sedī: i maiore mūdo/ idē in elemētis
palpāde atq̄ deligēde.

¶ Nam & ceteris sc̄sibus/ i miore
mūdo/ rud⁹ ac sedes efficiūt. imus est & abiectissim⁹ sc̄
sū: Nullis nō aīalibus indit⁹ est: Nullā corporis partē
nō infūdīt. Est enī aīalis: & ex toto ḡne & ex corpore
toto cōmunis.

¶ Secūd⁹ gust⁹ & ip̄e tact⁹ affecla: illū
per v̄niuersū aīalis gen⁹/ sed nō in toti⁹ corpusculi mo
lē comitat. In omni ḡppe aīali/ sed tamē in solo se oris
palatio/ hic sensus abdidit. sibiq̄ lingue mēbrusculum/
aut qd̄ lingue vicariū est delegit. Vite sc̄s: est popine ac
nutritioni aīaliū p̄est. Alebrna q̄q̄ & conueniētia alimēta p̄tentat. Aīaliū fores: & iternorū
pectorū addit⁹: obseruat. ne qd̄ ip̄relibatū atq̄ in iocūdū/ t̄mere se se in aīalis claustrum
volutās: elemētariā ei⁹ harmoniā distēperet causāq̄ inferat egrimonie.

¶ Qui verō gustū
in altū succedit olfact⁹: odorū est arbiter/ gustū liberalior atq̄ honestior: pastui parti aīmi
partim corporis addictus. Quateus enim alimentaria substātia/ in odora non est: eate
nus olfactus/ grauium ac suanium odorū iudicio: aiendo proficit corpore.

¶ Et hinc
natus quatuordecim
partū decadie sui
natus: de...



Pēthas ex
teriorū sc̄sū
nūcerus

De tactu.

De Gustu.

Olfactus.

... singula mutabom...
... miales motione...
... aut minimū...
... tudine variā...
... te statue spect...
...
... quādam autem...
... am secūdo...
... luens procreat...
... glā quaterm...
... ita v̄nitate...
... in propriat...
... t octadē: cui...
... um imparē...
... tone v̄nitate...
... in uoluerit...
... dratos obtin...
... recāt: v̄nitas...
... a quociens...
... erunt pares...
... ostendit.

1	121	169	225
1	1	1	1
0	120	168	224
10	30	44	59
1	4	4	4
entus: hīc...
atē alterita...
uecādam: ad...
¶ Nam r̄mō...
nomine p̄ce...
plurē idē...
di. Gignit...
est quadra...
p̄me monad...
ess: arithm...
ro: formale...
frati forme...
sup̄ma erit...
ē q̄drarū g...
n ore oim...
nūerū r̄mō...
gnitionū p̄...
aduū Medo...
erū natura...
¶ Et hinc
Aer
Ang⁹
Intellect⁹
Cōcept⁹
Quatuor
Abstrac⁹
Schibū
natus: quatuor...
partū decadie...
natus: de...

¶ Quatenus vero substantie: quenchil/ vel perparū ad corporis alimoniam spectant (vt hedyfmatā & queuis embāmata) per internos narium meatus/ gratam ad cerebrū suauoꝝ lentiam fumigāt: pascūtq; odoro suffitu vim noꝝ silucorum spectrorum inspectricem: hac tenus animi laginationem ac pascum olfactus procurat. Si quidem imaginatio que in hominis tholo/ ac lūma cerebri arce perficitur: & ipsa quoquo pacto doctrine ac sciētie est initium animiq; cibum per externos sensus a mundo emēdicat.

Visus
Auditus

¶ Olfactui succedunt visus & auditus/ supremi ac liberalissimi sensuū: & qui duntaxat alēdo animo/ spiritaliue cōmeatuī perquirendo sese deuouere. ¶ Postergato enim popine ac totius vitalis nutritionis officio: quicquid per eos a mundo/ in hominem irrepat: condien- dis animi dapibus/ cumulandis veris immortalibusq; gazis (virtutibus inq; ac disciplinis) dicant: futurarumq; contemplationū euiternis & nūq; fatiscētibz gyris ac ancillantur.

¶ Nam visus enubis/ quicquid imperturbata acie haurit: luminū inq; colorūue species/ cōpluresq; rerū differentias: palā nichil ad corpoream alimoniam spectant. Quibuscunq; item concinētis sonorūue harmonijs aures demulcent: nichil pariter apherematis corporee uoletudinis habent. sed vnanimi conuotione: visus auditusq; tanq; ceterorū sensuum lūmna- tes ac duces: locupletādīs dūtaxat animis operam nauāt/ varandisq; virtutibus ex toto fa- mulantur. quāq; visus/ auditu illiberalior materialiorq; sit: vt in sensuum libro docum⁹. 113. quo & latius/ huiusmodi quinque sensuum/ proprietates recensentur.

¶ Alie penthadis proprietates. .


Cap. III.



¶ St & aliud percelebre penthadis insigne: q; circuli eiusdem aut phere in quatuor plantie: integrū perfectumq; gyrum ipsa extendit atq; di- numerat. ¶ Omnis enim aut circulus aut sphaera/ siti in superextēra aliqua planitudine/ (cui duntaxat insēctili & minimo puncti copulantur) ubi super eandē/ in rectū orbiculatim incedentes/ vni⁹ sue reuolutionis spactum perambulauere: tum demū quinque/ sibi metipsis equalia spacia confecisse & obtinuisse dicūtur. Sit enī circulus aut sphaera a b c d: cuius centrum e. Sit & linea f g h i indimēse longitudinis: per quā nichil planitudinem ac superfi-

ciem quampiā exprimi volo. Inqua sit circulus aut sphaera a b c d: eidē copule/ subpuncto a. Ducaturq; recta glomeratio: circulus aut sphaera a b c d: super planicie f g h i. Ac punctū d i prīmus

d/ deflecta- tur descē- datq; in f. Punctum vero c pū- ctio g copu- letur. b au- tem pun- ctū hexo-




sculetur. a vero: perfecta absolutaq; latione/ in punctū i conuertitur. manifestum est hunc ciclum aut sphaerā: ferri inter e/ uidistātes planitudines. Sit igitur linea c k l m n: equidistās ab linea a i. eritq; linea a f: equa arcui a d. Linea vero f g: arcui d c. Recta g h: arcui c b. Et h i: arcui b a. Tota vero a i: toti circūferentie circuli a b c d. Vniuersus quoq; parallelogrām⁹ a c n i: equus erit quattuor parallelogrāmīs: q; singulis ciclis equi erūt. Sed & extra totū pa- rallelogrāmū a c n i: reliquūtur ex parte vtraq; medijs cicli duos/ a b c & n o i: qui vni toti ciclo equepollent. ¶ Perfecta itaq; circuli a b c d/ recta glomeratio: spactum sibi quinques equum perambulat/ seq; ad numerū penthadis inuolūt. Et si sphaera fuerit a b c d: loco pa- rallelogrāmī a c n i/ intellige colūnam: quā eiusdem sphaere/ in plano/ orbiculata delatio pertranlit. Et hec per amplius ex circuli quadratura: & sphaere cubicatione/ dinoscuntur. ¶ Deniq; penthas angularium regularium corporum turmam: ex equo apprehēdit ac nu- merat. ¶ Haud enim mathematici ex consimilibz & eiusdem speciei superficiebus/ plura confici & extrui posse corpora nouere: q; quinque/ quibus ab ipsa superficie pluritudine/ no- mina indiderunt: Tetracedron/ Hexacedron/ Octocedron/ dodecedron & yocedron.

Penthas
nūctusa
g lanumne
corporū.

Vertical text in the right margin, partially cut off, containing various notes and references.

Erit autem hec demū laudatissima pēthadis proprietas: q̄ aliquo pacto numerus est ratio-
 nis humane animi. Quinto siquidem a materia loco/humana ratio nūeratur: cum ipsa
 sit precipuus & prestantissimus materie actus. ¶ Prima namq; sensibiliū consistentia: est Penthas
 ipsa materies. Quod autē materie vicinū est: act⁹ est essēdi. Quod tertio a materia loco di-
 stans: vitalis actus est. Quod a materia/ quarto ordine nūeratur: sensitivus est actus. Quod
 vero quinto a materia distans loco/supremū atq; vltimum est sensibiliū: rationalis act⁹ esse
 comprobatur. Hic enī apex est totius sensibilis mūdi. Per hunc/ vniuersus materie hyatus
 adimpletur. ¶ Nā tamen si a libi dixerimus/ haud plures esse sensibiliū rerū gradus q̄ quattuor/
 or/ Quippe ma-
 teria nullum per
 se efficit gradū)
 Constat tamen
 sensibilem vni-
 uersitas: ex pen-
 thade entiu. Ex
 iquam materia:
 & actibus eius
 quattuor. ¶ Si-
 cut enim circu-
 larismotus qui-
 topuncto absol-
 uitur (vt sol ab
 oriēte digress⁹/
 quinto loco in
 orientis punctū
 redit ita & sensi-
 bilium vniuersi-
 tas: quarto qui-
 dē actū sed qui-
 to a materia ens-
 te: hoc est ratio-
 ne consumatur.
 Nunc vero (vt
 reor/ quoad ope
 repectum su-
 it/ emedullata
 penthade: in se-
 quētem. Ex adē
 cōuertamur.



DE EXADE.


CAP. I.



ICVT PENTHAS EXTIMAM SENSIVVM COGNITIONEM di-
 scernit ac numerat: ita & exas materialē omnem cognitionē dispartien-
 dam numerandāq; suscepit. ¶ Cōmis etenim vis cognitrix/ que materiali
 fungitur organo/ queue null⁹ nisi in materiali vasculo/ p̄sentate speciei
 est inspectrix: aut sensus intern⁹/ aut sensus extimus est. Hunc autē pētha-
 de mensi sumus: in Tactum/ Gustum/ Olfactum Visū & Auditū partitēs.
 Internum vero qui & extimis p̄est: simplicē & vnicū esse docuim⁹. quem
 q̄ sub menibus humane substantie situs est/ sūmenianū: q̄ sub cute/ iūb⁹
 cutaneum: q̄ vt plurimū noctu/ eius prodatur operatio noctilucū sensū appellamus. ¶ Hic
 enim sub excutaneis sensib⁹ delirēns: per se nichil eorum/ que sunt extra humanā substā-
 Imaginati-
 tiam/ queue in mundo degunt attingit. sed ipsa duntaxat hominis pomeria & sūmeniana onis p̄pria
 loca/ perlustrat. Interiores itē corporis partes/ animiq; fines/ siue aniborum suauitū specula-
 ri: eius est proprium. ¶ Itaq; cum supra hunc noctilucū sensum/ atq; infra tactum/ nulla sit
 materialis cognitio: cui in tellureo ac materiali vasculo/ sensibilis species p̄fēretur: liquet
 x u j

corpore alimoniam
 eatu: gratam a sensu
 um. Speciorum in specio
 t. Siquidem magis
 uo pacto doctrine ad
 icat.
 illimi sensu: & quibus
 ere. ¶ Postquam
 do in hominem
 gatis (vt vrbibus in
 fat centibus gnis a
 ne luminis in q̄ color
 monia (speciat. Qu
 il pariter apheren
 il q̄ tanq; cereo
 ai/ varandis q̄
 e: v: in sensum
 ecententur.

Capitulum
 in ligno: q̄ circuli
 rum: q̄ gromipia
 ur: sphaera: sit in
 timo puncti: copu
 nes: vni/ siue reuol
 nerit: equa
 hera a b c d: cur
 quā mchi plan
 vera a b c d: d
 b c d: super plan
 m



conuertitur man
 Sic igitur linea e
 arcus d c. Recta g
 Vniuersus quoq; p
 clis equi erit. Sed
 cicli duo a b c d
 lomeratio: loq̄
 Ex si sphaera
 here in plano
 here cubi: cano
 mam: ex equo
 Idem specio
 ipsa superficia
 a dodecedron & j

Errones
sex.

vniversum mater se oculum/eamq; vlm omnem que sine mater se presentia/ ociosa & irri-
ta esse cogitur: creatam ac factam esse in exade. Sunt & qui erronei dicuntur erraticiq;
planete: statim in eodem hexadis numero. Hi siquidem totam signiferi latitudinē percurrē-
tes: ab imperi echyptice orbita / vltro citroq; fluctu habenas. Atq; horū: tres sunt/ sole su-
blimiores: Saturn⁹/ Iupiter/ Mars. Tres vero/ quib⁹ solaris orbis eminent: Venus/ Mercuri⁹
Luna. ¶ Inter hos vero phoebea sphaera/ i diuiduo echyptice calle/ media iugiter discutrit: q̄
quāq; inter erroneos/ nōnunq; errantis stelle nomine cenleatur: planeta tamen est inerraticus
Zodiorum circulum/ sepe suo motu medium dispartiens. Eius enī centrum/ a linea deli-
quij: vltro aut citro minime digreditur. ¶ Rursum hexas/ vt in quadā epistola docuimus
primus est & dux/ perfectorum numerorum: primusue equalitatis numerus/ qui seipso con-
stet: suisq; partibus restituatur/ neq; ipsi maior/ neq; inferior. ¶ Gaudetq; in primis hexas
partium trinitate. que sumpte in vnum: ipsā hexadem/ & primum vt diximus/ perfectum &
tertium trigonū gignūt.

Hexas pri-
m⁹ pfectus
numerus.

¶ Aliē exadis proprietates.:

Cap. II.



Circuli se-
midyame-
ter senario
circuferēti-
am partit.



ST insuper hexas/ & pariū tertius: & secundus altera parte
longior. qui minore in latere/ geminis: in maiore vero trinis vnitatibus est
exaradus. Bis enim tria/ senarium restituit. ¶ Circuli quoq; semidyame-
ter/ sue totius periferie ambitum: hexade per meat/ senisue arcubus illam
toram diducit. ¶ Vnde fit vt geometricus hexagon⁹/ hoc vno reliquis
merito figuris prestare dinoscatur: q̄ solus natiū & per se cognitū latus
obtinēt i circulo. Hoc enī lat⁹/ est ipsa semidyiameter: que & circulū ipsū
circinat atq; distendit. ¶ Ceterarum autē figurarum latera: aut dyametro

Sex diebus
oia a deo
perfecta

sunt asymetra & incomunicaria. aut siquidē cōmuni parte. cū dy-
metro numerētur: nō statim obuia/ ac in propatulo sūt. sed pmul-
ta circuli resolutione/ sūt vestigāda. ¶ Est igitur hexagon⁹ figura i
circulo primogenita: suapte natura eidē (ex ipsi⁹ lateris iudicio) iscri-
bēda. ¶ Senis quoq; dieb⁹: cūcta a deo absoluta & perfecta sūt. Vni-
uersum dei op⁹: e nichilo sex diebus substantiam accepit atq; ad esse
prodijt. Orsus quippe deus/ ab intellectu atq; immateriali creatura
(cui tori instantaneū esse dedit) per materiam materiale sue substā-
rias progress⁹: statuit hominē creaturā supremā/ sui⁹q; tot⁹ ope-
ris periodum. Hunc enī sexta demū die (perfecto omni intellectu-
ali ac sensibili ornatu) e tellureo puluere consumauit. ¶ Est & eadem
de causa senarius/ radix vestigandi hūani numeri. quē qui sit: sacer hic sermo pronunciat.
Qui habet intellectū cōputer numerū bestie. Nūerus enī eius numerus hoīs est. & nūerus
eius: sexcēti sexaginta sex. Si enī senariū i seipsū volueris: sext⁹ et trigessimus exoriet: cui⁹
medietate octodecade/ si numerus eo vnitare maior 37 excreuerit: cumulat scit hūanus nu-
merus 666. quem palam est sextum esse ac trigessimum trigonū. eundemq; gignit: si assidui
numeri ab vnitare/ ad sextum & trigessimum vsq; in vnā sūmam consentur.



1	2	3	4	5	6	7	8	9	
10	11	12	13	14	15	16	17	18	Sūma 666
19	20	21	22	23	24	25	26	27	
28	29	30	31	32	33	34	35	36	

¶ Aliud exadis arithmeticum in signe.:

Cap. III




eniq; aliud hexadis arithmeticum in signe recensere volumus
Nam pariter pares (quos iustitie numeros/ Pythagoras nuncupare sole-
bat) euncti duo ac duo proximi/ coeuntes: nullū q̄ senariū aut senarij mul-
tiplicē procreant. ¶ Dyas enim imprimis cum tetrade: exadem profert.
¶ Tetras cum octade: gignit dodecadē/ que bis hexadem inuoluit. Octas cū
hexade sumpta: numerum gignit quartum supra vigesimū/ hexadis quar-
tum multiplicē. Et ita quotquot proximos pariter pares coniunxeris: assidui
hexadis multiplices consurgent/ quod sequens formula declarat.

Pariter pares	2	4	8	16	32	64	128	256	512
Senarij multiplices	6	12	24	48	96	192	384	768	

¶ Est & alius hexadis proprium: quod cuncti numeri primi preter ternarium: in senarij multiplicium vicina collocantur: eosque circumsidet: uno ipsis aut maiores aut minores. Circūstant enim hexadem: quinq; & septem: primorum post ternariū primi. Dodecas vero primus exadis multiplex: vnde natio ac terciodecimo simplicibus ac primis circūcingitur. Octadecadem: septimusdecim⁹ ac decimus nonus. numeri itidē simplices ac primi obfedere. Quartum vero & vigesimum: qui vallant: haud ambo sed minor duntaxat tertius & vigesimus. est primus. Maior vero quint⁹ supra vigesimum: compositus est penthadisue quadratus.

Aliud exadis propriū.

¶ Et ita deinceps assiduos senarij multiplices scrutantibus: occurrunt gemini proxime circūstātes: aut anibo primi et icōpositi: aut saltim compositus vnus. Reliquus vero simplex ac prim⁹. In vniversa quippe numerorū serie: primi simplices et incompositi comperiuntur alij nulli: preter eos qui ad rectam senarij multiplicium lineam / siue ad eorū stiptem et coordinationē: aut ab vtraque: aut ab altera parte: attigui et proximi pullullascunt. quique ad medias senarij plures velut appendices atq; ramusculi: cuiusdā arbuscule formā / cōcīniter expressisse videat. Sed iam satis hexade p̄specta: eptas suo loco / in mentis librella appendatur.



Senarij multiplices in arbuscule stipte comperiunt

Positionū differentie septem.

DEEPTADE.

CAP. I.



MPRIMIS: AD METRVM AC LEGEM EPTADIS AMBO Mūdi / maior minorque: septenis luminarib⁹ (vt in exade dixim⁹) splendescunt / illustantur / reguntur.

¶ Nam quoque planetarum lampadib⁹ macrocosmus insignis illustrifque conspicitur: totidē facib⁹ cognitiuisque viribus minor mundus splendescit. quē admodum in libro de sapientia latius edisseruimus: minores quinq; cognitiones: exterosue sens⁹ / planetis minoribus: maiores vero septem: facultates / insignioribus planetis (Imaginationem lune: Soli vero / lucidissimum et imperturbatum rationis oculum) conferentes.

¶ Rursū positionum locorūue differentie: ipsi⁹ eptadis sequuntur discriminē. Extera namque / lateralisue positio: que in totius corporee plenitudinis ambitu / idem punctū ac centrum: circūuallat: aut sursum / aut dextrum / aut sinistrum: aut anterioris aut posterioris.

¶ Hūc autem positionum locorumue numerum / clarius intueare: si trium dyametroꝝ in eodē puncto fuerit perpendicularis sectio. ¶ Huiusmodi quippe dyametroꝝ cōcurrētia communisue sectio: precipua et capitalis erit loci positio. Dyametroꝝ vero fines ac termini: fontane medicę positionis / erunt circūstantie.

De septenario dierum.

Cap. II.



Iuina deinde progressio in vniuersorum creatione: eptadis numerum sibimet acciuit seq; eodem collibrauit. Intellige siquidem (vt nup dictauim⁹) septemplex rerum locos ac status: in quos mēs nostra quomodolibet imensum mundi ambitum ac spaciū dispartitur. Vel si nane quidem finxeris / quicquid mēte complecteris: velut fortassis fuisse arbitraris / priusque quicquid faceret de⁹: et anteq; vlt⁹ emicuisset / creature splendor id nichilo secius inter terminum spaciū in septenas positiones occurrit discrimē dum: in precipuā ac mediam et in deriuatitas sex / eidē antistātes

x iij

ne materiel presentia...
 & qui errores...
 otam signifi...
 beas. Atq; h...
 nis orbis emine...
 rice calle med...
 atur: planeta...
 ens. Eius eni...
 eas vt in quad...
 equitatis num...
 ferior. ¶ Gaud...
 & primum vi...

Capitulum
 rtius: & secundus
 in maiore vno
 stitit. ¶ Circū
 ad permas se
 eticus hexago
 solus natio & p
 a semidyamete
 aut figurarum
 arte. cū dya
 sed pmul
 on⁹ figura i
 sidico iust
 etia sūt. Vn
 itaq; ad esse
 tali creatura
 le sue substa
 q; tot⁹ ope
 itellectuali
 Est & eadem
 qui sit: facer
 hic semper
 mi eius nume
 ris: sex⁹ et
 ex creuit: cum
 trigonū. eund
 ā lūmam con

8	9
6	17
5	26
4	35

Capitulum
 m insigne reced
 eros: Pythagora
 es: nulliq; senari
 mis cum terade
 ne bis hexadem
 um supra vige
 nos pariter p
 d sequens form

4	12	16	18
1	2	3	7

Creatit enim imprimis deus angelicū actū et materiā seorsū. deinde materie quattuor a
 deus ididit Substantium / Vitalē Sensibilem et
 Rationalem. **C** Tantum igitur est vnum / eternū
 quod nō est factum / quod omnium est causa prima
 deus. **C** Tantum vnum est factum ante materiam
 extra materiem degere natū: vt angelicus act⁹.
C Tantum vnum factum est / quod non est act⁹
 quod est omnīpotentia / ex quo omnia sensibilia
 erāt futura: scilicet materies. His vero adde quadrigeminos act⁹. materialē rudere suffultos:
 septenus tibi vniuersorum exortetur ordo.

Deus	7
Angelus	6
Rationalia	5
Sensibilia	4
Viuentia	3
Existencia	2
Materia	1

CIterum de diuina extra se profectioe. Cap. III.

Fili liquidius diuine huiusmodi extra se profectiois atq; in se
 met reciprocationis modum / septem dierum fluxione perfectum / tibi postu-
 las adaperiri: statue orbiculum primū in medio et centro: cui nomen D indi-
 deris. A quo intellige diuinam monadem / extra se ob creaturarum exortum
 profecturam. **C** Scribe deinde circa diuine monadis orbiculum / circunferē-
 tiam vnam: sex alios orbis interiori equalis orbi / deferentem. Ab his vero
 sex orbibus / sene locorum differētudines et vniuersa creaturarum genera: ti-
 bilege eadem / diuinam monadem circunstantia patefcant.


C Ac angelicum quidem orbem / in quem primum diuina profecta est monas: vocaueris

A. Materialem / cui secundarius diuinitatis
 vmbra fulgor illuxit: dic M. Essentialis
 orbis id est eorum que sunt et ante cetera se
 sibilia facta sunt / sic E. Vitalis vero qui post
 substantialem / ex diuina plenitudine emer-
 sit: dicatur V. Sensitiuus / qui vitali successit
 S vocetur. Humano vero actui / qui vltim⁹
 exortus est / ductusq; ad esse suprem⁹: H no-
 men indatur. **C** Interuallum igitur rectum
 D. A. quo prima dei extra se panditur profec-
 tio / quo diuina monas: prima sui in orbicu-
 lo A statione / angelum peperit: prime die-
 cule nobis aperit tempus. **C** Ab angelica ve-
 ro statione / deus haudquaquam recto / vt prius
 sed flexo curuoq; interuallo / vt arcu. A. M.
 in orbiculum M deuolutus: materialem se-
 cunda die / condidit hypostasim

C Ex materie vero castris / per arcum. M. E.
 digressus: prolato simplicissimo materie ac-
 tu / subsistentibus die tertia dedit initium.

C Vectus deinceps arcu E V i V orbem: vi-
 talem protulit actum / condiditq; quarta lu-
 ce viuentia. **C** Arcu dein V S / orbiculo S i-

uētus: sensibili actui esse dedit: mutisq; animantibus: quinto vespere / exiit origo. **C** Por-
 ro succedente arcu S. H / vbi in orbe H diuina lux resplenduit: rationalis humanusue exor-
 tus est actus. quo / sexto demum die / perfectus est homo: diuini (vt diximus) operis exodium
C Vbi demum omnis / qui circum diuinam monadem / hiectabat eratq; vacuus / impletus ē
 orbis: vbi in omnem exteram stationem / diuina profecta monas est: deus e sede humana /
 quam vltimo ipregnarat: vt ex circulo H digress⁹ / sese in antiquā sedē hoc ē / in D / orbiculū
 recipiens: ab omni opere resedit. **C** Vnde fit vt extreme creationis vniuersorum diecule
 ab interhyantibus medijsq; diebus: interuallorum dissimilitudine quoquo pacto dissideant
 sintq; ceteris insigniores. **C** Medie quippe diuine progressionis: quin q; arcubus / A. M. M. E.
 E. V. V. S. et S. H in circulo absolute et perfecte sunt. Prima autem ac septima: i angulo quo
 piam rectisq; lineis contingere sed contrariis ductibus. Prima siquidem facta est ab orbe D
 in orbem A. Septima vero ab H in D. Prima: deū exciuit illexitq; a propria sede in angelū



Materie creatio
 Mineralis
 Viuentium
 Animalium
 Hominis
 Dei in se re-
 ditus.

x v 4

fronem: intelligi de
 n sede / creaturam
 infelle: cū dicitur
 ab eterno non fuisse
 nūc videtur. A. M. M. E.



to argumto seruat
 ea iquam cui omnia
 adē recepit in se
 rar / vt prius refertur
 odiā & ab omni
 tur epas numerus
 ū differētiā dē dē
 arus.

Capitulum
 ito i earū ordinē
 eni est a materia
 icere aggre dūm
 ē tamē r eram
 ū enū porio: m
 ucedit a cō p
 ac tēpote a m
 l aliud q; esse
 etis ac m m
 q; simpliciter
 ro / secundus
 & esse ei curus
 cōstantur. E
 : subitāne
 sbuta est ma
 viles subitāne
 us rationalis
 pluciter gradu
 tributa. **C** Por
 ctibus longe p
 ro prime cond
 ea sextus: sex
 arcanaq; diu
 na loco / m
 illur: repa
 Angeli Deus.

Septima vero deum ab homine reuocauit in propria.

¶ Alia eptadis insignia.*



Ed ab his ad explicanda cetera heptadis insignia transeamus. Eadem enim causa/que maiorem mundum: septem planetarum lampadibus/ minorem vero mundum septenis cognitiuarum facultatum luminibus coornauit: septem quoq; primores angelos (velut spiritalia & prima intellectualis mundi luminaria) ante deum sacrorum eloquiorum testimonio iugiter diuersantes asseuerat. Ego enim inquit sum Raphael/ angelus: vnus ex septem/ qui auiamus ante deum.

Septem an gelis in con spectu dei.

1	1
2	2
3	4
4	7
5	14
6	20
7	28

Octas scds cubus.

¶ Deniq; eptadis trigonus/ octauus inquam et vigesimus numerus est perfectorum secundus, quotquot diebus: lunaris globi/ circa terram congritationes absoluuntur. Hic enim constat vt trigonus: cunctis numeris/ qui a monade ad eptadem numerantur. Vt vero perfectus/ quinq; numeris restituitur: Monade/ Dyade/ Tetrade/ Eprade et Tesseredecade. ¶ Eptadis autē quadratus (numerus sc; supra quadagesimū nonus) passim in totis sacris eloquiis: vt ingentis mysterij numerus icrebruit. Hic enim a media hec ontade/ siue penthecoste/ siue quinquies dena frequētia, quam sacer Moses/ magne remis sionis atq; iubilaei anno dicauit/ sola vnitare exuperatur. Plura de eptade/ de consumationis vniuersorum/ deq; diuine requierionis sacratissimo numero/ quamq; dici queāt: que tamen de ipsa dixit auimus/ ad presens opusculum: sat sup; allata videantur.

¶ DE OCTADE.


CAP. I.



VNCOCTAS PARITRACTVLO SCRVTANDADISPICIENDA q; pcedat. Hoc ante oia splendore/ octadem efferemus: q; sensibilib; cuborū primatum gerit/ primus post monadem cubus. ¶ Si quidem monas cum sit intellectualis numerorum abyssus/ omnisq; multitudinis principium: omnē sibi iter precipuos regularesue numeros maximatum/ primatumq; deuouit: seq; sola oī primogenio nomine inuestiuit. Primus ipsa est trigonus: Quadratus primus/ Primus pentagonus: Prima pyramis/ Cubus deniq; primus.

¶ Ceterū cum impers sit et indiuidua monas: nūsq; illam in proprijs ratio nibus/ sensibilib; aut angulorum aut laterum metis expressā distentamq; ostendes. ¶ Eadem sequentium figurarum/ quibus impetit et inter quas prima nuncupari presu mit: nullo se visibilib; contextu amictu. Nullam prese fert/ carnis exterisue oculis dilucidam elaramq; speciem: eorum quorum nomina/ iustissimis de causis sibi expetit ascribi.

¶ Nam quicquid esse ipsa pronunciat: in vnum simplicissimū modum: sine villo partium discrimine/ intellectualiter inglomerat. Ipsa primus cubus est: sine angulis/ siue lateribus. Tota est angulus/ tota quoq; latus: et cubus vniuersa. ¶ Que autem sine specie/ sine vlla partū varietate/ sūt in imper ti monade: in sequentibus numeris/ se sibiliter expressā dinoscuntur: sūtq; visibilib; laterum atq; angulorum habi tu contexta. ¶ Octas igitur primusa monade/ sensibilib; cubus dyadis (primi sensibilib; nūeri) fōte scaruit. In uecta quip; pesibilib; dyade: quaternarius eiq; quadratus mox profilit. qui resumptu: auctusue dyade: cubicam mox octadē profert. Hec enim geminis constatur quadratis tetradibus: que maioris mi norisq; mundi agglutinationem lucu lenter expriment.



Cubus ex vtroq; mū do

¶ Nam mundus vterq; vt i de tetrade dixim⁹) quadratus quidam/ te tra sue elementorum est. Maior substantialium elementorum/ quadrata complexio: Ignis/ Aeris/ Aque/ Terre. Minor vero velut maioris filius: pari rationalium elementorum harmonia confutgit. Nam et hominis corpusculum/ ex quattuor constatur elementis. et eius animus/ dū cruditur/ dū litterario dolatorio/ leuigatur: in quattuor elementa dispescitur/ In animi substantiam/ in intelligentiam/ in voces et in scripturas: quemadmodum liber de sen

Hber defensu recensuit. Et si (vt in eodem sensu libro a nobis praetatum est) homo mundi est anima: eoq; modo hominis anima ad proprii corpusculi domicilium se habet. quovniuersus homo ad mundum: necesse est vt queadmodu ex maioris minorisq; mundi ag glutinio (tanq; ex tetrade/ tetradi insidente) naturalis quida profilit germinascitue cubus: ita et in ipso homine/ ex animi corporisq; naturali vinculo (velut icu quaternione/ quater- moni incubante ac superiore/ inferiore moderante) cubus alter subsistet humanus.

Triangulu
vt sol

Huius enim quadratus inferior: est quadrata corporis elementatio. Superior vero qua- drat: est studiosarum litterarumq; (vt diximus) facultatum/ quadrigemina partitio: Essen- di/ Intelligenti/ Loquendi/ Scribendi.


Si enim hominis corpus/ quemadmodum ab omni mundana substantia/ materialem pa- stum emendicat: ita et eiusdem animus/ ab isdem mundanis substantiis/ immaterialem si- bi specierum alimentiam disquirat: liquet hominem vt trouis modo/ et animo et corpore fi- eri omniam esse/ geminaq; tetradem preclare exprimi in homine. Nam in corporis pastione/ vnam: Reliquam vero in animi suctu/ siue in mentis cunctarum rerum speciebus citra materiam referenda.

Alia octadis propria.

Cap. II.



Venā autem sit alia octadis Arithmetica insignia: quas pre se numeraticias ferat proprietates/ deiceps explicare pergamus. Octa- distri- gonus: idem exadis (primi perfecti numeri) quadratus est. Sum- pri quippe ab vnitae/ continui numeri ad vsq; octadem: sexti atq; tri- gesimi/ summam parturunt: cuius trigonum latus: est aggregatorum lupremus octonarius. Si enim octonorum medietatem tetrade in numerum qui octadem vnita- te transiliat (id est in enneadem) ductitaueris: sextus. atq; trigessimus/ per trigonorum normam confurget. Et si senarius perfectus primus/ seipso coaluerit: idem sextus atq; trigessimus senarij quadratus exorietur.



Coeunt igitur hexas et octas: in sexto atq; trigesimo/ sub vario rationum amictu. Nunc vt hexadis tetragonos/ Nunc vero vt octadis quadrato. Hoc autem alioqui nusq; (vel ra- reter admodu) in numeris contingat: numeru scilicet eundem/ quadrata simul trigonane ra- tione euadere insignem. Nam duntaxat tres hos numeros reperias Tetradem Exadem et Enneadem: qui pariam equaliumue proporttonum habitudine discaepinati: eundem gignant et trigonum et quadratum. Trigonum/ vt ductu extremorum tetradis & enneadis Quadratum vero/ vt medie exadis glomere et orbiculata ductitatione

Ex extremorum quippe proporttonalium/ mutuus ductus alternaue multiplicatio/ haud alias triangulum exudat ac profert: q; cum maius extremum minoris extremi duplum: so- la transilit exuperatq; monade. quemadmodum nouem/ quaternorum duplicia id est octo- nos: vnitae transiliut. Pref hos autem duos/ in cunctis numeris/ alij nulli sunt pporttionales extremi/ hoc est habetes proporttionale mediu: quoru maior/ sit duplo maioris: vnitae maior

Trāgulus
vt sol

Haud parū igit octadis trigono, sexto atq; trigesimo) intermia imensa q; nueroru feri- es hoc vno applausisse visa est: q; vnicū illū) e cunctis numeris: simplicissimarū ac picipan- tium figurarum (trigoni atq; quadrati) versicoloratu cōtexit: phoebeoq; quodam ac luna- ri congressu illum pre ceteris extulit. Nam triangulus mathematicarum figurarum pre- cipua simplicissima et pria: solem imitatur. Sicut enī a sole/ cetera mūdi luaria: mutuato deri- uaticioq; lumine/ euadunt conspicua (iprimis luna que ampliore facula/ solarem captat sple- dorem) ita et cuncte mathematice figure a trigono promanant/ trigoniue frequentia atq;

Quadrā
vt luna

Iteratione gignantur. Et prior ante omnes quadratus/ persimilis lune: e triangulari scate- bra emergit/ solaq; trigonorum dyade profertur: ceteris figuris post triangulū maior atq; insignior. Et si sexto atq; trigesimo/ sua ipsius/ vt trigoni quadratq; latera addideris: cō- flabis inde quinquagenorum mysticum numerum. Nam senarius eius est latus/ vt qua- drati: Octonarius vero/ vt trigoni. qui ambo: cum sexto atq; trigesimo sumpti/ quinquage- narium numerum eliciunt. Et si rurium eidem sexto supra trigessimū/ octadis quadrat 64 adiciatur: quinquagenorum duplum id est centenos conflabunt: quem supreme deca- dis constat esse quadratum.

Aliud pros-
prium


Aliud pros-
prium

ra heptadis insig...
rem mundum: com...
septem cognomina...
primos angelos / v...
aria / ante deum factu...
asserat. Ego enim inq...
alioquā ante deum.
sinquam et viginti...
bi circa terram conp...
is qua monade al...
Monades Dyade/ Tern...
tes) supra quadrata g...
us crebrui. Hic enim...
ta quam sacer Mos...
Pura de epade de...
nero quamq; dicitur...
lara videantur.

SCRVTANDA DI...
idem effere mus: q...
n cubus / Stans...
nūq; multitudine p...
smaximam p...
ur. Primus pla est...
Prima pyramis / C...
nonas: nūq; illam...
prella distentat...
inter quas prima...
carnes exatue oculi...
e caulis sibi expe...
licissimū modum...
bus est: sine angul...
pon...
lgnis...
Respon...
denia...
Vox...
Aqua...
pōde...

de dixim) quadrato...
rum quadrata comp...
i rationalium elem...
or constare elem...
nattur elementa...
aras: quemadmodum...

Idem quoque octadris quadratus 64. simul est et tetradis cubus. qui ut quadratus: cubico latere id est octade sese glomerante coalescit. Ut vero cubus: contra quadrato latere id est tetrade in proprium quadratum id est in decimum sextum ducta profertur. Itaque dispartibus modis dissimiliumque nominum responsu idem numerus 64 confurgit. Ut inquam cubus quadrato. ut vero quadratus cubo. Ut corpus: gignitur superficie: ut vero superficies profertur corpore. Idem enim et quatuor artus est cubus et octauus quadratus: inter pariter pares ab unitate septimus. Sed iam habundantius de cubica octade loquuti: sequentis enneadis proprietates pari tractatulo promendefunt.



DE ENNEADE



NEAS: IMPRIMIS HAC LAVREA INSIGNIS PROCEdit: hanc proprietate spectabilis plausibiliter exultat: quae tryadem trinititer inuolues eius efficit quadrangulum. Tryas enim per tryadem ducta: quadratam enneadem pmit. Enneadis autem numero/theologi celites eorum actuum ordine s prominens sunt: qui suapte natura immixti purique spiritus sine ulla materiei contingentia sine caduovo illo corporis carnisue amictu: diuinis semper conspectibus astant. diuinisque fulgore (ut sancto areopagite placet) e sepe patente imensi luminis pelago: supra humauum hauriunt modum. breuelque humane intelligentie metas transiunt: immutationem illam ne scientes nulli s tenebrarum ac lucis vicibus rudinibus humano more obnoxij. Huiusmodi enim celestes spiritus perpetui lucis claritudine ouantes: sicut simplicibus et immaterialibus essentis natura potius sunt: et paribus simplicibus intelligentiis donati sunt.

Enneas tryadis quadratus.

Enneas celestis hierarchie numerus.

Diuisio areopagita.

Angeli nos erudiunt.

A conceptu sumendum esse aliquid huiusmodi eruditionis modum

Indultum namque est beatissimis illis mentibus: sine ulla materie opitulamine sine sensibiliu specierum a mundo emendicatione: libere atque absolute diuina aiflari imagine. sicut sine diuidua rerum varietate: in nitidissimis suis speculis deiformes

Hi rursu post diuinam illam et immultiplicabilem monadem: cunctorum entium primarij duces: totius vniuersi principatum obtinere. iustamque diuine monadi prebentes obsequelam: et mundana disponunt negocia: et in humanos presertim animos: inspecta lumina traiciunt. eosque salutifera suadela: ut suum repetant insitum: ut suum norint opificem: ut e summi boni contemplatione et plusquam amabilis decoris: occulta inspectione beentur: inde scilicet allicefacere student. Hi assidue nos arcanis nutibus erudunt. quicquid diuini et immixti luminis: e diuino sole primi percipiunt: in mentium nostrarum purgatissima specula secundo loco deriuantes. nosque secum in deum prouehentes.

Et profecto si archane nostre mentis notiones: inter doctrinalia signa cum uocibus scripturisque merito numerentur: necesse est ut et aliqua humane eruditionis fors atque conditio ab huiusmodi conceptibus desumatur: que admodum et aliqua uocum: aliqua uero scripturarum adminiculis perficitur. Eruditur quippe doctrinaturue homo (ut in sensuum libro docuimus) visu a natura et a mundo: Audit uero ab homine.

Omnes etenim scripturam omnium uerum imagines ac sensibiles species: mundus humanis presentat expanditque oculis. per quorum transparentes aditus: exornatus omnis peregrinusue. uisibilium specierum commeatus: in hominis animam (prime eius litterarie eruditionis gratia) importatur. Secundum priore uegetiorem humane eruditionis modum: diximus consistere inter paria: consimilia et trimque humana extrema. ut qui huius discipulatu: illi uero pedotribatu uocum sermonumque presidio: per auditum consumatur.

Angeli nos per conceptum erudiant. Cap. II.



Vperest igitur ut arcana illa metis notio: supremusue ac preclarissimus doctrine caracter: cum haudquaquam in mundi sit potestate (Nam neque eandem notionem gignit mundus: neque subsistere in mundo ipsa potest: neque visu exhaurit) et ab homine homini per se adaperiri: regegnu dari ue nequeat: uerissimum precipuumque illustrandarum humanarum mentium modum moliat. Hec enim suprema mentis illustratio: haud extrinsecus. sed in ipsis animi exeditis: absoluitur. angelicis illis (oculo imperuissis spiritibus) prouide attributa.

CNā necesse vt sicut mūdus/exaratas cunctarū rerum imagines: scripturarū picturarūue loco oculis imprimit humanis: homo veto vnus: pedotribatua adeptus: homini alteri in- erudirot/ voces: per ipsas auriū fistulas inculcat: ita & angelica illa beatissima mēs (vt est ima- terialis et corpore libera) ipsa sicut simplices notiones/ sine scripture/ vocis/ aut sensuū me- dio: humane menti cominus promat intuitus: intelligibili quopiam modo) eloquatur.

CDoctrinalium quippe sensuum ancillatio ac famuleriū: in his duntaxat extremis/ est ex- petenda: que corporeis sensibilibus mediis/ cernitur dissociata: qualia sunt hec: Homo Mundus/ Homo/ Homo. **C**Nam hominis animam/ discludit a mundo: interhyans corpo- ris arcera: qua obiecta est anima quauē peregrina: in mundum vniuersum defertur.

CHominum quoq; duorū animas/ dirimūt abiucicē tria: gemina scilicet amborū corpuscu- la et intercepta mundi aliqua pars: vt aer/ aut aqua: idue elemētū/ in quo ambo homines consistunt ac degunt. **C**Vnde fit vt neq; sine sensibili medio/ doctrinaliue signo: neq; sine doctrinalium sensuum opēcula: aut a mundo/ aut ab homine/ direfcat impleatur et intelle- ctuali specie hominis mens. quandoquidem neq; mundus/ neq; homo vnus: hominis alterius menti sit attiguus. vt medioxime et sine interpollatione mediorum: ipsa humana mens aut a mundo/ aut ab homine/ nuda feratur. **C**Mens enim que sensibilibus corpore- isq; mediis/ et a mūdo et ab homine alio dispescitur: que item sincero vtriusq; tactu/ ma- teriali pessulo abercetur: in paribus quoq; vasculis notionē ipsā ab vtroq; recepret oportet.

CMundus spiritalem intelligentiam/ scripturarum formarumq; varietate contactam: in hominem transmittit. **C**Homo eandem subtiliore vocis obregit amicitq; umbella: eamq; hoc pacto homini alteri infert. **C**Mens autem angelica/ cui humana mens attigua nuda & adaperitilis est: sine scripturarum vocumq; amiculis humanam ferit/ erudit/ ditatq; notioi- bus mētem. Nudam ipsam intelligentiam neq; scriptura neq; voce ad opertā: humane pro- mit propalatq; menti. **C**Haudquaquam enim per oculorum aut aurium sipunculos: mundano humanoue more/ angelica mens notionem infundit. Verum nudus immateria/isq; spiri- tus: nudam pariter ac simplicem intelligentiam: nude identidem/ simplicitatq; immateriali (ea salti ex parte qua in angelum prospicit/ ab eoue eruditur) humane menti indit.

CHaud siquidem ea inter sunt inter angelicam humanamq; mentem: que inter humanā et humanam/ aut que inter humanam et mūdū: quandoquidem humana mer/ ste/ ex par- te qua mundo/ se inferiori: aut qua equali sibi humane menti/ disciplinam susceptura inugi- lar: obuiio corporis obice: ab se erudiente: aut mundo/ aut homine dissociatur: neutriq; nu- da et sincera congregitur. **C**Superiore autem aspectu/ qua angelico pedotribatui in cūbit: qua diuinarnm fieri conscia rerum sitibunda/ spiritui se subdit corporee molis expertis: nul- lum corporis offendit pessulum. patetq; ea ex parte/ liber in humane mentis penetrata: an- gelico spiritui ingressus. Insidetq; mens angelica humane menti: illi sit attigua. Illam de- mulcet atq; propalat: nuda nudam atrectans. **C**Eam vt immortalitate patenti/ ex oscula- tur: eamq; diuinarum intelligentiarum: cominus atq; in propria sede: efficit confortem.

CE tribus itaq; humanorum discipularum modis: quibus a mūdo/ per scripturam et oculo: Ab homine/ per voces et auditum: Ab angelicis spiritibus: per ipsa sicut adaperitiles/ nu- data/sq; simplicium intelligentiarum essentias eruditur: tertius hic/ ceteris longe euadit pre- stantior. **C**Sicut enim mundus/ homini expandit presentatq; scripturas: ita et homini/ ho- mo voces inculcat ac profert. Eius vero interne menti angelica superior mens: inuias noti- ones aperit ac indit. deus vero eidem menti/ cūctas notiones capienti: naturalem substanti- am dedit: illamq; deniclulo ad esse per duxit.

CHoc deniq; pacto homo/ quadrigeminus euadit: cum ab inferiore mundo/ scripturas in- tueretur. Ab alio equali et simili homine/ voces auditat. a superiore angelo intimas mentis ga- ras notionesq; suscepit. qui imprimis a deo supremam sui essentiam mutuatus in esse p- diit. **C**Hec sunt precipua illa elementa: quorum permixtione/ in textu hō est quibusue ei/ substantia conflatur atq; enutritur. **C**Eius enim oculi a mundo/ scripturarum tellure exa- triantur. **C**Eiusdem auribus/ ab homine: fluxis semperq; labentibus/ occulto oris fonte vo- cularum vndulis/ fit satis. Mentis ipsius thalamos: angelica mens/ aereis notionib; ditat atq; implet. **C**Deus vero igneam eius substantiam parturiuit: illamq; fulciti continet ac saluat in esse euiterno. Sed tantisper a proposito digressi: vbi oportune angelica in si- nuatio/ arcanaue hominis ac precipua illa eruditio sese obtulerat: nunc in concelebrandā propositam enneadem reuertamur

Mūduperscripturas

Hō per voces docet

Angelus p cōceptum.

Hūane mē isduo aspe ctus

Tres hūane eruditio nis modi

Mundū scri pturas homi ni confert

Hō voces

Angelū cō ceptus.


Deū subām

Vīsus

Auditus

Intellectus

Substātia



adis cubus qui vt quadrum
cubus: contra quadrum
m ducta profert. Cap
us 64 / confugit. Vt
vt quadras
64
Cubi
VREA INSIGNIS P
re exultat: qm yadem
as enim per tyadem d
m numero theologi
sua ppe natura immo
e caduo vno corpore
stant. diuine q; fulg
mensi luminis pelag
tas trahit: immat
i humanore obno
antes: sicut simp
tibusue intelligenti
villo marete opul
p absolute diuina
oculis desormes
monadem: cund
p diuine monadi
preferri animos
tum/ vsuūm no
is: occultis in
nubibus erudunt.
mrium nostrarū
entes.
r doctrinalia signa
umane eruditio
m et aliqua vocum
loctrinarum ho
ab homine.
gines ac sensibiles
aniparentes odia
ominis animam
egiores: human
ng humana ex
retidior/ audiv
um erudiant. C
nētis notio/ sup
audqua in mūdo
d/ neq; subfili
e homini per se
vraq; illustrandam
suprema mens
abfoluitur angelica

nis regimen et longe preclarissimum sapientie starum operantur. In earum siquidem tryade: omnem sitam esse sapientiam / omnem sui noticiam / atq; orbicularem in seipsum lationem: in libro de sapiente monstrauiamus.

7 Principat⁹
8 Archangeli
9 Angeli

Olfact⁹
Gustus
Tact⁹

Corpis
Rō Intelle.
Mēs ad sapientia & lu
di magisterium

¶ Liqueat igitur enneadem esse et simplicium / primorumq; numerorū: et primogenitorū mūdi entiu et cognitionū oim (vt dixim⁹) examen

¶ Q Enneas omnem nūerū secundum materiā et formā nūeret. Cap. V



Ed et alia enneadi: vt simplicium numerorum supremo / inq; valis secundorū cōplexorūue multitudinū collocato: laus est tribuēda: q; omnē quē metitur numerū / numerat metiturq; totū. Totū dico hoc est ex itegro atq; simplicif: et si vis / i pte vtraq; materia ac forma. ¶ Hoc ei p tryadem soli enneadi e cunctis numeris est proprium: vt vniuersi qui quātolibet ei⁹ ductu / procreatur: quosue per oēm numerum / ducturata profert: ei⁹ tā scdm ideā ac formā q; scdm: se totū atq; materiā referāt effigiē. ¶ Oīs q; penūerit / cui⁹ nouenari⁹ pars est: iprimis et tot⁹ ipse / pluries nouenos ambit. Et oēs deniq; ei⁹ norule ac forme / simul coeuntes: aut ipsā enneadē aut enneadis referūt multiplicē. ¶ Octau⁹ ei decimus: tot⁹ bis nouenū cōplectitur. Gemine quoq; eius forme / atq; sūp̄te in vnū: cōflāt nouenariū. ¶ Rursū septim⁹ vigesimusq; nūer⁹ / qui tria enneade cōsurgit: rer tot⁹ ābit cōtinetue enneadē. Idee vero ei⁹ ac forme / et 7: eādē iterū semel restituit. ¶ Eadē in sexto atq; trigesimo: In quito itē supra quadragesimū: Ac i oi deiceps ē enneadis multiplicitate eueniūt. ¶ Hāc aut proprietatē: sola tryas ante enneadē

Aliudenneadis ppiū
Exemplū

Multiplicantes	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Multiplicati	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Producti	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Formarū nūeri	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

gloriabūda inualit. Tryas enim numeros quos metitur: totos apprehendit. Nā partē eorū vtrāq; materiā ac formā: aut seipsa / aut sua pluralitate insigne. ¶ Nepe dodecadis note / atq; 2: tryadē cōplēt. Note decimiquiti / et 5: referūt hexadē. Octau⁹ decimi forme / et 8: enneadē gignūt. Rursū primi atq; vigesimi signa / 2 et 1: ternarium reddunt. ¶ Et hoc pacto deinceps perpendere licet: nullum numerum / ab tryade non numerari totū. Nullū dūtaxat in parte hoc ē / i sola materia / aut tryadis aut enneadis referre effigiē. ¶ Hoc aut insigne: nullis aliis / q; geminis hūce simplicium numerorū niditissimis spectādū: solib⁹ obtigit. ¶ Ceteri quippe numeri: particula ei / sua tota emetiuntur ac numerant. earūq; formas ideā: nisi q; apprehēdūt / Nullā iisdē / sui ididere effigiē. ¶ Binari⁹ etei pariū dux ac mētor oim: cētenos et quadragita / cū metiāt: iisdē pluries dūtaxat secūdū partē ac materiā inest: id est septuagies. In eorū aut formis / 1 & 4: nullo pacto exp̄ss⁹ visit. Nam vnum et quattuor: neq; dyadē faciunt neq; dyadis multiplicem: sed imparē quinarium.

¶ Q oēs simplices nūeri p̄ter tryadē & enneadē: infirmi atq; ipotētes. Cap. VI.



Mnes itaq; simplices nūeri / ecōtra tryadē atq; enneadē siti: ipotētie & infirmitatis cuiuspiā / haud iuria arguūt. q; sua hauqua q; tota obtineāt: q; vis eorū popularis i materia d̄ideat: formas nūq; applicat / neq; iua illis idat vestigia. ¶ Vnde fit vt tryas enneasue: sint qdā mortalitatis ac p̄tetue potēuarū actūq; federationis nūeri. Ceteri aut nūeri: signat⁹ lissidētie hūc partū. vt q; cū p̄vni i federint: ab reliqua dissociat⁹ neq; totos nūeros itegere ius suū v̄dicāt. sed tamēsi eorū materiā / nō tamē mortales formā / vel sigdē formā / tñ nō materiā prehēlāt ac nūerāt. ¶ Nā quinti atq; vigesimi sp̄m numeri ideāq; ac formā: septenari⁹ habet. Exprimi ei quiti atq; vigesim⁹: geminis notulis / 2 & 5: q; coeūtes octadē pariūt. Materiā tñ eiusdē nou habet. Haud ei eptas / quiti atq; vigesimi pars ē. ¶ Eudem autē quiti et vigesimi materiā. p̄thas cū iudeat / Qui quies ei quiq; viginti & quiq; efficiūt / ab ei⁹ tñ formulis / extorris agit. vt q; sūp̄te in vnū: neq; quātū / neq; eius pluralitatē p̄mūt. ¶ Et eadē lege / ceterorū nūerorū diuortia atq; dissidia q; facillime seruari possit. ¶ Ad dem⁹ demū & hoc supremū enneadis p̄priū: q; cūctōrū p̄fectōrū nūerorum formas / dēpta vnitrate nūerat. ¶ Nā prim⁹ p̄fect⁹ nūer⁹ hexas: minor ē enneade. ¶ Secūd⁹ octau⁹ vigesimusq; formula s habet duas / 2 & 8: quarū vnio / denariū efficit. a quo / dempta vnitas: reliq; nouenos. ¶ Tert⁹ p̄fectōrū + 96: formulis cōstat trinis. q; simul sūp̄te: nonū decimū reddūt. Ab hoc / dēpra vnitrate: sūp̄est octauus / decim⁹ / bina enneadis p̄ra itas.

Tryaset
Enneasim
Exemplū
Aliud Enneadis ppiū

primogenitorum mund
adinserrance hrad
ma: summi illu
onem primiq; p
itate sub venim
Racabile itaq; el
in le ducturata
blantiarum peper
delumpio: efficit
iones protuleri
plices abfoluq; n
Hi etei numerorū
e antiquitate: s
perimū. Si p̄l
rem sum / ab
fichraim⁹ d
spiritualis diuor
e suffulcuntur.
Cap. II
Q ad p̄ticiū
sea facultas: cui
s numeri trime
e sapiente latin
materia ium rer
nari: Imma
uim⁹. Exter
rius mensi sum
adamve homin
i sumenianū
busq; p̄est. sed
pericit. His
as hominem lib
enatur ac restit
Excep
speculandi q; p̄
eriores animi
eria sunt: ac p
fidei. aut sē
habili illi bono
ne copulatur.
us numero est
meatōu p̄fectorū
e hauqua q; co
Audirum et lo
ac sapientiam
dem et attatū
at. Vel etiam
rellant. ¶ V
zationem offic
1 Seraphim
2 Cherubi
3 Troni
4 Diuinitates
5 Virtutes
6 Potestates

¶ Perfectorum quartus 3128: formas implicat quattuor. que sumpte quorū sim ul vt prius
rursum nonumdecimum produciunt. qui vt diximus substracte vnitati: residuam faciunt
neadis pluritudinem. ¶ Atq; hoc in cunctis generatim perfectis ita habet. Nempe ennes-
as: hoc ipsum sibi probandorum perfectorum numerorum desumpsit argumentum. Sed ita
decurso enneadis stadio: in Pythagorice decadis areolam penetremus.

¶ DE DECADE.

CAP. I.

Descensus
intellectua-
lis oculi/ab
intellectuali
regione in
sensibilem



IMPLICIBVS ET ABVNCTIS A MATERIA SEQVE PER SE
ferentibus fulgentibusq; numeris: denaria succedens multitudo: noua qua-
dam et hactenus inuisitata describitur forma. ¶ Id igitur nobis contingit
post absolutum simplicium numerorum curriculum: ipsius decadis occur-
ru: quod arcano mentis oculo. qui lustrata intellectuāli regione/ conse-
ptis simplicibus illis primariis seq; sine corporis subiectio ferentibus sub-
stantiis: vbi tandem in extremam intelligentiam/ in supremam diuini lu-
minis emanationem in vltimam diuiferam diuināq; effigie insignē cre-
aturam (id est in humanum animum) deuoluitur: omnia repente videt immutata.

¶ Qui enim angelorum lucidissimas/ sortes infatiscentem diuini amoris ardorem/ iuges
earum voluellas/ propriasue et mutuas conuersiones: statumq; illum eminentem/ atq; ef-
ficacissimum: quo in conspectu summis illis bonis diuersantur/ eiusq; profundissima lumina in-
conniuentibus atq; intrepidis excipiunt oculis/ feliciter est intuitus: eadem omnia in huma-
nis animis aliter se habere admiratur. ¶ Humanam quippe intelligentiam quāq; adhuc spi-
ritalem/ simplicem/ immortalemq; offendat: addictam tamen materiei seq; non ferentem
sed corporea sede suffultam reperit. ¶ Eadem in super ab ceterarum intelligentiarum (ple-
nissima sempiterni et inoccidui luminis) regione degere cernit extorrem. Eluscatam in infe-
rioris regionis vmbra humani animi aciem: ad diuinam cōtemplationem/ fieri inualidam
atq; conniuentem videt. Et neq; diuinis sepe intendere posse luminibus. Neq; plane
deo/ angelico more/ ediscere diuina. Sed ex humi abiectis/ ex villioribus interdum/ vt san-
ctus Dionysius testatur/ materie partibus in diuinam scientiam ire inuolare: atq; ex tenebris
his in arcani illius celestisq; luminis vmbrales coniectus sustoli.

Sandus
Dionysius

¶ Sicut igitur post simplices illas intelligentias/ in extrema hūanaue intelligentia/ que vlti-
mo loco diuini particeps est luminis/ et diuersa regio et insuetus materialis status speculā-
ti occurrunt: ita et post primogenitorum numerorum ordines/ ab succedente decade/ et re-
gio altera: et inuisitata positio sedesq; se oculis ingerunt. ¶ Nam decas: et ipsa quidem/ vni-
tas quedam est/ iterat/ oue vnitatis: et secunda vnitatis. atq; aliquo fortassis pacto ipsi prime
et antiquissime monadi similior: q̄ vltis simplicium numerorū. vt pote que ipsius monadis
lucidissimam capessit effigiem/ et seq; formalis quedam monadis resumptio.

Hanc tamen expressam clarāq; monadis effigiem/ hanc sui principis formalem identitatē
decas minime gerit fertq; absolutam: sed i alteritatis cuiuspiam priuationisq; subiectio.

¶ Exprimitur siquē pigritue decas/ haud simplici se q̄ ferēte monade: sed monade cū anterio-
re priuationis scabello/ id est monade: cui ab antica parte/ adiecta est alteritatis notula. quā
nostrates Arithmetici: in orbiculo ◊ exarare solent. ¶ Huiusmodi quippe signum: numerus
non est/ nec numerum exprimit vllum: sed numerorum alteritates/ spacia atq; interualla.

¶ Quid decas sit humane intelligentie numerus. Cap. II.



¶ Quid sit vt decas: sit decime intelligentie/ id est humani animi
nūerus. Est ei decas/ haud simplex vnitatis: sed vnitatis i alteritate. siue monas
i priuationis sultura desidens. ac stata. ¶ Humana vero intelligentia: est pa-
riter intelligentia: non tamen per se/ aut seipsam ferens intelligentia: sed
intelligentia indita alteritati corporis. Nam corpus ad animum/ vicem a-
lietatis/ ac non entis merito incurrit. ¶ In decade que ad hunc modum
pingitur 10: ipsa monadis effigies/ vniuersalīue character: hominis exprimit a-
nimum. Alteritatis vero et priuationis appositio: humani gerit corporis spe-
ciem. Verum perfectumq; decadis esse: ipsius monadis species est. Conducit tamen et ad ei

substantiam: priuationis orbiculus. Ita & verū hominis esse: p̄cipua est animi portio. Ad eius tamen substantiā: quoquo pacto corporea expetitur appendix. ¶ Conflāi decas: ex monade & priuationis formula. Humana vero substantia: animo corporeq; cōcrescit. ¶ Supra decas: eadem quicquid est nūerorū: expers est priuationis & extere sedis seip̄sū fulciens ac librās. Quicquid itē humano emittit: us est animo: corporis ac sensū exors/ in sua ipsius sede figitur atq; stabilitur. ¶ Prima decas: monadis specie/ in scutula priuationis & alietatis excepit. Prima quoq; hūana substantia: insignem diuina specie animum/ corporeo obtegit suscepitq; amiculo. ¶ Et vt elucidatior denarij numeri/ ad hūanum animū analogicus struatur respōsus: scribo numerorū coordinationē/ a monade ad vsq; decadē/ vero natura- liq; progressū: a dextris in sinistrū/ tamq; ab ortu in occasum: quo pacto & primaria mundi sphaera agitur. Pellucet disposita hunc in modū naturali numerorū serie: decadis formā

10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
----	---	---	---	---	---	---	---	---	---

(que est precipuum eius esse/ eae ipsius pars que monadis notula scribitur) humano analogam animo/ simplicium numerorū choro/ aberceri ac dirimi: sola priuationis appendice sueue alietatis orbiculo. ¶ Hec enī priuationis nota eidem obesse videtur: quo nūq; superiori immaterialiū numerorū annumeretur cetui. hec ei⁹ regionem/ a simpliciu numerorū regione dispartitur. Est enī media/ inter enneadē & ipsā decadis vnitatē: que quidem vnitatis/ decadis animi/ idea/ forma/ precipuū esse spiritusq; nuncupatur. ¶ Priuationis insuper notula: quamq; media sit inter enneadē simpliciu supremam/ & inter decadis monadē: longius tamē abest ab enneade. Nichil enī illi coheret: Spectat autē ad decadis animā. Ad iugata est eidem. illi⁹ est quiddā subelliū/ naturalisue positio: cū quā substantiā quoq; denariam implet. ¶ Paria igitur in analogia: de humana intelligentia collige argumenta. Humanam equide intelligentiam/ esse diuinam effigiem: sed corporis obice/ e choro simpliciu diuinarum imaginum eliminatā. Materie item exotico peregrinoue interhyatu: ab intellectuual regione/ in sensibile proficisci. ¶ Corporis insuper obex: licet inter extremā simplicium intelligētiarū & humanam intelligentiā/ medius habeatur: hic tamē nichil ad extremam illam simplicem attinet mentē: Nil eidem allinit/ materialiu atomorum. Spectatenim corporis moles ad humanā mentem: Sponsata eidem est/ vt appendix: famulatur/ vt per necessaria eiusdem in sensibili mundo positio: humanamq; substantiam/ vna cum eadem intelligentia componit.

Analogia
decadis ad
humanum
animum

Cōclusio
analogic.

¶ Complementum analogie decadis & hūani animi. Cap. III.

H vt decadis hominisq; paritates/ rationes/ proportionē sue ad finem deducam⁹: finge ac scribe decadis animam intra eius corpusculū residentē: id est decadis monadē/ in sue priuationis orbiculo hoc pacto (1). Nam imutata decadis descriptio: eius substantiā haudquaquam demutat.

¶ Erit itaq; hec decas: hūane q̄ simillima mēti. Humanāq; substantiam/ hec decadis monogramus: luculentissimo signo/ nostris expandet obrutibus. ¶ Est enī homo/ haud aliud q̄ indita orbi mens: sine q̄ stata in circulo intelligentia/ ipso orbe vallata/ obrectaq; eius ambitu. Que autem supra hoiem

Homoeff
mēs iorbe

sunt mētes/ circulū transcendūt:	Seraphim	•	1	Monas	vinitas
Orbi haudquaquam insunt/ Nullo ambitu capiunt. Quēadmodū	Cherubin	•	2	Dyas	diualitas
& vniuersi qui decadē p̄cellunt	Thronus	•	3	Tryas	trinitas & trinitas
numeri/ nullo in orbe sessitāt:	Virtus	•	4	Tetras	quāritas
Superiores orbe sūt: Nulliusq;	Dominatio	•	5	Pēthas	quīntitas
circūferētie vallis obtegūtur.	Potestas	•	6	Hexas	sextitas
¶ Vnde fit iterum vt celestis	Principiū	•	7	Heptas	septēntitas
ambit⁹: p̄similis euadat ei or-	Archāgelus	•	8	Octas	octēntitas
biculo/ in quo decadis residet	Angelus	•	9	Enneas	nonēntitas
anima. sitq; celi moles: vt verissimū corpus/ hūane intelligentie. ¶ Residet quippe humana	Homo	(•)	In orbe (1)	Decas	decēntitas.

intelligētia/ i celestis orbis medio: p̄inde atq; spirit⁹ decadis/ in cētro suapte ipsius orbicularis alietatis. ¶ Angelice vero mētes/ celitē transfiliūt orbē. suntq; nude ac libere intelligentie: nullo circūferentie ambitu/ contēte/ omni spherica mole mūdōq; eminētiore. ¶ Est itaq; decas: lucidissimū hūane intelligentie vestigium. vtpote cui preclarissima insūt signa: quib⁹ liquido scrutaberē/ cur mens hūana suprema sit mētīua. Cur lunari sub orbe: deus hominū

tuor. que sumpe...
is subtrache v...
am perfectis ita habet...
rorum desumpta...
reolam penetratus.

CAP. I.

IS A MATERIA SEQUE...
denaria succedens...
bitur forma...
setorum curricula...
qui instrata intellectu...
p̄ sine corporis sub...
m intelligentiam in...
diuinitatem doming...
omnia repente vnde...
ficientem diuini amor...
nes: statimq; illam...
perferantur: eiusq; p̄...
iciter est inuenerat...
am quippe intellectu...
dam tamen materiam...
per ab ceterarum in...
legere ceruit exortem...
tinam cōtempnionem...
tendere posse in m...
abiectis: ex viliō...
am scientiam in rone...
coniectus sublo...
in extrema hūane...
ego et in suer mater...
um ordines ab succed...
perunt. Nam decas...
itas. atq; ab quo for...
m numerorū. vtpote...
tam monadis reu...
em hanc sui p̄cipio...
atis cuius p̄cipio...
gerētie monade sed...
ea parte adiecta est...
it. ¶ Huiusmodi qu...
rorum alteritate...

entie numerus. Cap...
e intelligentie id est...
vinitas: sed vinitas...
ata. ¶ Humana vero...
se: autē p̄cipam...
poris. Nam corpus ad...
urit. ¶ In decade que...
vniuersiū carac...
tis apponitū human...
is species est. Condu...

In terris vocitetur. Cur homo intelligibiliū & sensibiliū creaturātū nodus: vinculū / ac tri-
ulq; mundi intercapedo. Cur deniq; celū sit vt precipuum quiddā hominis corpus: ac na-
tua humane intelligentie sedes. ¶ Sicut enī hūana intelligentia / celesti concauo ambitur:
quo intersitit ab ijs intelligentijs / que celitē transiliunt orbē separata: inferiori regioni mā-
cipatur / sensibiliq; mūdi ac terrarū deus euadit: ita & decadis spiritus siue monas / orbiculi
cui inest intersitit cū (vt dixim⁹) ad hūc modū figurat. ¶ (1) a superiorū simpliciumq; nūero
rū regione: seorsū inferiori cui dā regiōni depurat. ¶ Seder spiritus decadis in ei⁹ orbe vni-
c⁹ ac iol⁹. Seder & hūana intelligentia: celesti sub ambitu / sola: ratiōis diuiciq; luinis particeps.
¶ Decadis orbiculus: vallū atq; intersititiū est / simpliciū & cōpositorū nūerorū. Celica quoq;
sphaera intercapedo est & obrētū velū: quo intellectu ualē / ab insensibilib⁹ dirimūt: illa quidē su-
pra orbē / hec vero sub orbe atq; in orbe degētia. ¶ Vnde fit vt p̄ oia / celū: decadis orbicul⁹ /
cōgruo responso adaptef. Hūana vero intelligentia quā celum ipsū ambit / que & est vt ce-
lestis corporis anima / decadis monadē in p̄prio orbe solam residentē: pari p̄portione imi-
tetur. Et haud imerito dictum sit angelicas beatitudines: intelligentias esse capientes val-
lantesq; orbē: ante orbem & supra orbem collocatas. Humanam vero / intelligentiam / capi
claudue ab orbe: sub ipso deniq; orbe / atq; in orbe conceptam.

¶ Cetera decadis propria. .

Cap. III.

Cur denari-
us nūerorū
vltimus

Alia causa



Ed ab his receptui canētes: cetera decadis p̄pria recēseam⁹
¶ Decadē Pythagoricus sermo: cur vt nūerorū vltimū vt omniū sūmā.
vtue omnē nūerū cōtinentē / tantopere extulerit: in promptu est. q; vt
nuper mōstrauimus / decas: humane nūer⁹ est intelligentie. Hec enī intel-
ligentiarū omniū est suprema: que & vltima diuino ferit lumie: & eius-
dem luminis: vehtante ferenteq; radio: in deū euadit.
¶ Omnis quippe (vt in libro de sapiente dictū est) hoie inferior substātia:
diuine est exors irradiationis atq; scientie. Nullo quoq; nū / in deum
contēdit: Nulla vi / predita cernit: q̄ diuinifera deoq; similis esse q̄at. ¶ Si igitur sup̄ma dei
imago extremusue dei splēdor: est hūana intelligentia: erit & ipsa decas / velut sup̄ma quedā
monadis iteratio / vltia eius species ac nouissima propagatio. ¶ Aliam: quoq; eiuscmodi
rei causā afferemus. Omne quod est: siue in nūero / siue i magnitudine: aut est punctū / aut li-
nea / aut superficies: aut corp⁹. Preter hec enī neq; in nūero / neq; in magnitudine: imagina-
bere quicq;. ¶ Punctus sōs est & initiū magnitudinū. Omnis vero magnitudo: aut linea est
aut superficies / aut corp⁹. ¶ Monas idēdē cū non sit numerus: est tamen nūerorū ori-
go. Omnis autē nūerus: aut est linearis / aut planus / aut corpore⁹: quē solidum / arithmetici
nōmīnant. ¶ Monas suapte natura insectilis / impertiq; simillima puncto / nūerorū punctū
censeat. Dyas prima monadis frequētia atq; iteratio: nūerorū linea / primusue linearis nū-
merus est. Tryas: prima est nūerorum sup̄ficies / primusue plan⁹ nūerus. Nam tryas: trigō-
nus est / post vnitatē primus. Terras vero / primi corporis nomē subit: prima post vnitatem
pyramis. ¶ Si igit̄ oīs nūer⁹: exprimit̄ monadē / dyadē / tryadē / ac tetradē: si omnē numero
rū rationem (scilicet aut punctū / aut lineā / aut superficiē / aut corpus) fontani hi numeri
ac ceterorū merito elemēta sibi desumpserē: erit eorū cumulatio ac sūma / vt omnis nūerus
vt itē sup̄m⁹ / vltimus extremusq; numerus. ¶ Atqui hi quattuor / si iuncti eant: sūmā dec-
cadis extollunt. Monas quippe ac dyas: tryadem faciūt. Monas / dyas ac tryas: Exadē. cui
addita terras: sup̄mā mox decadē pfert. ¶ Est itaq; pythagorica decas: & oīs nūer⁹ & nu-
merorū sup̄mus. quando quidē simpliciū quattuor elementorū Monadis / Dyadis / Trya-
dis ac tetradis harmonico complexu: oboriatur.

¶ Decas tetradis sit trigonus. .

Cap. V.

Decas est
tertiatrigō-
na pyra-
mis

Aliud decas
dis p̄priū



Adē ei de causa decas tetradis trigonus / esse conuincitur. q;
in intermissis a monadē / ad tetradē vsq; nūeris cōflef. ¶ Est & tertia trian-
gulariū pyramidū. que ab exade tertio triangulo / per tryadē triangulū se-
cundū fastigata: in sup̄reme monadis erigit̄ acumē. ¶ Nam senarie basis
insidens tryadis catyllus: tryadi vero sup̄addita monadis atomus: tertiē
mete pyramidisq; figuram / denis vnitatibus tribusue trigonis restituunt.
¶ Rursum decas: alio quodā fulgore / euadit conspicua. Que etenim sub
triangulari appellatōne: nūc vt quartus trigonus / nunc vt tertiātri-

gonam pyramidis finit: quadrata cubicaue collatione; linearis numeri ratione venit finienda. Eius enim punctum est monas: Eius quadrata hecatontas. Eius cubus millena frequentia. Duca namque per seipsam decade; perficit hecatontas. quae rursum decade crebescens: millia parturit. Unde sit ut hecatontas quatuor prime numerorum in arithmetico abaco naturales positiones accedat: 1. 10. 100. 1000. cum quatuor primo generis numeris/Monade/Dyade/Tryade ac Tetradem: patet esse proportionem habere dinoscant. Primi namque quatuor huiusmodi numeri. 1. 2. 3. 4: omnibus sibi numerorum ratione (ut elementarij & simplicissimi) deueniant. Nam monas (ut diximus) punctum: Dyas lineae. (1) (2) (3) (4) Tryas superficies: Tetras vero corporis ratione censet. Puncta Lineae Superf. Corpora Omne autem quod in numeris est: aut punctum est Aut linea: (1) (10) (100) (1000) Aut superficies/ Aut corpus. Primarie quoque arithmetici (1111) abacti sedes: ceterorum uero numerorum mansiones ac status: comparat sibi rationes/ generati indidere. Monas quippe punctum: Decas lineae: Hecatontas/ superficies. Millia corporee perfectio: nis ac plenitudinis obtinet nomen. Est enim hecatontas/ quadratus decadis: Millia uero/ decadis cubicam implent mensuram. Monas simplex est & ipers: unico caractere scriptitanda Decas uero geminis scribitur notulis: perinde ac dyas/ binis unitatibus aggregata. Hecatontas formulas habet tres: quotquot & tryadi insunt unitates. Millia uero/ quotquot tetradi insunt unitates: totidem formulas inuolunt/ unitate trinisque priuationum notulis hoc pacto exaranda. 1000. Si igitur has quatuor elementarias numerorum sedes/ iunxerit quispiam: numerum ex his elicitur Millestemum centesimum. id est 1111: oim numerorum summum ac ultimum omni ratione finitum. Hic enim numerus simul erit & punctum & linea/ & superficies & corpus. Constabit ex omnibus que sunt: Par erit ac proportionabilis decadi. Nam decadem ex quatuor simplicissimis elementariisque numeris. 1. 2. 3. 4. coaluisse docuimus. Sed iam habundantius de decade locutus: sequens endecas/ in sua uocat penaria. inde prompturos: que sint eius insignia atque armamenta. quibusue proprijs/ inter duodenos (quibus de intendimus) numeros: spectandam sese exhibeat.


DE ENDECADE.

CAP. I.


ENDECAE UT NONNULLA NOSTRA DOCVIT EPISTOLA:



scirpus & coniugium est pentadidis & exadis: in arcu semicirculi. Nam diducta in partes septenas/ circuli diameter (que est & semper triserie distensio ac corda) eadem quantitate medius circuli arcus in partes videnas resoluendus occurrit. Porro pentadidem exademque monstrauimus: hinc esse cunctorum numerorum luminaria/ hinc esse tantum duos esse/ quod singulari ac nitidissima face (qua circularium numerorum sunt radices) in uniuersa numerorum serie: euadunt pre ceteris spectabiles. Nepe impar ac mascula pentas: soli comparat. Hexas uero par atque euitata: est ut luna. Nec tamen igitur endecas: ambas numerorum lampades. quae quantumcumque crebescant (vel si sine modo immultiplicent) naturalium luminarium more/ fax earum haudquaquam fatiscit. Nulla sui progressione lascescit. propagatio nulla imminui aut resingui potest. In his enim numeris & pentas & exas pellucet: In his uero/ ut mete ac definitiones splendescunt quos absoluto sui productu id est in semetipsas aut in proprios seque ductu ratione/ pulchre. Adeo ut a mbarum lumine sit



Tantum duorum numerorum luminaria pentas & exas.




extinguibile ac vis eorum in pollari nequeat: qui ois earum prorsus in exitu: principij sui formare ferat atque effigiem

ij

Cap. III. cetera decadis... Cap. IV. tetradis trigonis... Cap. V. exadeo...

¶ Hi enim duo numeri vnici ac soli sunt inalterabiles: & (vt sumē) sine imutatione secundi. Per similes itē sunt sumo omnium opifici deo: cuius per medias creaturas / ad imam vsq; mansantelargitrix indefessa progreditur. **¶** A deo enī pfecta ois substantia: tamē nulli i plerisq; distat sitq; dissilis: aliq; tamē ui pte illū imitat atq; in suo principio stabili. Ita & oēs aut penthadis / aut exadis effect: licet i plerisq; (vt in superioribus formulis ac notis) ab suis foribus atq; initijs discedant: suamue demutent originē: extrema tamē sui parte ac suprema notula: in sua recurrūt in itia picipijs sinē copulantes. quemadmodū & subdita pandit descriptio: in qua ab vtraq; radice penthade & exade: pullulascūt in geminas hinc idē arbutulas: rotūdū circularē sue numeri. quorū primogenite formule / q̄ supra radices in stipitib; collocant: similes ipsē radiceb; sūt. Cetero vero q̄ in cistris & ramusculis collocantur: dissimiles sunt. **¶** In exadis vero arbutula: numeri prepostere sūt lectiādi. Endecas autē inferi; apposita / concursus est radiceb; vtriusq;. lam vero ipsius endecadis residua propria scrutemur.



¶ Residua Endecadis propria.

Cap. II.



I(vt Pythagoras voluit) decas vltimus est nūer: aut sequēs endecas / nūerus nō est: aut principatū quendā inter nūeros obtiner. **¶** Quod enī vltimo / supremoq; succedit: aut onio non est: aut inter ea est primum: q̄ ab huiusmodi vltimo postergant: queue eidē subsūt. **¶** Decas limes est intellectualis regionis. Meta est (vt diximus) simpliciu & imaterialiu numerorū. **¶** Nā neq; ipsa ex toto simplex nūerus est: neq; omnino permixt; atq; cōplexus. sed est superiorū & inferiorū intercapedo: rationali p similit animē. Hāc enī in intelligibiliū & sensibiliū cardinib; ac valuis collocatā mōstratum est: atq; vtriusq; / spiritualis & corporee nature esse participem. **¶** Erit igit endecas merito vt sensibiliū primū vtue priā mere sensibils creatura. illiq; prius: inter cōplexos ac secunde regionis nūeros / est iure tribuēd;. **¶** Decas siquidē perinde atq; rationalis aia / velut pmixte nature: neq; intellectualiū neq; sensibiliū inferi ordini poposcit. sed in vtriusq; medietate residens / ac fortis vtriusq; pteices: hanc ab illa / regione dirimit. **¶** Vnde fit vt sicut Enneas / intelligibiliū dicta est vltima: ita & modo endecas sensibilib; sit priā vocitāda. Est enī edecas decas & vnitas siue priā vnitatis i decade positio. **¶** In simplicib; nūeris: pgressio fit a monade ad enneadē. In scōtis vero mixtisq; frequētis: par ab endecade / ad decimū vsq; nonū / progressio se extendit. **¶** Simpliciu numerorū sedes: id ipsū est quicquid monade antiquius. Nil autem rimabere monade excelsius ac prius: q̄ ipsam priuationis formulam / q̄ negationis numerorum orbiculū. qui in omni nūerorum progressu: sicut mente / ante monadē concipit & intelligit ita & stilo ante monadē exarandus erit hoc pacto. 0. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. **¶** Quod si dixeris nichil esse ante monadem: Nullā ideo illi anteferendam notulam: & hoc ipse partim assentior / partim inficiari pergo. Ac verum quidem fatebor: nichil prius esse monade. Dicam attamē haud a ratione videri alienum: si id ipsum nichil / quod ante cunctos numeros est / post quod vnitas emergit in lucem: quadā priuationis nullitatis notula propigat. **¶** Scribe enī imprimis nūerorū nichil: id est exiguū priuationis orbiculū 0. Deinde vnū: Hinc duo / rursus tria. Erit vsq; ad enneadē. Coueniētius hac lege: simpliciu numerorum scrutaberis sedem. **¶** Eorū quippe sedes / que priuationis orbe exaratur: ad eosdē numeros / erit velut deus / ad immateriales angelorū substantias. **¶** Eximunt siquidem theologi deum ab angelicis ordinibus. illum priuatione / negationeue definiunt. Nullam illi indūt allinuntue speciem. Angelicorum ordinū sedem / sulturam / statum / positionem & in esse / iugem custodelam appellitant. **¶** Igitur si per priuationem finitur deus: cum nichil esse dicitur / eorum que sunt: cum ante omne esse / & omni esse stabilitur eminentior: erit deus / vt simplicium numerorum sedes. vt orbis ipse sine specie / simplex / vacuus / inanīs. vt itē speculū sine imagine / sincerū ac nudū.

Decas hinc itelle-
ctualis regi-
onis.

Endecas vt
sensibilem
primum

Ratio.

Quid sit
monade
antiquus.

a dextris in sinistrum / sit ordinum progressio.

9	8	7	6	5	4	3	2	1	0
19	18	17	16	15	14	13	12	11	10
Angeli	Archangeli	Principia	Potentia	Virtutes	Dignitates	Troni	Cerubi	Sera	Deus
Materia	Elementa	Mixta	Plantae	Frutices	Arbores	Serpentes	Nata	Mata	Itio

¶ Nam in eo progressu liquet accessu monadis in orbē (quem simpliciū nuerorum ordini velut eorū sedem prescripsimus) fieri ac gigni decadē. Neq; aliud esse decadē: q̄ sessionē monadis in orbē: q̄ susceptā in speculo imaginem: q̄ deniq; separatoriū monadis inquam ac sue sedis) coniugiū. ¶ Que eni in superiore nuerorū ordine visūtur separata primū scilicet orbiculū ac monas in secūdo coeūt ordine. cōfiātq; secūdorū nuerorū sedē: decadē: exorbe & monade. Ex orbe tanq; speculo: Ex monade vero tāq; illi idita ac in eo recepta imagine.

¶ Vltior analogie extensio. .

Cap. V.



Sicut enim purus nudusue orbiculus nuerorum sedes est simplicium: ita & decas tertium cōpositorū futura est: deo vero nouē angelicarū mentiū. Homo vero cūctorū status ac sedes est sensibilū: que in tertio sordines sumus dispartiti. ¶ Nam cū simplex vnica & indiuidua sit humana ratio: quecunq; illi subsunt in tria secūmus: In ea inquam sentiunt: que viuūt: que sunt. Atq; horū quodlibet: docuimuse esse trinū. Sensum trinū: Trinā vitam: Trinā substantiam. Vt igitur eo repedemus vnde digressi sumus: palam est decadē: secūdos inter numeros esse maximatē. sitāq; e regione monadis & scrupularū mentiū & alatorū aialium. Sicut eni in simpliciū nuerorum serie: post priuationis orbiculū numeram⁹ ac scribit⁹ vnum: ita & in secūdis nueris: stata imprimis decadē: velut eorū sede: rursū post decadē nueram⁹ vnū siue endecadē. ¶ Sed iam sequentia absoluamus endecadis insignia. Ex his nepe q̄ nuper protulimus: liquet endecadē non nichil ad hūanā pertinere animā. Nā dixim⁹: decadē humane anime esse numerū. Constat autē decadē: ab orbe priuationis: ab sede simpliciū atq; imaterialiū nuerorū o: vndecimo nuerari loco. vt pote que ab vnitrate decio loco nuerat. Animam quoq; nostram constat pari (id est vndecima) māsione: imense creaturarū priuationi scilicet deo) subsidere. vt que ab aurora siue a prima lucis emicatioe: hoc est a prima intel'igētia (Nam de tenebre quedā sunt) decima statione castrametata: ac residet. ¶ Est igit decas nuerus aie inter creaturas: Endecas vero nuer⁹ est eiusdē simplici⁹: ab his qui a cetero iter creaturas deo: deū vt entū primū vtue cūctorū monadē noinitant. ¶ Sed ab his ppēsa & circūspecta vt opere p̄ciū fuit Endecade: i residue dodecadis caltra trūpam⁹.

Endecas ad animā spectat.

¶ DE DODECADE. .

Cap. I.



DODECADEM EX EPISTOLA NOSTRA AVDISTI: PRIMVM esse feneratoriū vitalēq; nuerū. quem Arithmetice discipuli ratio: habūdātem seq; transiliētē nūcupare solent. ¶ Hic eni postea q̄ sese partū cumulatione restituit: secūdo p̄tū seip̄ū exuperat: seq; igitur fenore redimit. p̄ multis plāns cūctisq; vniētib⁹: quorū vitalis act⁹: suapte ip̄tus vi ac naturali fecūditate totū substantiā transilit: eaq; p̄fert succis irriguis: q̄bus cūctose debito p̄soluat. Gignit ei aut flores: aut solia aut fruct⁹: q̄ decerpens depascensue hō: aut aial: ip̄am arboris substantiā. sinit linq̄itue intradā. ¶ In cadē quoq; epistola: docuimus dodecadē nuerū esse spherici totū ambitus. q̄ sicut quicqd circulo eidē in plantudie ac sup̄ficie circūponit: corona est: ac cingulū terduorū circularū: ita & omne id quo sphaera vna p̄ vniuersas positionū locorūue differētudines: vndecunq; obtegit: sit duodeci spherarum eidē equaliū: concaua deuexaq; amplitudo. ¶ Dixim⁹ & dodecadem geminis de causis mysticū esse nuerū: Impris q̄ eandē magi maximo pere venerātur: vt nuerū ingentiū magnarūq; mūdi potestati. quas omne mūdi regimē vniuersaq; tēporum fata: inter tetradū dispartitas. Siue q̄ duodeci gēres natas ab adam ac duodenis partib⁹ diuisū esse seculū in sacris libris lectitam⁹. ¶ Secūda vero causa: que dodecadē sacra anagoge venerandā plenāq; mysterij ostendit: & ex prisca illius veterisq; restamēti & ex noue recentiorisq; legis intemeratis sanctionibus depromit. Cis etenim electorum filiorūq; dei turba (tam hereditaria ex hebreis: q̄ ex gentib⁹ acquisita) sub duodecim patrū principatu: sub bis senis altitū deo virorū columinibus: sub apostolica ac sacra colūnarū mūdi chorea: absoluit: atq; in deum: sacris ascensibus prouelitur.

Dodecas vitalis nuerus est.

Dodecas nuerus est totū spherici ambit⁹

Dodecas geminis de causis mystic⁹ nuer⁹.

¶ Civitas hierusalem in dodecade. .

Cap. II.



Moses

Vrsum dodecas alijs sese offert meritis extollēdā. Nam denis
 do decadibus id est centenovigesimoq; numero: post impiorum gigantum
 et ansgressiones cataclysmo piatas promēsam a deo humane vite periodū
 quam mortalium superuiveret nemo) tradit lacrarum scripturarū diuina
 sanctio. Eundem quippe annorum numerum: sacrum populū dei nomo
 chetem Mosē/ constat peregisse. Hic enim quadraginta annis/ Egyptū
 coluit: dux sub Pharaone Egyptie militie. Quarta vero decade/ pfugus ex
 Egypto sequentibus quadraginta annis/ pascendis ouibus operam dedit:
 gener sacerdotis Madiamitarum. In exitu porro octauae decadis: deo sub inambusti rubi flā
 ma conspecto reuersus in egyptum: populi dei pastor octogenarius est institutus. Demum
 qua draginta annis/ sacro perfunctus populi dei pastoratu: peracto omni diuinito
 māgisterio: decime dodecadis artigit periodum. Cumq; querereturq; adhuc vegetus disce
 deret e medio: responsum eidem ferunt ab astante numine: neminem vnq; mortalium des
 curso hoc annorum articulo fore superstitem. Homini quoq; nullo supra decimam dode
 cadem (id est post centenos ac viginti annos) in terris perennandum. ¶ Et si hunc decem
 dodecadum humaneq; vite numerum altius intruere: eundem decimum quintum depre
 hendes esse trigonum. qui et patrium frequentia numerosissimus est: et ingenti fenore sese
 transilient atq; exuperat. Vt enim trigonus est: gignitur congressu cunctorum numerorū
 a monade/ ad penthade cadem: in hunc modum

Decimus
quintus tri
gonus.

1	2	0
60	1	2
40	3	4
30	5	6
24	7	8
20	9	10
15	11	12
12	13	14
10	15	16
8	17	18
6	19	20
5	21	22
4	23	24
3	25	26
2	27	28
1	29	30

¶ Admirandus autē est: q̄ tantis restituit numeraturq; partibus: quotus ipse trigonus est
 Habet erum partes numero quindenās. quas omnes qui iunxerit: eius duplum/ id est ducē
 tos quadraginta restituet. Et si suis quoq; partibus ipse adiciatur: triplum ipsius id est trecē
 totum et sexaginta numerus emerget. ¶ Est itaq; humane sub celo degentie peregrinatio
 nisue numerus: seipso toto secundus et habundans. seipsum quantum est transcendens: se
 met congenians/ sese integre restituens: seq; totum/ toto seipso compensans ac redimeas
 Equa enim lance feneratus: paria sibi et precia et tributa exoluit.

¶ De numero humano. *

Cap. I



T cum numerus idem humane periodi/ decimus quintus trigo
 nus sit: iunctus cū superioribus trigonis/ ad vsq; vnitatē: dempra a toto/ vna
 tessere decade: numerum conflat 666. qui a sacris eloquijs/ vt hominis nūer
 celebratur. Qui enim (inquiunt) habet intellectū/ computet numerū bestie.
 Numerus enim eius/ nūerus hominis est: & numerus eius: sexcenti sexagi
 ta sex. Hunc numerū cum de exade loqueremur: docuimus esse trigonum/
 sextum supra trigesimū eūdemq; gigni/ assiduis ab vnitrate nūeris: ad sextū
 vsq; & trigesimū iunctim eūtib; . siue ab octadecade/ in septimū supra
 tricenos multiplicata. ¶ Idem quoq; cōsurgit ex quidecim trigonis: dempra vna tessere de
 cade/ vt presens indicat formula.

Numerus
hois 666.

Alia hūani
nūerisup
putatio.

1	3	6	10	15	21	28	36	45	55	66	91	107	120
		680		14		667							
Totum				Differentia				Hūanus numerus					

Nam cuncti trigoni/ ab vnitrate ad decimū quintū trigonum/ id est ad 120/ coacti in vnum/
 sexcentos & octogenos reddunt. qui sexcentos sexaginta sex/ decimo quarto superant.

Alia eius
inuestiga
tio.

¶ Idem rursus humane nūeris/ aliquo p̄to dodecadis ratione scaturit atq; profertur.
 Si enim duodecim primorum quadratorum sūmam/ quarti quadrati/ id est decimifexti au
 mēri sūma suppleuerit: sexcētesimus sextus inde exorietur/ vt subiecta docet figura.

1	4	9	16	25	36	49	81	100	121	144
		.650.		.16.		.666.				
Sūma omnium				Addendum				Hūanus nūerus.		

¶ Vnde fit vt huiusmodi nūerū hūanū/ a decia quinta trigona pyramide/ superē sola tesse
 redecade. duodecimā vero tetragonā pyramide: q̄rto quadrato/ sc; decimo sexto trāsiliat

CAROLVS BOVILLVS GERMANO GANAIO. S.



VPREMA VISITATIONE TVA / SVAVISSIME GERMANE: IN
ciderat inter nos sermo de senario numero: quante sit dignitatis
atque virtutis: quamque pre se ferat: diuinorum anagogem. precipue cur in
apocalypsi numerus idem bestie atque hominis trinum primarum vni
tatum diffinitur senario / sexcentorum scilicet sexaginta et sex. & qua sit is nu
merus / supputatione: peruestigandus. ¶ Hec autem / hac ratione constât.
Creauit deus / sex diebus vniuersa / et sexta quidem die hominem. Ideoque
et finis mundane creationis homo est: et senarius est humani numeri radix.

Septenarij

¶ Hac igitur arte / numerum totum humanum: ex senaria radice elicies. Duc sexti et trige
simi / qui senarij quadratus est / medietatem / id est octodecim: in numerum vnitatis / sexto et
tricesimo maiorem / id est in 37. Hec enim multiplicatio: numerum mox proferet humani
666. de quo / hec in Apocalypsi legimus Qui habet intellectum computet numerum be
stie. Numerus enim eius / numerus hominis est. Et numerus eius / sexcenti sexaginta sex.

¶ Hic enim numerus humanus / est sextus et trigessimus triangulus. quem ab vnitatis / ad
trigesimum usque sextum / numeri omnes collecti efficiunt. ¶ Rursum septimus numerus
(quem rite aiebas: numerum esse complementi omnium) numerus est plane mysticus ac to
trius diuinitatis. Perfectis quippe omnibus: reuocata septimo die in seipsam diuinitas: ab
omni quiete opere / quod ante pararat. ¶ Sunt item septem mundi maiores Rectores / pla
nete. Septem itidem minoris mundi lampades et cognitue virtutes: quibus ad instar ma
ioris / minor illustratur. Tactus scilicet Gustus Olfactus Visus Auditus Imaginatio et Ratio
Sunt et septem primates angeli: qui in conspectu dei sunt. e quorum numero Raphael vni
se esse testatus est. Ego inquisum Raphael archangelus vnus ex septem / qui astamus au
te deum. Vniuersorum autem ipsorum nomina: magi hec esse volunt: Samuel / Vriël / Zachari
el / Anaël / Michael / Raphael / Gabriel. Hec profecto septenarium / haudquaquam mysterio ca
tere luculenter aperiunt. V A L E Exsancuria secunda Junij. 1508.

¶ Carolus bovillus Germano Ganaio Regio consiliario. S.



XTREME LITTE RE MEE SVAVISSIME GERMANE: AD
n uerū septem planetarū / maioris mundi rectorum: septem in homine mi
e rocosino lampades ac luminaria esse docuerunt Intellectum / Imagina
tionem et exteriores sensus quinq. Duo luminaria magna sunt intel
ctus sol: Imaginatio autem luna: Exteri vero sensus / minora sunt lumina
ria. ¶ Sensuum autem exteriorum / differentie plurime sunt. Alius quidem
in toto est animalis et genere et corpore. Vt tactus omnium abiectionis.
Is enim et cuius animalis: et in omni eius parte inest. Ceteri vero quatuor:
or: nec in toto animalis genere: nec in quavis corporis parte sunt siti.

Defectibus

Tactus

Gustus

Olfactus

Visus

Auditus

¶ Postergato igitur nunc tactu: admirare quanta vniuersitate / quā decoro ordine / natura pecu
liares quatuor sensus: Gustum / Olfactum / Visum / Auditum: in animalis / presertim hominis
animalium omnium speciosissimi capite collocauit. ¶ Primus enim gustus: alimentarie
substantie sensus: velut tenelle adhuc et exigue virtutis / alimoniam ipsam cominus / inter
no duraxat carneque medio diiudicat: vnoque se atque in diuiso continet organo.
¶ Mox olfactus positione superior ampliorque viribus: sua congeminat organa. aperitque sese
in geminas nares: tenui admodum cartilagine distantes. ¶ Visus et ipse superior olfactu
amplioribus quoque predictis viribus / in geminos adaperitur ocellos: latiore naribus inter
tio: vt naso toto dispartitos. ¶ Supremus auditus quā ceteris prestat: plusque expatet sese: aures
iudicant: interstite capite toto abiuncte. ¶ Attende igitur iam ad eam pyramidem / quam
tibi ex his elicio: humanam faciem / plurimum / venustantem. Conus enim eius et summitas
caryli residet in lingua: In aumbus vero basis.

¶ Partitur autem in huiusmodi figuris / spiritus ipsos in quattuor: Imperatores / Duces / Co-
nites et Seruos. Imperatores autem totius orbis esse tantum duodecim: quotquot et ven-
ti a philosophis esse traduntur. Ex his quoque quattuor precipuos designat orientis / meri-
di occidens et septentrionis: quos vt magnos imperatores appellat. Sub quolibet im-
peratore statuit duces puto trigenos aut quadragenos. Sub ducibus singulis: rursus comi-
tes / maiore numero: et seruos sub comitibus in numero. ¶ Hoc igitur pacto ad artis sue effectum
conuertitur. Cum vult distante amico / sua adaperire consilia / hec enim sua vocat secreta /
scribit epistole loco / orationem quandam mire sanctitatis et deuotionis furo affectatam.
eamque caractere cuiuspiam duodecim imperatorum / imprimi: et ad amicum qui suam
(vt ait) nouerit artem / mitti. Exceptam igitur chartam / aperit is amicus: et in calce epi-
stole / characterem imprimis cuiusnam sit imperatoris attendit. Si est orientis princeps: ver-
sus ad orientem / litteras in eam celi plagam patentes expandit / requiritque confestim ex su-
is libris: quibus adiurationibus / princeps ille cogatur: vt suorum quempiam subditorum ad
se mittat. Elicit autem adiurationes duas: Ac primam quidem super patentes adhuc litte-
ras / spectansque in auroram profert, qua rite prolata: mittit illico imperator ille / quendam suo-
rum aut ducum / aut comitum / aut seruorum. qui protinus aduolans / sit viro eminens visibi-
lis: velut nebula aut caligo / in aere pendula. vbi deinde secunde coniurationis verba ex-
pleuit: spiritus ille pius accedit. cominusque ad eius aures: expetita amici secreta / ppalata ac
nunciat. ¶ Sunt autem (quod sentiam) adiurationes ipse haud continua et inexta oratio: sed ag-
gregatio quedam nominum / ipsorum spirituum: ad varium quendam magicæ artis mo-
dum ordinatorum. suntque huiusmodi nomina (vt superius expressi) omnia ferme ignota: ve-
lut Arabica / Hebraica / Caldaica / Greca. ¶ Memini tamen me / in ipsius opere ita legisse. Hi au-
tem spiritus / perniciosissimi sunt et nequam. Odio quæ maxime habent lucem. Tenebras
diligunt: Forti adiuratione opus est: vt ad necessaria nostra cogantur. Quæ si in his aditum
dis territus / pauxillum trepidaueris: aut in explenda adiuratione (sive vocabuli omissione
sive seriei imutatione) aberraueris: te illico necabunt. Hos igitur tam in vindictam para-
tos / quis a deo erit mente captus et emedullato syncipite: vt bonos clemensque spiritus esse
probet. ¶ Ex his autem erat ille: qui Cham filium noe dictum Zoroastrem ambussit. Hic
enim cum primus esset magie assertor: a demone / quem importune nimis (plurima semper
interrogans) fatigabat: flammis / responsi loci accipiens penas dedit. ¶ Reperit eum in eo
opere complures passus: in quibus multimodi mulierum raptus edoceantur. Quo item mo-
do: in vitorum amorem / alluceant inducanturue puelle. Sed et flagitia alia quæ plurima
impium illud vtriusque flammis (meo iudicio) dignum opus / perpetrare docet.
¶ Vidi in eo adiurationes nonnullas quas vocat potentes: quibus possit vnusquisque / qui as-
siduo cupidum spiritum vt in ministerio / alligare apud se spiritum ac cogere: vt in eius domo ma-
neat semper / eius in cunctis famuletur. Ceterum in semotissimo (vt ait) a turba loco / is spi-
ritus locandus est: ne temere ad se ingrediens necet. ¶ Denique his omissis / ad virum redeo
quem qualis sit / ex fructibus eius quos tibi subiecisti / diuinosces facile. Tria ipse michi cecinit
vaticinia. Duo: quæ statim vera esse compert. Tertium vero futurum sit / ignoro. Erat autem pri-
mum / de quodam Eluetio: quem vt itineris comitem / mecum aduexeram. Ita quippe ad eum
orsus est. Eluetus es: Pater tuus et mater mortem obiere. Patrum habes et fratres duos:
Sororem habuisti religiosam: sed iam in monasterio vita defunctam. Hec profecto de illo
ita habebant: cum atramen virum / haudquam nouisset. ¶ Deinde cum non nichil ei
indicassem: quod michi noster Stapulensis aliquando expresserat / illico subiunxit: Is a quo
id audisti: aut impressor librorum est / aut eiusmodi est: qui illos edere ac elucidare curet.
¶ Rursum cum de mundi irreligiositate / sermo inter nos incidisset: predixit / venturum bre-
ui quendam sanctum pontificem / nomine vrbantum. qui ecclesiastice pacis verus Zelotes
illi apostolica dignitate preesset: eamque ad meliorem immortalitatis frugem conuerteret.
¶ Rursum prima die: qua ad eum diuertit: cum de viro quodam loqueremur / qui in itinere
nonnulla a nobis furto abstulerat: Possum inquit (si tamen credis) cogere furem vt huc ad
nos rebus tuis onustus / protinus reuertatur: referatque secum: que abstulit. Ast cum dubia es-
sem si de nichil noui ac insoliti operis ab eo patratum est.
¶ Narrauit quoque aliquando edocum semel a se quendam principem Germanum: prius
illiteratum vna hora legere / scribere / latine dicere: ita vt epistolas dictaret. Sed et priusquam il-
le abcessisset: ab eo omnia substraxisset indoctum vt prius reliquisset.

Cham zo-
rastris.

Qui igitur fiet vt hec sine spirituum adiutorio operetur. Solatium interdum illi est in istru-
 menti musicæ s; precipue in cythara. atq; se neminem in vlla arte habuisse preceptorem:
 sed per semetipsum latinam etiam linguam didicisse. Eius monachi pleriq; alkimie illi inani
 & fallacissime diuitiarum exhaustrici idedunt. Aiebat se grauis admodum tulisse vulgatione
 epistole sue ad Arnoldum bohemum q; quicq; in ea mentiatur (posse quippe et alia multa &
 diffici/iora: q; que in illa contineretur operari) Sed q; vbi tam publica est facta: haudquaquam late
 re amplius potuerit. Nam certatim omnes ad eum / vt magum virum conuolare ceperunt.
 Sunt et alia q; plurima / que apud eum vidi / aut ab eo audiui. quorum vix aut meminisse / aut si scri-
 beretur: vereor ne prolixitatem orationis nostre haberes pertesam. Satis supraq; me fecit
 se videor / si tibi hec exposui: quibus liquidius et viri et artis / quam pollicei fuerit (ne dicam
 mendacia / tibi patefiant. V A L E. Ex sancto Quintino. 8. Martij 1509.

De monachis in mo-
 Spanheim

Carolus Bouillus Germano Ganajo Regio Consiliario. S.



Vpis optime Germane / frequentius ad te scribi. et conscius fieri eorum /
 que indies nobis metis promptuarium parturit. Aperiam igitur nunc ti-
 bi contemplatium culam: in qua ex numeris / velut casu quodam sum deuoluit. De quina-
 noueram dudum ex Arithmetica: q; vnitati numerorum fonti: et q; sequens nũcro
 tibus simplicibus numeris (preter quinarium) ad denarium vsq; dignitas
 ac secretior intelligentia inerat. Vnus quinarium / michi haecenus ferme si-
 ne mysterio esse visus: in admirationem me haud inmerito couerterat. que
 tamen ceteris ampliolem: excunctorum sensibiliũ substantia deprehendi

Omnia que sub luna visuntur: confiant phisici / ex materia et forma.
 dicuntq; hec duo materiam et formam: esse cuiusuis rei totam integram q; substantiam. At
 qui materia et forma simul: quinarium adimplent. Nam materia / quaternitas quedam est:
 et quattuor elementorum (simplicissimorum mundi corporum) complexio: Forma vero est
 vnitas: que quattuor elementis / pacem imponit: eorũq; quaternitate moderatur. Est igitur
 gnari / numerus et metrum compositionis sensibilium omnium substantiarum. Quic-
 quid enim cuius mixto inest / preter formam: de natura est alicuius elemeti. Formam vero
 haud elementarem esse: sed celestem imitari naturam / inficiabitur nullus.

Quo fit vt omnis sensibilis creatura: sit ex quinario / id est quinq; essentis conflata. Simi-
 lis enim est matori et visibili mundo: qui ex quinq; maximis et visibilibus constat corpori-
 bus: Terra / Aqua / Aere / Igne / & Celo: tanq; ex materia et forma. Permutabilis quippe et
 fluxa elementorum quaternitas: est vt mundi materia. Celi vero vnitas fixa ac stabilis: vt
 eiusdem mundi forma. Plura mi Germane et scitu dignissima: per huc quinarium rimari et inda-
 gare licet: his qui eo / et tempora et loca secuerunt. Hec tamen aliis litteris duco referenda
 locandum parumper est de Alkimistis: quos inde putarim / sue artis desumpsisse initia. Vo-
 lunt quippe ex omni sensibili substantia: secretionem quattuor primarum et elementarium sub-
 stantiarum: quintam illam celestem / precipuam et incorruptam essentiam relinqui / omnib; /
 aptam visibus humanis. Et haud fortassis ratione et intelligentia carent: sed dumtaxat ope-
 re ac fornace tenuis / errare probantur. V A L E. Ex nostra sancuria duodecima augusti. .1509.

Alkimiste

Germano de Ganay Carolo suo. S. D. P.



Accepi litteras tuas: in quibus de quinario lepide philosophabaris. qua q; et
 Plotinus / de eodem aliam affert philbsophiã. Tua tamen neq; absona
 neq; indigna est. Et aliquid addidissim de ea: nisi res presentes
 alio cogere animũ deflect: ab ocio et philosophia / ad negocia et agẽ-
 da seuocantes. Et cum michi ex sedula epistolarum tuarum visitatio
 ne / rem gratam facias: facis attamen gratiolem: q; ea scribis / quibus per
 multum philosophice medulle inest. que animum cum oblectant: tũ sua
 pinguitudine saginãt / pascuntne vberime. V A L E. Et quia scribas
 frequenter: nequaquam omitte. Parisiis 29. Augusti. .1509.

Plotinus

Carolus Bouillus Germano Ganajensi designato presuli Cadurcensi

Vertical text in the left margin, partially obscured and difficult to read, likely bleed-through from the reverse side of the page.


De senario numero




Vpremo nuperrimo q; epistolio preclarissime Germane; quinarium tibi qua-
 lis quantusq; sit in rebus naturalibus consilandi aperui. Nunc proximus
 illi cognatusq; senarius: trutinandus parumper ac medullitus inspiciedus e-
 st. Audi imprimis qua ratione quinarium contingit. In cunctis numeris
 (vt Arithmetici aiunt tantum hi duo sunt circulares: circulariumue nu-
 moru radices. Quinarium enim vt prior et impar: masculus est. Senarius
 vero vt par ac posterior: femina. Est enim impar numerus: actus & forma
 quedam. Par vero / potentia et materia. In infinita igitur atq; immensa
 numerorum serie: humana mens vnicum reperit actum / atq; vnam tantum potentiam: in-
 variabilem / inalterabilem, et qui quauis sui suorumq; multipliciu multiplicitate: in sese re-
 uoluuntur seq; ipsis finiuntur. Id enim circulare sphericumq; dicitur: quod quantumvis ambi-
 tu / seipsum redit finemq; principio copulat. Auge seipso quinarium: surget quintus et vi-
 gesimus. qui quinario auctus: centum et vigesimum quintum profert. Hic rursus quina-
 rio crebreicens: expatat se in sexcentisimam et vigesimum quintum. qui omnes vno quinarium
 limite clauduntur eoq; finiuntur. Porro senarius sese couoluens: sextum elicit et trigesimalum
 In quem et ipse ductus: gignit ducentisimum decimum sextum. qui rursus senaria multi-
 plicatione: ad 1296 / excrefcit. quibus omnibus vna est definitio / terminus vnus / senarius.
 Atq; si inueniamur quinarium senarium / suos ipsi multiplices augeant: nullis vsq; aliis q
 suismet radicibus / ipsorum multiplicium ambitus coerceri finiriue poterit.

Vides profecto haud plures q duos circulares sphericosue numeros / in tota numeroru
 serie esse spectabiles: tanq geminos omnium oculos et ingentia luminaria: maius alterum
 alteru minus, masculu quoq; et feminam. Sed quid rursu ex ip-
 sis eliciam attende: quoue modo ex Arithmetica in geome-
 triam metis acumine penetrare liceat. Capio tres numeros vni-
 ales: id est sola vnitare distantes 5, 6 et 7. Quinarium masculu
 est: Senarius femina: Ambo autem circulares. Atqui masculu
 et femina nasa copulant: vt actus et potentia / vt forma & materia
 constantq; vnum aliquod ens. Iungo igitur quinarium sena-
 riumq;: quibus fit vndenarius. quem cum septenario numero dico numerum esse semicir-
 culi. Nam semicirculu figura est: ex tota semidyametro & medietate circunferentie. Nume-
 rus aut dyametri septenarius e: circunferentie vero vndenariu. qua
 doquidem qua quantitate / totam dyametrum septenas in partes se-
 cueris: eadem et circunferentie medietas / in partes vndecim dispart-
 ienda occurrit. Coeunt igitur natura in arcu medio / quinarium et se-
 ptenarius: Septenarius vero amborum est distensio et corda. Tres quoq;
 numeri: quinarium senarium et septenarium / miro quodam complexu /
 hemicicli consflare figuram coperiuntur. Hemicicli enim numerus est
 18: ex numeris arcus et corde. Totius autem circuli numerus / est sextus
 et tricesimus: ad hemicicli numeru duplus / ipsiusq; quadratus.

Numeri circulares		
5		6
125	5	366
125		216
625		1296



Haecenus tecum egi de senario: vt ad quinarium / illu conferebam
 eodemq; nomine / circulare vtriuq; nuncupabam. Volo autem qd
 proprii illi insit tam afferre: et geometricis initijs: in transcendentem
 aliquam diuinamq; veritatem / subtiliore mentis indagine couehi.
 Scribo in quauis superficie / circulum vnum. quero quot illi circu-
 li equales: circunscribi queant: quoru proximi quicq; duo et duo / se-
 inuicem mediisq; circulu contingat. Reperio a sex circulis: oem & mu-
 tuu et medijs circuli attractu compleri. Elicio igitur ex his vnitatem /
 numeru esse centri: Senariu vero / circunferentie. Totius aut circuli
 numeru esse septenarium. Hoc enim: septem equalium / seq; con-
 tingentium circulorum figura demonstrat. Hucusq; vt geometer loquor. Transeo autem
 ad theologica ex his inferenda veritate. quidue geometrica illa visibilibus sepe equalia / sese
 contingentium circulorum figura: interno mentis oculo insinuet. Dico quonia diuine illi mo-
 nadis per se ab eterno / velut in infinito se circulante spacio / subsistentis motu: et volutaria
 extra se profectio. qua sex diebus / seipsam ciens ac mouens: totum quod circa illa vacuu
 imaginatur spaciū / variis impleuit creaturis. Septima autem die / in seipsa reciproca: creaturam
 protulit nullam. Plena enim erat et perfecta: ois primeue illius et antiquissime vnitatis circu-



stacia nullusq; septime creature / circa diuinā monadē: super fuit locus. Sicut enī sext⁹ deo
mū circuli / primi medijsq; circuli circūstantiā implet: ita et sexta quoq; creatura quē hoīem
dicim⁹ / Sexta enī die / creatus hō est / diuinā impleuit circūstantiā: diuinūq; cōsumauit opus.

¶ Diuinā autē circūstantiā / appellamus creaturarū vniuersitatē: sitā natura atq; dispositā
circa diuinā monadē / illiq; intendētē: a qua substantiā primitus accepit / cuiusq; virtute
continet stabiliturq; in esse. ¶ Constat tibi puto ex his serenissime Germane: senarium pecu
liari⁹ dici posse diuine circūstantie / siue creaturarū numerū. et precipue hoīs: qui consuma
tio est diuini operis / supremaue creatura. ¶ Hic enī creaturarū ordo est / quo a deo pepen
derunt: Angelus / Materia / Elementū / Minerale / Vegetabile / Sēibile / Rationale. ¶ Adde q
et senarius prim⁹ est perfectus nūcrus: se ipso neq; maior neq; minor. trinūq; partib⁹ / Vni
tate / Binario / Ternario: sese restituit. Vnde et merito ter trin⁹ esse cōperitur: Trinus in quā
partū nūcro / Trinus figura. (Nā trigonus ipse est) Trinus deniq; denominatione. Quippe q
trigonorū tertū. Sed iā lōgiore orōne fatiscens: receptui cano. VAL E. Ex Ambianis sexta
die septembris. .1510. .

Creatura: si
ordo


¶ Carolus Bouillus Amplissimo Patri Germano Ganaio Presuli Cadurcensi .S.



Vperest spectatissime presul Germane: post agnitā supficii plenitudinē /
planāq; cikli eiusdē circūstantiā (quā tibi proxis lris exaclauī senariāq; esse
docui) cerpea ite gra / perfectaq; plenitudo emedullāda. quot in quā cōles
orbes: eū dē mediū circūstēt vrbē / mediū ipm seq; iuicē cōtigētes. Hāc ei
pclarā materiē / oi referā aletudine et suauissio aīmi pastu: prioris episto
lij mod⁹ presēt inegocio referuarat. In id autē i primis / ratiōe sola duce iue
hūneq; neq; tacita mēte cōplecti / quāta sit solidaeiusdē orbis circūstantiā /
quē p se in imēto quodā spacio librātū / seq; fulcientē imaginamur. ¶ Fa

De solida
eiusdem or
bis circūstā
tia.

cturandum igitur michi erit / quod prisci fecereliteratores / primiq; disciplinarū assertores. q
experimēti magisterio / ancillantib⁹ oculis: vestigarūt scrutatiq; sūt vniuersa. ¶ Cōstituo ei
orbē vnū in plano aliquo subiecto vt i mēsa: cui (ex superioris epistole doctrina) addo circ
cūstantiā sex equaliū orbiū. Nam sicut sex circuli in plano / eundē mediū circūstāt: ita et sex
orbes orbē eundē ābiūt equalem. Scrutor deinde quot orbes: mediū orbē et usq; circūstā
tiā tangēdo operiunt implētq; superius hemisperiū. Cōperio id tribus ipleri orbib⁹. Ex par
te quoq; aduersa: tres adōti orbes: vniuersū perficiēt / orbis attachū / complebūt inferi
us hemisperiū / totūq; claudēt quē perim⁹ ambitū. ¶ Hoc itaq; experimēto didici: duodena
riū nūerū / metrū eē corporee totū plenitudinis / ac solide eiusdē orbis circūstantie. Et haud
plures q; duodeci orbes: circa eundē sisti posse: illum seq; premētes atq; attangentes. Sex ei
orbes in corona illi aptātur et agglurinantur. In superiore hemisperio tres: ac totidē in infe
riore. ¶ Constat igit circūstantiā circuli planā: dimidiā tātū esse plenitudinē Corporeā aut
solidāq; circūstantiā: duplā / totā / atq; integrā. Huius q; nūerus duodenari⁹: ill⁹ vero / sena
ri⁹ inuentus est. ¶ Sed vt prius tibi librabā senarium: ita et nūc paucula / de duodenario
dicturiēda sūt palāq; referāda. Illum Arithmetici perfectorū primū: hūc vero primū : habū
dātē vocāt seq; trāsiliētē atq; superātē. Vt cui⁹ simul supre partes / nūcro quicq; 1 2 3 4 6 sex
tūdecimū cōflāt. ¶ Et vt se pcellit supatq; quadrato (Nā q; ternario) ita & suis ptib⁹ efficit
gignitq; quadratū. Est enī sextusdecim⁹: quart⁹ quadrat⁹. ¶ Et si qd
suis efficit ptib⁹ / illi addideris: surget pfectorū scdus / octau⁹ & vige
sim⁹: sextodecimo duodenarioq; cōcrescēs. quo nūcro / Astronomi
lune globū: motu proprio circa terrā congyrāt. ¶ Rursū duodenari
us / prim⁹ est vite nūer⁹: primi itē prouēt⁹ atq; incrementi. Oēs q; ppe
se trāsiliētes habūdātēsq; numeros: Arithmetica anagoge vitales
fecūdos / ac crescētēsq; vocat. Hi ei postq; semetipfos restituerē suisq;
partib⁹ coaluere: aliqd in sup in sese proferunt largosq; puētus ac se
nora reddūt. ¶ Hūc duodenariū / magi i archanis et mysteriis ene
rātes: primas ei i vniuerso partes tribuūt. mū diq; rectores et spirta
les potestates: aiunt eīse duodecim: quos magnos imperatores ap
pellirāt. qui disptito int se mūdano orbē: cundis imperāt vniuersaq; moderāt. ¶ Astrono
mi nūcro eodē / annuū solis cursū metūtur: totidēq; zodus heliophorum seu signiferū circulū
annūq; partientes. ¶ Et vt ab his eo memigē eocq; diuertā: que nostratia nobisue familia
ria et cognita sūt: nosū vtriusq; testamētū substantian / (q; sūma illa benignitas sūmaq; sapien
tia in salutē humani generis prouide excogitauit) in dodēcadis plenitudinē diuineq; mo



Vertical text in the left margin, partially obscured and difficult to read, likely containing commentary or related text.

nadis integra perfecta q; circūstātia consistere. ¶ Illud quippe vet⁹: i duodeci tribubus/ deo
nūdum iucarnato astitit. Illi pro virib⁹/ obsequutus est: suolq; rit⁹ ex diuino instituto/ sacra
ti⁹ peregit. Nostrū vero/ quod presētaneū nouiq; vocam⁹ i duodeci sacris ātistib⁹/ p̄isq;
ducib⁹/ diuinū i carne i habitās verbū/ oculis haūsit. veritatēq; lumē/ oim mortaliū uerib⁹
ifudit. Hec ē corona illa stellarū duodeci: q; b⁹ sep̄t ne micātib⁹/ ab vniuerso terrarū orbe: el
minate prisce/ veteresq; tenebre disparuerunt. Pulsi explosiq; sūt cacodemonēs: fides appa
ruit referata est via: Orta veritas & vita. . VALL E . EX AMBIANIS . VIGESIMA
SEPTENBRIS.

1501.

¶ Carolus Bouillus Frāncisco Ximeni Cardinali Tolletano. . S. . P. . D.



T ad te scribam dignissime presul: impellunt me/ cum pri⁹ci dies/ quos in
tua egi domo: tum ingentes tue virtutes tam prisce q; nuperrime. Priscas
oculis haūsi: Nuper imas ac presētaneas/ ingens fama ad nos depor
tauit. Tu enim nuper vt verissim⁹ CHRISTI achleres: infidā barbarāq;
gentem/ illius septro adigere atq; subigere laudabiliter anniti cepisti.

Et quorum interni oculi/ ad veri luminis perceptionem/ suiq; dei agnitio
nem/ tetra ignorantie caligine obducti/ cecununt/ ad pietatem illos du
neq; miserationis clementissimum fontem/ toto conamine reducere sata
gis. ¶ Hoc profecto veri pastoris est officium. Vndecunq; perditas oues: requirere/ Inuen
tas: humeris in CHRISTI ouile referre: Nolentes ac liuapte natura aberrantes hoies coge
re: vt nuptiales eterni sponsi thalamos/ etiā inuiti et iuxta scripturam a ministris compul
si subintrent. Qui enim inuitatos ad nuptias/ reperit indignos: Exi inquit in vias et sepes
et quoscūq; repereris debiles/ cecos et claudos: compelle intrare/ vt impleatur dom⁹ mea.

Sacrū elo
quium.

Debiles

Ceci

Claudi

¶ Quos debiles dixerimus: preter eos/ quorum pectora nullo diuine virtutis presidio/ nul
la spiritus sancti consolatione/ illustratione et gratia: in fide roborantur ac suffulcuntur.

¶ Quos cecos: nisi qui capti mentis oculis/ nullā sui auctoris dei et supersubstantialis om
nium fontis scientiam et gnaritudinem sunt consecuti. ¶ Quos alios claudos: q; qui obliq;
et a recto tramite deuis/ atq; in mortis precipitia nutabundi incedunt.

¶ Eos igitur qui huiusmodi sunt: ipse haud hostili animo/ persequeris vt perdas: sed imita
tione dei (qui non vult mortem peccatoris) velut optimus zelotes prosequeris/ illorum con
sulens saluti. Et vt deus ipse ab solis occasu/ honoretur ad ortum. ¶ Ita enim nunc tempo
ra sunt immutata: vt deus/ qui prius in oriente apparuit: qui ab ortu solis/ in occasum pro
cessit: nunc viceuersa in occiduo tantum solo celebretur/ decantetur/ ametur. Tu itaq; qui
ab occidente/ ductitans exercitum digredi cepisti: perge inuictus (contrario ad solem mo
do) ad orientem verum fidei lumen/ eorum qui in tenebris ambulant pectoribus: instar so
lis iustitie illaturus. ¶ Auspicata sunt felicitate/ leuisq; tonitruis: victoriarum tuarū in
tia. Nosti vincere: Nosce et frui victoria. Misisti manum ad aratru: neu retro aspexeris: quo
ad Africani sulci/ diuino semine compleantur. Celorum regno vim inferre cepisti (Nam
illud vim patitur) Neremittaris/ Ne lassescas: quo ad iustissima deo prestata obsequela/ in
illud irrumpas. tecumq; illud plurimi et preclarissimi CHRISTI milites indispicantur.

¶ Adaperias Christicolis viam: qua tuto p fideles ac deo obsequentes nationes: liceat do
minice immolationis sacrosancta adire atq; inuisere limina. Et contende Marte eodē/ hoc
sacrum impleri eloquium. Erit sepulchrum eius gloriosum. ¶ Obseruat nunc illud atq; cit
cunstant/ truculente fere. Et que hominum quidem solam habent speciem: stertunt ad illd
nauseant/ vomitant. vertuntq; sanctum sanctorum dei/ in suā popinā: Hierusalē ponūt i po
morum custodiam. Si autem fides in deo/ ductor erit exercitus tui: precedetq; te angelus
eius: immittens hostibus tuis/ terrorem tuum: Atrerens illos et vertens in fugam. Perse
quetur vnus de tuis mille: et duo fugabunt decem millia. Nichilq; tibi obsitet: quo minus
sacer ille locus/ repurgetur. fiatq; custodia omnis mundi spiritus: et sanctorū inhabitatio: &
gaudium (vt Iheremias ait) vniuersę terrę. ¶ Imitare Iosue/ Abia/ Asa/ Iosaphat/ Ezechia
am/ Iudam machabeum: quos in deo fidentes/ speq; tota victorie in illo deposita: vel breui
uscūla oratione/ frequentius innumera hostium millia fuisse sacra testantur eloquia. Non
enim exhibit deus in irruentibus nostris: Nec in tuis viri beneplacitum erit ei: sed lupertimē
tes eum/ oculi eius. . V A L E. . Ex parhustis 22. Augusti. . 1509. .

¶ Franciscus Ximenes Cardinalis Tolletanus Carolo Bouillo. .



Honorande atq; dilectissime Carole: gratissime michi littere tue fuerunt. Tum
 q̄ ex eis intellexi te optima valitudine perfruente: in sacris studiis non
 parum potuisse proficere. Tum etiam q̄ Christiane religionis te zelatorem
 significabant: cum ob illius non nostri sed diuini Oranensis triumphu vi-
 ctoria: te ex animo exultare cōmemoras. ¶ Facis tu id quidem summa
 in deum pietate: magnaq; in nos beniuolentia. Sed quicquid in illa expre-
 gnatione actum est: quia totum mirabile: totum supra humanas vires / su-
 pra ingenium artemq; militarem: non nobis / sed clementissimo tribuen-
 dū est. Cui per facile est: multorum hostium copias / in manus paucorū cōcludere. sed quia
 de his ad te dilectus noster familiaris Gonsalus nostri collegii professor: ad vaguem serua-
 timq; scribet: suis litteris cetera cōmittimus. Ceterum tui Stapulēsis in recollectione et cō-
 paginatione illi⁹ vsq; psalterii laudes non tacebo. Est enim opus illud / tam docte premeditatū
 atq; compositū: vt psalmorū intelligentiē nichil sit accōmodatus. Ingentes ei / nostro no-
 mine agito gratias: Plurimāq; salutem impartire: VALE Ab opido nostro Alcalā xvi no-
 uembris 1509.

¶ Carolus Bouillus francisco Ximeni cardinali tolletano.



Acceptis. et perlectis: plurima cum voluptate litteris tuis celeberrime pres-
 sul: eisi eram extēplo ad te scripturus / distulit tamen quod molibar tabel-
 larii penuria. Nam e gallia nostra bēgica (quā relicta ad tempus parisiōrū
 academia: ob animi secessum incolō) aut nulli aut perq̄ paucissimi occurrūt
 qui ad vos pergant. Hec igitur vnica exitit dilatōnis causa: quominus qd̄
 dudum tentabat animus: efficere potuerit. Quod curasti diligentius per-
 tuum Gonsalum (virum et eruditissimū et michi amantissimū) tuos edoceri
 triūphos: tibi gratias ago multijugas. Facto vero nunc te participē parisi-
 cuiusdā triūphū: qui et fame classico et icriptis phyluris / ad nos hoc anno irrepit. Fortas-
 sitū et vobis prior: iam dū increbruit. Sophin in quā magnū Persarum regem: sacratissimo
 bapufmatis lauacro / ac fonte renatum: deinceps in efferatissimā turcharum gentem / sub
 CHRISTI militaturū vexillis. Hoc tātū reipublice Christianorū fenus: tā ingentē ouillis
 CHRISTI profectū: qualis scripro oblat⁹ michi est: talē ad te mitto. Historie nichil addidi
 duntaxat e gallico sermone / latinam feci. ¶ Nam si plerisq; vatibus credimus: iam tempo-
 ra succedere que spurco mahumeti exitum minantur infelicē. Aiunt enim nonnulli / mahu-
 metem adhuc viuente[m] suis predixisse: post octingentos annos / se rursū ad eos ventū. Mahume-
 tū: aut ex toto e memoria hominū obliterandum iuāq; legem interituram. ¶ Audui et tes
 ego agens Tolleti: a plerisq; repertū abs te p̄ veterib⁹ templi ruderibus vasculum: in quo
 prorute in terrā visebantur maurorū imagines / cum scriptello hec dicitate. Q̄ uando hec
 hominum oculis patuerint: his quorum intrus imagines visuntur: imminēbit exitium. Ve-
 ra ne hec an fabulosa: belle nosti. Faxit tamen vt cumq; deus / vt fiat in terris / sicut et in ce-
 lis ipsius voluntas. Vt iam redeat et virgo: redeant saturnia regna. Iam noua progenies:
 celo mittatur ab alto. Pax sit et in toto iurgat concordia mundo. Vna fides / vnus iam re-
 gnet in omnia princeps. Gausus sum plurimū / de ingenti illo complutensis tui studii pro-
 fectu. Vnum supercit abste summo pre curandum. vt rectarum litterarum blanda ac sua
 ueolente doctrina earūq; solida ac refouente alimonia: tenelli adhuc nouellorū discipulo-
 rum animi ruderentur / focillentur / pascantur. Hoc enim pacto sanarum disciplinarum can-
 dor / gymnastice illi pedic: et discipulorum frequentia et tibi nominis immortalitatem com-
 parabit. VALE. Ex Ambianis xx Martii. 1509.



Suaus michi occurrit tui memoria: preclarissime vir: que me (vel si duntaxat salutē⁹ esles vt ad te scribam vltro impellit. ¶ Per celebre apud nos exiti Tolletanorum nomen / audita illa Oranensi palma: quā nuper deo dicatissimus vester archyepiscopus / e mauris relatum: auctorū (vt decet) victorie deo / religiose dicauit. Hic intantum ceteros nostros presules / in christiano pascendo grege antecellit: quantum luciferi / rutilum tubar ceterarum stellarum splendoribus / conspicitur insignis atq; illustrus. ¶ Reliquis enim pōtificibus: hoc haud immerito prophete Zacharie Zacharias:

De Jaco. fab. Sta- pulensi.

Extemplo v. mox confestim. Sz. m. di. Extemplo. qd. no. q. t. h. j.

Phylis. gre. sup. fo. lib.

Sophis per. baptizatus

Complutenis

Victoria Tolletanorū p̄ p̄des mauros.

Zacharias

dictum imputetur. O pastor et idolum derelinquens gregem. Brachium eius ariditate fle-
 cabitur: et oculus eius tenebrensens obscurabitur. Is autē presul/ quo pascimini: in domini
 talēis/habūde negociatus: ac iam superluctatus plurima: dominica quoad potest implere
 precepta fatagit. ¶ Dicam igitur ad vos: quod et hyram rex tyri/ ad Salomonem regē di-
 xisse fertur/ diligit/ ait ille/ dominus israelē: qui dedit te regem populo suo/ regem sapien-
 tem et facientem iudicium. Ita profecto et vos deus dilexit: qui tollet anum ouille/ tam vi-
 gili et oculato pastore cōmunuit. Saluta dominum Franciscum sapata scolasticū. dominū
 quoq; Bartholomeū de metina/ i gēuos ac michi amātissimos viros. VALE. Ex pathusius
 22 augusti 1509.

Hiram Salomon

¶ Carolus bouillus Nicolao horio Remensi Electo.



Cribis scitissime vir: optinā te nichil simile/ a quingentis annis cōtigiſſe:
 huic quod mee littere tibi denarrarunt/ de geminis CHRISTI atleſtis
 diuinisq; verbi propagatoribus. Quia igitur cepi/ adhuc loquar: et que ex
 parte vidi/ partim audiui: de alio quodā eremita/ ſancto et admirando no-
 ſtris temporibus viro tibi aperiam. Is iam in pace quieuit: annis viginti.
 Nomen illi erat/ nicolao de ſaxo/ natione Germano atq; Eluetio. Elueti
 enim ſunt ſuperiores Germani (quos nunc Sutenſes vulgo appellāt) ſiti
 inter alpes. Illac anno ſalutis 15030: tranſiui. audiensq; virtutes iam vita

functi eremite: captus deſiderio nouitatis rei/ continuo ad eius eremū diuerſi. Suſcepit me
 hoſpitiō/ vnus filiorum eius natu maximus. Patris veſtem michi ipſe oſtendit. Sequēti die
 perrexim⁹ ad cellulā patris: in qua viuens pater perſeuerās duob⁹ et viginti annis (quoad
 fatis exceſſit humanis) ſine materiali omni cibo ac potu: docuit nos infirmos mortales: q̄
 verus ſit ſacer hīc ac diuini loquus ſerino. Nō in ſolo pane/ viuūt homo: ſed in omni verbo
 quod egreditur de ore dei. Obſederunt frequēter et per annos plurimos vias et itinera/ que
 ad eius ſolitudinē dūctabāt: Eluetiorum princeps/ tam eccleſiaſtici q̄ ſeculares. proba-
 turi: num quiſpiam/ occultis eum cibis alluiſſet. Inueneruntq; (quod et verum erat) hominē
 diuinitus ſupra hominē factum: naturam aliquo pacto ſuperaiſſe humanam/ parem ange-
 lis/ in hoc mundo euaiſſe. et carne adhuc veſtitum: carnis tamen neceſſitudinibus in ſine
 obnoxium et addictum. ¶ Claruit/ vt ferunt/ et vt in eius actis legi/ et in vita et poſt corpo-
 ris exceſſum miraculis. ¶ Referam autem viſionem quādam: que illi nocte vna micantib⁹
 ſtellis/ orationi et contemplationi intento: in ipſo celo apparuit. Vidit enim humani capi-
 tis ſpeciem: terriſtico vultu pleno ire et minarum. Trifidam ſeu pōtifiſciam geſtabat coronā
 cur⁹ ppendiculo et cono: inerat ſpherula parua. Ipſi vero ſpherule: crux deluper apparebat
 infixā. Barba illi deorſum prominebat trifurcata. Sex enſes demptis capulis/ ab eius facie
 (ſed prepoſtere) prodire videbantur. Vnus a mediā fronte/ ſurſum deuegebat: latitudine
 ſua fronti inſidente: acumine vero/ coronarū ſupernā ſpherulā aut crucem terebrāte. Duo
 alii/ ab geminis oculis exeuntes: acumina in oculis ſeruabant/ pars vero lata foris tende-
 batur. Ceteros duos/ ambe nares vibrabant: la-
 tiore parte ſita in naribus. Sextus deniq; foris
 latus: in os immittebat acumen. Hi autem ſex
 enſes: videbantur equales. ¶ Hanc viſionem
 pingi ipſe iuſſerat in cella ſua: quā ego viſam
 menteq; conceptā: etiam apud me/ ad memo-
 riā depinxi. Cū enim nō profecto lateat: quid
 portendat/ quāq; haud leua tonitrua: mortaliū
 orbī imminere/ ſuo ſtatim terrore inſintuet) Tu
 quid ſit quidq; ſibi in his velit deus: melius for-
 taſſis coniectes. meq; litteris tuis iterum ſolabe-
 ris: quibus intelligentie tante rei/ certior abs te
 ſiani. Sin videbis te rei nouitate ac difficultate
 obtundi: ſcribe quomocunq; ad me/ vt tibi ipſe
 quid de hac viſione ſentiam: litteris aperiam.
 VALE. Ex ſācuria noſtra: vigilia diui Lauren-
 tii 1508.

Sacrū elo- quium

Viſio

¶ Nicolaus horius Carolo Bouillo, S D





Oratē ac iocunde michi fuerunt littere: tue quas homo et honestus et tuum amicus ad me pertulit. Ostendisti enim magnum erga me anorem tuum: vt si de tua in me charitate: quicūq; dubitationis habuissē: profectio illis sine mora vlla / michi abstulisses. Quod autem me rogas: vt interpretet tibi singularis cuiusdam eremite visionē: qui postq̄ egit in eremo duob; et viginti annis sanctissimā vitam: in clarissimū illud celum ascēderit: nequaquam spondeo tibi me id esse facturum: ita vt optimū verissimūq; sensum tibi eruiam. Nam id nemo facere potest: nisi maximus ille spiritus / donauerit eum prius tali ac tanto munere. Opinione tamē meā / paucis explicabo. Sic igitur eā (quā beatus vir: in celo nocte intempesta suspexit: cum in solitudine / orationi operam nauaret / imaginem exponendā esse opinor. vt ex humano capite / cui herebat triplex et pontificia corona) sumū quēdā ecclesiasticū principē demonstrari suspicemur. Quod autem facies capitis: tum rubicunda erat: tum etiam minas furorēq; nudabat: monstrata est satis futura illius crudelitas. Quid queris? Nonne vt reliqua dilucidē / crucis quidē cuius et infixā fronti erat latitudo: et in sanctam crucē vergebat acumē: illum CHRISTI aduersariū fore indicabat. Gladius vero qui oculum cuspidē non tangebāt solum / sed etiam lumine priuabat: eum tenebris auaricie excecandum patefecit. Mucro autem cuius tum alterū oculum percusserat: tum perire coegerat aculeata summitas: ostendit in gentium eius lasciuā. Sed due ensium ore / quibus inerat latitudo / quibusq; nares obstruebantur: hominem talē fore monstrarunt: qui ex celestibus rebus odoriferis / capturus non esset voluptatem. Huic enim erat inhumanitas (que per enses intelligitur) impedimentū allatura. Vltimus autem mucro qui labra et collidebat / et confuebat / sua extremitate acuta: illum q̄ maxime notabat: tantāq; significabat ipsius segnicie / vt populo suo / idē ipse verbum domini nō predicaret. Sed illud / dempti gladiorum capuli portēdebāt: vt quēdam modum / qui toralesq; enses / de facie fratris conaretur dimouere: man; ei; lederetur: ita profecto ab horribili crudelitate principe affligeretur: qui eum ipsum auderet aliquando carpere. Erat autem barba eius trifida / promissa et aspera: ex qua sumi ea coniectura potuit: vt ille futurus esset causa malorū in quibus vniersus populus aliquando versaretur. Nam et si ad cunctos obturgandos valde strictus erat: tamē illos sepe dei legem transgredi permisit. Hec est opinio / quā tu scite experisti: quāq; volui ad te pro mea in te charitate mittere. VALE. Ex vrbe Remorū quinta calendas septembris: 1508.

Nicolaus Horius Carollo Bouillo

S



Namdiu tuas litteras expecto: que simul ac reddite michi fuerint: multū voluptatis afferēt. Noui enim et acumē ingeni: et magnitudinē charitatis: et suauē tue orationis copiam. Ego autē non solum visionē (quā memoria tenes) interpretatiuncula declarauit: sed et huius breuē interpretationem scripsi ad te per diligenter. et ad te ipsum: meam ipsius epistolam perferendā curauit. Volui enim satisfacere tibi: quē multis de causis magno amore prosequor. Nescio mi Bouille: quid sit cur ad me nichil litterarum dederis. quāq; si meam de visione opinionē mitterē: spopōderas michi te potius esse vsurū officio scribendi: q̄ id contempturum. Forte illud accidit: vt aut meam epistolam / tibi reddiderit nemo. aut in grauem cecideris egritudinem: que impedimentum tibi attulit: quo minus ipse ad me scriberes. Quod autē reliquū est: te vehementer rogo vt octus succidas molestam expectationē meā: atq; ingens desiderū meum poperanter expleas. VALE.

¶ Carolus Bouillus Nicolao horio.

S



Dilate sunt ad me littere tue: quibus scite profecto et adamussim expetitansideree cuiusdam eremitice visionis significatiā emedulasti. Memini autem me / primis litteris quas ad te dedi: mentionem fecisse viri cuiuspiam veneti: qui nunc abiectis cunctis opibus mundor; contempto: Romē vilibus operas fratillus / verbū dei publice extollit ac predicat. asserēs ferme oēs damnandos nisi penitentiā egerint. Plurimos conuertit & ad monasteria impellit. Hymnos per dulces (vt aiunt) ex tēpore canit. Horū igit hynnorū duos ad te: vt virū amicissimū & religiōis cultorē mitto. facioq; te participem eorum: que sunt apud me et noua et preciosa. Concipies ex eis et viri statum: et quo agatur spiritu / sancto / an alio? Ego magis sancto credideri. Nā hi duo hynn; ppheticici esse vidētur. Arcana enī quēdā pmut paria his que a sacris eloquijs mystice predicantur

z.ii.



¶ Sol expositus est ac preest diei nullaq; in se caliginem susceptat. Luna vero exposita est ac prefecta nocti gelidaq; nocte concretam in se excipit/ nebulam. ¶ Angelica pari pacto mens: preest dei/ luci et intelligibili mundo. in quo nulla aeris defatio/ nubes gignit: neq; solis absentia noctes ac tenebras vices alternat. Humana vero mens: noctem / tenebras et sensibilē mundum regit. in quo nunc / erenus est/ nunc nubilus aer: Nunc preens apollo diem/ nunc absens noctem reitituit. ¶ Et rursus sicut sol fons est totius sensibilis/ lucis: Luna vero deriuaticū lumen muruat a sole: ita et angelus/ diuine est origo scientie, et prima que in deū asurgit creatura. Homo vero diuine scientie extremā sortem consecutus: haud aliter q̄ per angelos/ in deum subuehendus est: diuinaq; scientia potiturus. ¶ Et attende queso quo pacto euadant hec tria/ in angelo simplicia. Substātia Scientia et Subiectū. Nā Triain an- angelica substātia/ simplex et incorporea est. quippe spiritus scorpore liber/ materie imper- gelo sim- mixtus. Eius vero scientia/ simplex est lumen/ inconcretum: atq; in nullā speciem figuratū. Obiectum quoq; ipsius/ simplex et inopert⁹ deus est. qui velut lincerus ac meridianus sol: angelice menti nudus pellucet atq; reuelatur. ¶ In homine autem: et substantia et scientia et obiectum: dualia mixta et composita cernuntur. Substantia enim imprimis humana/ ge- minas partes (corpus animāq;) inuoluit. Humana verō sciētia/ humaneq; mentis habitus: perinde atq; et habitus lunares/ euadunt gemini. ¶ Prima nāq; humane mentis notio: lux est principiorum/ persimilis huic luminis: quod in luna/ pullā imaginē atrāq; speciem circū- stat. Secunda vero humane mentis notio: lux est illationū/ quā nos scientiam nūcupamus. Hec enim sciētia maculose in luna faciei simillima: concretio quedā est/ primarie et candi- dioris principiorum lucis. sicuti et visibilis lune species: concretio est candidioris seq; circū- stantis luminis. ¶ Hominis insuper obiectum duale est et permixtū. Humana quippe mēs nixuriens in deum: haud simplicē illum/ sed angelice mentis pertenui nebula cernit ado- pertum. Nudatur enī homini deus/ non vt meridianus sol/ sine caligine: sed vt sol exoriens/ aut occidens: subtranslucidis vaporum nūbiūq; velaminib⁹. ¶ Vnde fit vt angelus sit ter vnus: trinivus de causis simplex. Homo vero ter dualis/ terue compositus et mixtus: Sub- stantia scilicet/ Scientia et obiecto. Angelica substantia: simplex et imixtus spiritus est. Hu- mana vero substantia: spiritus et caro. ¶ Angelica sciētia: simplex est et inconcretum lumē sine specie vlla aut figura aut imagine. Humana vero scientia Lumē est: qd̄ in speciē/ figu- ram et imaginem cogitur atq; concreticit. ¶ Angelice mentis obiectum/ est deus sine spe- cie: simplex purus/ nitidissimus vt sol. Humane vero mentis obiectio: deus est cum angeli- ca specie/ velut speculum mixtum affectumq; imagine: velut itē luna. ¶ Angelice mētis ha- bitus/ est vt lux principiorum sincera/ perua et suapte natura ab omni intellectu excepta. Humane vero mentis habitus: partim lumen est/ partī luminis species. ¶ In principio sine figura et specie: mens humana proficit. In fine vero cūcta per species ac figuras apprehen- dit. ¶ Ex his igitur elicio per ingentia mūdi luminaria/ solem et lunā: haud aliud nobis ex- Illatio

Triain an-
gelico sim-
plicia
Triain ho-
minecōpo-
sita

Illatio

Aliaillatio

¶ Jacobus Stapulensis Carolo bouillo suo q̄dilectissimo.

S

AMoris indicium est: cū que ab aliquo veniunt/ magna afficiant volupta- te. Sic certe tue litere/ me affecerunt: vt nichil magis. tum q̄ a te prodie- runt: tum q̄ dignissimam de solis puritate et lune impuritate permixtio- ne/ cōtinere cōtēplationē vise sunt. Et sic vt p̄ amore quē erga me gerere fateris/ aliqua tuorum studiorū ieci primordia/ que a mēte tua: vt suapte natura fertili agro suscepta sunt: sed in te recognosco: quod i mēse reco- gnoscere debet/ non ingratus erga deum colonus. Mandat enim semina terre: sed deus est/ qui ea viuificat: et incrementum prestat/ vniuersum. Quēcunq; igitur spi- ritalem fructum/ in posterum feres: nō ignorabis ab illo puro sole/ quē tam magnifice pre- dicas/ tibi esse cōmunicatū. Qz si aliquid/ de spicis illis: ad alimētum animi/ michi impar-

z.iii.



Paulus

gelica mente/ aliam ex materia depromptā: quibus tibi persuadere queas/ humanum actū
 est: immortalem. His enim causis/ cum principaliore apostolico presidio: cum intemerate
 orthodoxe fidei sacro testimonio: nutātes et imbecilli (ad oculitoris veritatis prospectum)
 animi: de euiterna sui permanentia/ quoquo pacto certiores euadent: sibiq; ipsi plausibili-
 ter aggratulabuntur. beatam spem: et reuelationem glorie magni dei (vt sacer Paulus ait)
 siue in corpore siue: extra corpus prestolantes. ¶ Hec autem de anime immortalitate ad te
 scribere volui: haud quia addubitem opinari te/ humanum animum corruptioni / fueue
 substantie internitioni esse obnoxium. Nam scio te et ex sacris eloquiis/ et ex naturalibus
 disciplinis: dudū eluscemodi veritatis/ indubiā fidē adeptū: procul omni fallitate et vasta
 errorum carybdi firmasse/ vestigia. sed quia obducēde deploratorum quorundam virorum
 cicatrici/ consudendum erat: qui sanctorum christianorum patrum: potissime doctrine (ve-
 lut quasse ac vento agitate arundin) inniti: in suā ipsorum perniciem floccipendunt. quosq;
 infidelibus deteriores/ postergato sacratissime fidei lumine: nisi aut publicissima eviderint
 signa/ aut naturalibus ac ipso sole peruioribus cogantur argutis: credere singula dedignā-
 tur. ¶ Per similes enim hi sunt Iudeis aut Grecis: quibus ab apostolico discipulatu (qui sola
 fide et discantis credulitate consumatur) Paulus apostolus his verbis interdixit. Iudei si-
 gna/ Greci vero sapientiam querunt. ¶ Nam et ego ipse vidi plerosq; nescio quid sibi for-
 tallis immaniū scelerum conscios/ quibus neq; apostolico vlllo sermone/ neq; naturali (vel
 elaboratissima ac perlucida) Ratione persuaderi possit: humanā animā/ superiorem belu-
 tis ac vitalib; animabus: immortalitatis sortem esse/ a natura indeptam. ¶ In eam vt ar-
 bitror syrtim: aut carnalium amore rerum/ aut conscientia flagitiorum incederūt. vt nulla
 sibi suadeant/ post infelicissima suarum animarum a carne diuortia/ extimēda esse ignis
 acumina: nulla ab infero duce/ suis vmbriis impingenda supplicia. Atq; in eam potius Sa-
 lomonis sententiam/ toto agmine ruunt. Ex nichilo nati sumus/ et post hoc erimus/ tamq;
 non fuerimus. Quia fumus afflatus est in naribus nostris. Extinctus cinis/ erit corpus no-
 strū: et spiritus noster diffunderur/ tāq; mollis aer. ¶ Hic syllogism; hec ratiocinatio impio-
 rum a veritate oberrantium est. His vt principis atq; infeliciter premisis in hāc illationē/
 per deuxū viciorum cliuū lubricant. Venite ergo et fruamur bonis que sunt: Vno pre-
 cioso et vnguētis repleamur: Coronemur rosis/ anteq; marcescāt: Vbiq; pertranseat luxuria
 nostra. quoniā hec est pars nostra: et hec est fors nra. Opprimam; iustū. Comedam; erb-
 bam;: cras enī moriemur. ¶ Hec dānata illatio: infelicē ipiorū ratiocinationē claudit. Spē
 immortalitatis illorum/ nequiter exterminat: Brutis deniq; ac iumentis insipientibus/ insipi-
 entiores ostendit. Et nisi longius supra epistole metas/ digressus noster sermo/ iā iam esset
 cohibendus: q̄ plurimas iterum rationes/ ex naturalibus rebus eram allaturus. que hanc
 preclarissimā euiternitatis et immortalitatis dotem humano animo comparantes: illū nul-
 la vi corruptionis/ sanciant/ interiturum/ aut in nichilum abiturum. sed et abiungendum
 ad tempus aliquod/ a carne: demū in exitu visibilis seculi huius/ atq; in ortu futuri: amice
 denuo carni/ perpeti euo (vt sacra attestātur eloquia) nupturū conuouēdum / sociādum.
 VALE. Ex parlisijs 25 Iulij/ 1510.

Salomon

Syllogism;
impiorum

¶ Carolo Bouillo philosopho Alanus varenius. S. D. P.



Aber illustris pceptor noster: litteris quas ad nos destinauit/ tue ī columita-
 tis et studiorum tuorū reddidit certiores. libros quos prope diem emissurus
 es: summopere videre desideram; quippe non poterunt non esse optima:
 que ab optimo quodā fonte manabūt. Rara sunt et paucissimis peruia: que
 a vobis (diuino/ quantū arbitror afflatis spiramine) prodeunt. Sed et p̄licā
 illam ac venerādā eruditionē: pre se ferre vidētur. Amplexantur omnes eru-
 dit/ preclaros in psalmis. Fabri nostri cōmētarios. sperantes cōtinue melio-
 ra: quo christiana religio/ fiat quotidie locupletior. Huic non parum adiu-
 mento afferet/ tuum īmortale ingeniu: si q̄ cōcipis/ viros christianos nō lateāt. Age mi pre-
 ceptor: vt tua ope/ diuina: liquidiore radio a nobis percipiantur. Atq; vt vetusta illa/ ob an-
 tiquitatem pene deleta: abs te pro maxima parte instaurantur. Fundamēta posuisse visi sūt
 pleriq; ex pa tribus nostris: Alij deide alia supposuisse edificia. Super sūt ad edificij integra-
 tem/ pleraq; pficienda. Adde igi; mi Carole plurima: et queq; noris abstrusissima/ ad tan-
 te ac tā artificiose litterarie molis cōplemētū. Noster faber optim; indies diuinā quādā ma-
 teriā illi suppeditat: quo tā egregia structura/ culmē tādē suū recipiat. Michi satis erit posse
 edificatores cernere et admirari/ tā illustres. Vale mi preceptor: et tuorum studiorū/ fac me
 aliquando p̄cipē. E gratonopoli/ 12 kalendas aprilis. Tuas sitienter optamus.

CAROLVS BOVILLVS SAMAROBRIIVS IACO BO FABRO STAPVLENSI PHILOSOPHO DISERTISSIMO. S. D. P. VMRARITVDO IPSA ET INFREQUENTIA RERVM DISERTISSIME IACOBE: rebus ipsis et dignitatem conciliet et admirationem prestat: coniectari hinc licet/ quantum perfecti numeri ceteros omnes numeros/ naturali prestantia atq; dignitate antecellant. vt haud immerito velut omnium rarissimi et preclarissimi: soli inter numeros principatum et precipuum perfectionis nomen/ sibi vendicent. Et ad indaganda atq; pscrutanda diuina (quoad humane fert finitq; rationis coniectus) q̄maximum habent momentum. Hi enim adeo infrequentes sunt ac rari: vt nulla numerorum arbuscula ac sedes: plusq; vnum ferre queat perfectū. sed & pleraq; sedes ac regio: perfecti numeri honore/ ac stemmate destituta orbatq; ingemiscat. Prima etenim vnitas/ que se ab vnitate ad denariū




vsq; fundit extenditq; vnus tantum senarij/ primi pfecti: regij insignitur honoribus. Secunde numerorum ledi (que a decade ad centenarium numerum progreditur) perfecti numerus vnicus imperat: octauus et vngessimus/ perfectorum omnium secundus.

In tertia se de ac regione: que a ceterario ad millenarium patet: tertius perfectus vnice presidet quadringentesimus nonagesimus sextus. Quarte regionis imperium (que a millibus ad dena millia porrigitur) quartus perfectus 3128 administrat moderaturq; solus.

Quinta vero numerorum regio/ que ab denis millibus ad centenamillia excrescit: prima a ceteris distingere incipit. Hec enim regij decoris totiusq; perfectionis experta steresim atq; orbitatem: vno haudquaquam parente viuulue perfecti numeri Augusto imperio: led dumtaxat popularifactione: administratur.

Sexta rursum Septima/ Octaua/ Nona ac Decima numerorum sedes: singule vnice tantum perfecto reguntur. Vndecima vero/ pari quo quinta modo: regij septri ac formalis vnitatis impatiens: plebeie administrationi se subdit. Atq; hunc in modum deinceps comprobare licet: quantum perfecto numero pre ceteris/ in fit dignitatis fastigium. quātoue excellentie culmine/ cūctis numeris enuneat. q̄ lucida illi et aperta indita sint: diuine proprietatis / singularitatis ac solitudinis vestigia. Hic enim ad instar diuini in multiplicabilis numinis: in sua sede et loco multiplicari atq; iterari nequit. cōsortem q̄ repudiat: in cūctis numerorū regionibus/ atq; interuallis: perpes/ vnitatis emulus/ singularis vnice ac solus. pleraq; item regiones vt suo fastigio indignas: dedignatur. Nimirum igitur: si hactenus tam ardua extitit eorum peruestigatio. Hic autem libellus satius eorum inuentioni consulens: trime ac quadtime supputationis tedia / vna horula succidit ac tollit. De nūeris quoq; primis/ habundantibus/ diminutis/ quadratis/ et cubis: nonnulla adieci mus antea incognita / scituq; non indigna supplementa. que dudum Germanica quadam peregrinatione excogitata: et hospitium breuib; chartis demandata: recenti lucubratione in vnus libelli volumē colligere studuimus. hoc igitur opusculum. ea vultu serenitate atq; hilaritudine/ in manus de iurito: qua tibi a nobis presentatur. V A L E



Perfecti numeri in suis sedibus vnice et soli

nitate atq; hilaritudine/ in manus de iurito: qua tibi a nobis presentatur. V A L E

Caroli Bouilli Samarobrini Liber De Perfectis numeris Ad Iacobum Fabrum Strapulensem Philosophum Clarissimum.

¶ Quid numerus perfectus.



Vmerus perfectus: est qui neq; simul sumptas sui partes superat; neq; ab eis superatur.

¶ Pars vero est: que aliquotiens sumpta / totum restituit.

¶ Ut senarius perfectus numerus est / cuius partes sunt tres: vnitas / binarius / ternarius. He vero simul sumpte: plus / minusve hexadenon implent Sumpta enim sexies vnitas: senarium restituit. Eundem gignit / ter superius binarius. Ternarius quoq; bis sumptus / conflat eundem. Simulyero super te monas / Dyas / Tryas: cumulant conflantue hexadis summam.

¶ Diminutus numerus: est qui suis est partibus minor.

Habundans autem quae simul sumpte transiliunt / superantque partes.

¶ Sicut perfectus numerus / est in equalitate totius / ac partium: ita et extremi numeri diminutus et habundans: in eorundem equalitate. diminuti quippe numeri partes / simul sumpte: superantur a toto. Habundantes autem partes transiliunt totum: Ut octonarius numeri partes omnes sunt 1 / 2 / et 4: que simul / haud plusquam septenarium reddunt. Dodecadis autem vniuerse partes sunt 1. 2. 3. 4. 6. quas qui in vnum cogit / sextumdecimum gignit. Cōstat itaque octauum numerum insufficientem / diminutumque esse: duodecimum vero superfluum / atque habundantem.



Diminutus			Perfectus			Habundans			
8			6			12			
1	2	4	1	2	3	1	3	4	6
7			6			16			

¶ Propositiones.

1 ¶ Omnis perfectus numerus est par.

¶ Nam (vt postea ostendetur) perfectus omnis numerus / gignitur imparis numeri in partem ductu. Sunt enim numerorum perfectorum radices / numerus impar primus: et numerus pariter par. vt binarius et ternarius / senarij sunt radices hic autem est impar primus / ille vero pariter par. Atqui omnis numerus / qui pariter in impari ductu conerescit / par est. Est igitur et omnis perfectus par.

2 ¶ Habundans et diminutus: sunt et pares et impares.

¶ Ut plurimum habundantes numeri sunt pares. sed et nonnullos impares esse habundantes Iordanus in septima et quinquagesima septimi sui libri propositione ostendit. cuiusmodi est hic 45045: et eius vniuersi multiplices. Diminuti vero sunt omnes impares primi vtpote quorum pars est sola vnitas. Similiter et vniuersi pariter pares.

3 ¶ Nullus perfectus: est ab vnitate duplus.

¶ Nam omnis ab vnitate duplus / est pariter par. Omnis vero pariter par / est diminutus. Nullus igitur ab vnitate duplus: est perfectus.

4 ¶ Quotquot ab vnitate dupli / simul sumantur: sequenti / minori vno restitunt.

		Ab vnitate dupli				
¶ Nam vnitas per se sumpta / minor est vnitate / binario: qui est primus ab vnitate duplus.		1	2	4	8	16
¶ Vnitas et binarius simul: quaternario / minore restitunt vnitate. Vnū / duo / quatuor simul: ab octonario / sola vnitate superantur. et ita quotquot sumptis ab vnitate duplos: sequentem / vno minus restituent		1	3	7	15	31

5 ¶ Omnis ab vnitate duplus: partem habet vel solam vnitatem / vel cum vnitate

solos ab vnitate duplos.

¶ Primus ab vnitate duplus binarius: partem habet cum vnitate / solos ab vnitate duplos. ¶ Vnde fit vt oes pariter pares / q & ab vnitate dupli: sit numeri perpendicularis & recti. vt q extra vnitatis et primi sui fontis rectam lineam & perpendiculari: parte distingat / recipiatue nullam. q latius oem despuat / oemue repudiat obliquitate. q recto ab vnitate: ac simplicissimo tramite progressi: duple & antiquissime proportionis directione concreta sunt. Media quoque proportio: assidue pleiuiticē selei vnitatis castra recipiunt: suamque originem reuertunt. ¶ Sūt & numeri iustitie vt qui latera deuitantes / se medio contineant a quo nullus deflectitur. Sūt et vnitatis primogeniti: vt qui in recta linea ab vnitate (antiquissime / prime ac precipue (vt duple) proportionis concretionem) oriuntur.

Marginal notes on the left side of the page, including the number 10000 and other mathematical references.

¶ Omnis ab vnitate duplus/qui et pariter par: est diminutus

¶ Nam omnis ab vnitate duplus partem habet aut solam vnitatem / aut solos/ duplos ab vnitare. Vnitas autem et quouis ab vnitare dupli/ simul sumpti: sequenti minus vno restitunt. Omnis itaq; pariter par: est sola vnitare diminutus.

Continue omnes pariter pares: quattuor primis paribus: binario / quaternario / octonario et senario finiuntur.

¶ Primus pariter par est binarius: Secundus quattuor / Tertius octo / Quartus decimus / sextus numerus. Vniuersi igitur ceteri pariter pares: in hos quattuor / aut in eorum fines (velut / in quattuor elementa) reuoluuntur. ¶ Finiuntur enim omnes / quattuor primis paribus hoc ordine: binario / quaternario / octonario et senario. ¶ Et huius perfacilis est demonstratio. Nam binarij duplus: quaternarius est. Quaternarij duplus / octonarius. Octonarij duplus decimus / sextus: qui senario finitur. Senarij autē / siue decim / i sexti duplus: rursus in binariū redit. Et ita deinceps: pergens mutabilem reperies pariter pariū / in quattuor primos pares reuolutionem: vt subiecta figura ostendit.

Pariter parium series												
1	2	4	8	16	32	64	128	256	512	1024	2048	4096
1	2	4	8	6	2	4	8	6	2	4	8	6
Limites quattuor				Limites quattuor				Limites quattuor				

Omnes vero numeri / qui ex pariter paribus ab vnitare collectis gignuntur: sunt impares: hiq; continue quattuor primis imparibus: vnitare / ternario / septenario et quinario finiuntur.

¶ Hec liquet ex precedente. Nam quotlibet pariter pares ab vnitare simul sumpti: minus vno / sequenti restituunt. Si igit vniuersi pariter pares / in quattuor priores pares (vt diximus) redeunt in binariū / quaternarium / octonarium et senarium: necesse est vt qui aggregati / gignunt numeros vno minores et impares: quattuor primis imparibus vno minoribus / continue finiantur vnitare / ternario septenario et quinario. quod et sequens figura pandit.

1	2	4	8	16	32	64	128	256	512	1024	2048	4096	Pariter pares
1	3	7	15	31	63	127	255	511	1023	2047	4095	8191	Impares
1	3	7	5	1	3	7	5	1	3	7	5	1	
Quattuor ipares				Quattuor ipares				Quat. limites impares					

¶ Huiusmodi numerorum impariū / ex pariter paribus ab vnitare collectis aggregatorum: quicumq; ternario et quinario clauduntur / compositi sunt: hi quinario / illi vero ternario dimensi. eorumq; note / ac figure simul iuncte: numerum faciunt ternario diuisibilem

¶ Ois numerus qui quinariū desinit impar est: diuisibilis / ac numerabilis quinario. Et quicumq; imparem / quinarium meretur: hic et in quinarium desinit. In his autem imparibus / qui ex pariter paribus simul sumptis fiunt: quicumq; ternario clauduntur / sunt et ternario compositi / ac numerabiles. Oim vero huiusmodi pariū: siue quos ternarij / siue quos quinarij claudunt: note simul iuncte / numerum faciunt: quem ternarius meretur. Vt decimiquinti note sunt due: 1 & 5 que simul senarium implent / ternario diuisibilem. Si militer et tertij et sexagesimi: gemine sunt note 6 & 3 / quibus conflatur nouenarius / ternario partibilis. Et ita i ceteris procedet.

Reliqui vero impares / qui vnitare et septenario finiuntur sunt primi. eorūq; figuris et notis simul iunctis: numerus sit / a quo quotiens potest demptus ternarius vnitatem relinquit.

¶ Alterna vicissitudine / hi ipares qui ex continuis pariter paribus ab vnitare sumptis fiunt: sunt compositi et primi. Vniuersi namq; qui ternario et quinario finiuntur / sunt compositi. ternario et quinario numerabiles. Quos vero claudunt vnitare et septenarius: hi sunt primi et incompositi. Nam eorum pars est sola vnitare. Et vt note illorum simul iuncte / numerum gignunt a quo demptus ternarius quotiens potest / relinquit nichil: ita et horum simul un ptis figuris: numerus profertur: a quo demptus quoad potest ternarius / relinquit vnitare

tem.

Primi	1	3	7	31	127	511
Compositi	15	63	255	1023	4095	16383

11 Ex pariter parib⁹ duo semper et duo qui binario et octonario finiuntur / ad perfectos eliciendos numeros minime conducunt. Reliquivero quater nario / senarioq; finiti: iisdem eliciendis sunt apti.

¶ Vniuersi qppe pariter pares binario / octonarioq; finiti: cum ceteris minoribus pariter paribus / ad vnitatem vsq; collecti: numeros impares gignunt non primos / sed compositos: q in ternarium aut quinarium desinunt. Nūteri autē ipares compositi: radices esse nequeūt pfectorum numerorum. Qui autē quaternario: ac senario finiuntur: sumpti cum ceteris ad vsq; vnitatem / numeros eliciunt impares / imcompositos et primos: qui et ipsi sunt perfectorum numerorum radices. Sunt igitur illi ad perfectos numeros promendos minime apti: hi vero vtilis et apti.

12 Eorū imparium qui ex pariter paribus: ab vnitatem collectis fiūt: quicunq; in vnitatem et septenarium desinunt / perfectos numeros eliciunt: qui vero in ternarium et quinarium reuoluuntur / eosdem haudquaq; gignunt.

¶ Huiusmodi enim imparium / quos pariter parium gignit aggregatio: qui sunt primi et in compositi: sunt perfectorum numerorum radices. Hi autem soli sunt primi: qui aut vnitatem aut septenarium finiuntur. Vnde fit vt alternatim tam pariter pares q; impares / eorū aggregatione progeniti: sint apte perfectorum numerorum radices. Ceteri vero itidem alternatim: sint ad procreandos perfectos numeros / inutiles et minime apti.

			Inepti	Apti	Inepti	Apti
Termini	pariter	parium	2	4	8	6
Termini	impa	rium	1	3	7	5
			Apti	Inepti	Apti	Inepti

13 Si quotlibet pariter pares ab vnitatem collecti / fecerint numerum primum quod fit ex ductu vltimi ac maximi aggregatorum / in ipsum: tantum est / quantum quod ex ductu omnium ipsius pariter paris partium / in eundem cum eo quod ex ipso pariter pare / suisq; partibus simul aggregatis colligitur.

¶ Hec propositio necessitatem perfecti numeri ostēdit. Pandit enim eius ortum / ex ductu numeri primi (quem quotlibet pariter pares ab vnitatem collecti fecerint) in pariter parem aggregatorum supremum. Sumantur enim ab vnitatem / pariter pares duo et quatuor: qui cū vnitatem: septenariū gignunt / numerum incompositum et primum. in quem quaternarius maximus aggregatorum ductus: gignit octauum et vigesimum / quem constat secundum esse perfectum. Dico quoq; tantum esse / quod fit ex quatuor in septem: quantum quod ex vnitatem in septem / et ex binario in septem: cum eo quod fit ex vnitatem / binario et quaternario simul. ¶ Nam cum cuiusuis pariter paris / omnes partes simul sumpte: sint ipse pariter par / vno minus: quod fit ex pariter pare / in numerum primum: tantum est quantum quod fit ex omnibus ipsius partibus in eundem: minus ipso impare primo. Sed hic impar primus constat ex ipso pariter pare et cunctis eius partibus simul. Quod igitur fit ex pariter pare aggregatorum maximo / in numerum primum: tantum est quantum quod fit ex omnibus eius partibus in eundem / cum eo quod fit ex ipso pariter pare et vniuersis eius partibus.

14 Numeri hoc pacto ex maximo aggregatorum pariter parium / in numerum primum producti: omnes partes / sunt numerus pariter par et omnes eius partes: numerus quoq; primus et vniuersi eius multiplices / ab ipsius pariter paris aggregatorum maximi partibus denominati.

7 8
7 7 7 7
1 4 7
1 1 1

¶ Numerus enim impar primus in quem ducitur pariter par aggregatorum maximus: constat ex ipso pariter pare et cunctis eius partibus. Ipse autem pariter par/constat ex cunctis suis partibus/vno eis maior. Quotiens igitur est vnitas/in ipso pariter pare/totiens numerus primus est in numero producto et perfecto. Est autem vnitas/vno pluries in numero pariter pare: quod in cunctis eius partibus simul sumpris. Est igitur et numerus primus/vno pluries in producto et perfecto: quod sit vnitas/in cunctis partibus numeri pariter paris. Sumptus itaque pariter par/cum omnibus suis partibus: cum semel ipsum numerum primum restituat additus ei quod sit ex suis partibus. in numerum primum: totius producti et perfecti numeri summam implet. cuius omnes sunt partes/ numerus ipse pariter par: et cuncte eius partes: numerus primus et cuncti eius multiplices/ denominati a partibus numeri pariter paris.

¶ Exempli causa: quattuor in septem/ gignit octauum et vigesimum secundum perfectum. Quotiens igitur vnitas est in quattuor: totiens septenarius est in octauo et vigesimo. Est autem vnitas in quattuor/ vno pluries: quod in ipsius quaternarij partibus. Est enim vnitas ter in eius partibus id est in vno et duobus. Est igitur et septem vno pluries in producto: quod in quaternarij partibus/ vno et duobus. Sed et septem semel fit/ ex quaternario/ duobus et vno. Est igitur productus octo et viginti/ ex quattuor in septem: tantus/ quantum quod fit ex vno in septem: et quod fit ex duobus in septem et ex vno/ duobus et quattuor simul sumpris: quod vnum efficiunt septenarium. Totius quoque octauum et vigesimi partes: sunt quaternarius et eius partes/ vnum et duo. et septenarius/ eiusque multiplices: sumpti ac denominati a partibus quaternarij/ id est ab vnitate et duobus. Hi enim sunt simpliciter septenarij/ id est ipse septenarius: et duplus septenarij scilicet decimus quartus. Sumptus ei septenarius secundum vnitatem et binarium: cum eo quod fit ex vnitate/ binario et quaternario. id est cum adhuc semel septenario: octauum et vigesimum restituit/ suis partibus equum.

¶ Omnis perfectus numerus: ex pariter pare quaternario finito/ in impari septenario. aut ex pariter pare/ senario finito: in impari vnitate finito ducto coalescit.

¶ Prius enim docuimus pariter pares/ quicunque binario aut octonario clauduntur: haud esse perfectorum numerorum radices. neque item impares primos/ quos ternarius aut quaternarius desiniunt. Superest autem vt pariter pares quaternario/ senarioque/ finiti: et impares primi/ qui in vnitate/ septenarioque desinunt: sint como dissimile perfectorum numerorum radices. Quando enim pariter par quaternario finitus/ est aggregatorum maximus: gignit impari primum/ septenario finitum. in quem et ipse ductus/ perfectum elicit numerum. Si autem aggregatorum maximus/ fuerit pariter par desinens senario: hic gignit impari primum/ desinentem vnitate. in quem et ipse ductus: perfectum numerum profert. Hec autem lex/ incipit a secundo perfecto: vt ab octauo et vigesimo. Nam senarius perfectus primus: ex pariter pare binario. in impari ternarium dissimili ceteris origine/ surgit proferturque.


Perfecti		6	28	496	2120
Numeri primi	1	3	7	31	127
Pariter pares apti	1	2	4	16	64
Pariter pares inepti		2		8	32
Numeri compositi			15		63

¶ Quo fit vt omnes perfecti numeri: senario alternaum/ octonarioque finiantur.

¶ Nam pariter par quaternario finiens/ in impari primum septenario finitum ductus: numerum gignit perfectum/ octonario desinentem qui vero in senarium desinit pariter par: ductus in impari primum finitum vnitate: perfectum gignit numerum/ senario finientem.

¶ Cuiuslibet numeri perfecti: numero impares sunt partes.

¶ Omnis enim perfectus/ elicitur ex pariter pare in numerum primum: que sunt eius partes sibi inuicem artigue et proxime/ ab se inuicem denominate: inter quas totus perfectus partem nullam recipit mediam. Omnis autem numerus/ qui partes habet duas sibi inuicem proximas et immediatas: numero impares habet partes. vt aut tres/ aut quinqz/ aut quouis alio




Impare numero. Nam senarij tres sūt partes: vnum/duo/tria. Octauj et vigesimi quinq p
tes: vnum/duo/quattuor/septem et decimiquatuor.

Nullus perfectus numerus est quadratus.


18 Nam omnis quadratus numero pares habet partes. Habet enim partem mediam: que
ab seipsa sumitur et denominatur. cuius in seipsam ductu profertur ipse quadratus. Omnis
autem perfectus parte caret media et a seipsa denominata. Inter enim pariter parem et nu
merum primum: ex quibus vt proximis et precipuis radicibus perfectus gignitur: media ps
cadit nulla.

19 Omnis numerus in numerum sui duplo vnitare aut maiorem /aut mino
rem ductus /gignit trigonum: cuius latus est aut eius duplus /aut numerus
eius duplo vnitare minor.

Vt quaternarius ductus in septenarium/
aut nouenarium: vtrobiq; trigonum gignit
Sunt enim septem et nouem: octonarium
quaternarij duplum/ circumstantes: hic eo
proxime maior/ ille proxime minor. Quater
enim septem: octauum et vigesimum pro
fert septimum trigonum. cuius latus est sep
tem: numerus quaternarij duplo/ vnitare minor. Quater vero nouem: sextum et trigestimū
elicit trigonum octauum: cuius latus octo/ quaternarij duplus est. Et hanc verso tamen or
dine: Iordanus in sexta libri octauj proponit.



Perfectus



Quadratus



20 Numerus primus ex quotlibet pariter paribus ab vnitare collectis factus
est duplo maximi aggregatorum vnitare minor.

Oēs enī pariter pares/ ab vnitare collecti: sequenti minus vno restituunt. Sequēs autem
pariter par: duplus est maximi et supremi aggregatorū. Est igitur et numerus primus/ ex ip
sis factus: duplo maximi aggregatorum vnitare minor

21 Omnis igitur perfectus numerus est trinus: eiusq; latus est numerus im
par primus/ in quem ductitatur aggregatorum maximus.

Omnis enim perfectus numerus nascitur ductu pariter paris/ in numerum imparem pri
mum/ sui duplo vnitare minorem: vt binario in ternarium/ oritur senarius. Est autem ternari
us vnitare: minor quinario binarij duplo. similiter quaternario in septem/ octauus et vige
mus surgit. Septenarij vero/ minor est vnitare: octonario/ duplo quaternarij. Est igitur om
nis perfectus numerus/ trigonus ac trinus.

Pariter pares/ ab vnitare pariter/ siue numero pares sumpti: numerum cō
positum gignunt. Impariter vero sumpti/ numerum primum.

Par/ pariter parium sumptio: intelligenda est cum vnitare. id est si qui sumuntur cum
vnitare: sint numero pares/ et hoc rursum intellige post binarium. Nam vnitatis et binarij
efficiunt ternarium: incompositum et primum. Vnum autem/ duo/ quattuor et octo: decimū
quintum gignunt compositum. Ast vnum duo et quattuor: efficiunt septem primum et im
compositum. Et ita quotiens pariter parium cum vnitare/ fuerit par sumptio: efficiunt com
positum. Impar vero eorum sumptio: numerum eliciet primum.

	3	7		31		127		Primi
1	2	4	8	16	32	64	128	Pariter pares
	3		15		85		255	Compositi

22 A quolibet pariter pare binario/ octonarioq; finito/ dempta vnitatis/ nu
merum imparem primum relinquit: vnitatis/ senarioq; finitum. in quem du
cta pariter paris medietas/ numerum perfectum gignit: qui in senariū/ aut
octonarium definit

Hec ex precedentibus manifestior euadit: q̄ vlla aut ratione/ aut exēplo declarari egeat.
Pariter enim par 4 finitus: ductus in nūeri primū 7 finitum: perfectū profert 8 finitum
Pariter vero par 6 finitus: in numerum primum vnitatis finitum: profert perfectū 6 finitū.

Vertical text in the left margin, partially obscured and difficult to read, likely containing commentary or additional examples.

Hec propositio signum aliquod per necessarium exprimit: quo superficite nus / dinoscitur perfecti numeri. Si enim iuxeris cuiusvis perfecti / omnes notas : proferes numeru / a quo demptus quotiens potest nouenarius residuam facit vnitatem. Vt octauu et vigesimi gemine sunt note 2 et 8: que simul iuncte denarium implent / qui nouenarium superat vnitatem. Similiter tertii perfecti + 96 / note sunt tres: + 9 et 6. que simul conflant decem et nouem a quo sublato bis nouenario / superest vnitatis. Inest autem signum hoc cunctis perfectis / tamen non omnis / cui huiusmodi signum inest / sit perfectus.

¶ Omnes numeri pariter pares: sunt continue ab vnitatem proportionabiles. 26

¶ Sunt enim omnes pariter pares continue ab vnitatem dupli. igitur et continue proportionabiles: et eiusdem duple proportionis.

¶ Numerorum ab vnitatem proportionabilium: quicunq; locis imparibus ab vnitatem distant / sunt quadrati. 27

Jordanus

¶ Hanc Jordanus in sexti libri / sexta et vigesima proponit. Primus quadratus est vnitatis: a qua quaternarius tertio distans loco / quadratus est. Similiter et decimus sextus est quadratus: quinto ab vnitatem (in pariter parium serie) loco distat: et ita deinceps. Quia enim impare loco: ab vnitatem distat: ideo partes: habet numero pares. cunctos scilicet pariter pares / qui sub

Quadrati	Qua.	Qua.	Qua.	Qua.	Qua.
1	2	4	16	8	32
					64
					128
					256.

ipsis ad vnitatem vsq; relinquuntur: cum ipsa vnitatem / que omnium pars est numerorum.

¶ Omnis autem numerus / cuius partes sunt numero pares: est quadratus. Omnes itaq; pariter pares / impare loco ab vnitatem semoti: sunt quadrati: eorumq; latera / sunt numeri inter ipsos et vnitatem: in eadem proportionem medii: ab ipsis quadratis et vnitatem equidistantes.

¶ Vnde fit vt alternatim pariter pares omnes / sint quadrati: quaternario / aut senario desinentes. 28

¶ Hec constat ex precedentibus. Sunt enim hi quadrati / perfectorum numerorum radices: qui sumpti cum prioribus vsq; ad vnitatem / gignunt numeros primos: septenario / aut vnitatem desinentes. Itaq; perfectus omnis numerus / cum quadratus esse nequeat: quadrata tamen radice / vniuersus profertur atq; elicitur.

¶ Omnes duo et duo impares / quolibet numerum parem / senario diuisibilem circumstantes: aut ambo / aut eorum alter sunt primi. 29

De numeris primis

¶ Senarius primus perfectus numerus: radix est prima / habundantiu et superfluo numerorum. ¶ Eius enim vniuersi multiplices: sunt habundantes / atq; superflui. quos qui proxime circumstant impares / aut ambo sunt primi / aut eorum alter primus. Circumstant enim senariu quinq; et septem: ambo incompositi et primi. Dodecadem circumsepunt 11 et 13: ambo iteru primi. Octauodecimu numeru obsident 17 et 19 / rursus ambo primi. Quartus autem et vigesimus 23 et 25 obsidentur. quorum minor tantum primus / maior vero compositus est: Nam quinaru quadratus. Et hanc in cunctis / feriem immutabilem comperies.

Numeri primi	5	11	17	23	41	47	53	59	71	83	89
Senari multi.	6	12	18	24	36	42	48	60	69	72	84
Primi	7	13	19	37	43	61	67	73	91		

¶ Omnis quoq; numerus primus / est hoc pacto aliquis imparium: numeru parem senario diuisibilem / proxime circumstantium. 20

Illatio

¶ Hec est couersa precedentis. Hi eni soli sunt primi et incompositi: qui lineam circumsunt senarii: id est qui senarii multiplicibus: sunt proxime aut maiores / aut minores. ¶ Vnde fit vt duo quilibet numeri primi / solo differentes binario: simul iuncti / efficiant numeru habundantem senarii multiplicem. Vt 5 et 7 simul / dodecadem implent: et habundantem et senarii multiplicem.

¶ Omnes numeri primi: his quattuor imparibus. 1. 3. 7. 9. finiuntur.

¶ Omnis enim impar numerus: impare finitur. Nam par est: quicunq; in pare desinit. Omnis autem q in quinaru desinit: impar est compositus / eodem quinario numerabilis. Ois igit nunc numerus primus: aut vnitatem / aut ternario / aut septenario / aut nouenario finitur. Sunt enim imparium numerorum / note tantum quinq; 11 13 17 19.

¶ Quicunq; numerum parum / ternarius metitur: eundem numerat et senarius. Et omnes huiusmodi numeri (preter senarium) sunt habundantes. 31

Ternarius imprimis / senarius metitur: primū perfectū / suiq; duplū. qui et senarius: seipsum numerat vnitare. Oēs autē pares quos metitur ternarius: sūt senarii multiplices / diuisibiles senario: qui et vniuersi / sunt habūdātes. Nā pfecti numeri / ois multiplex: est habūdās.

33. Perfecti numeri / vt diminutorum et habundantium medi: ex diminutis et proximis habundantium circumstantiis nascuntur.

Perfectus numerus / aliquo pacto mediū est: inter insufficientes et habūdātes numeros. Sicut enī omne mediū / ab extremis pferitur: ita et perfect⁹ nūerus tanq̄ medi⁹ oritur ex di⁹ minutis: et his qui senarii habūdātes proxime circumstant / id est ex pariter paribus et numeris imparibus primis.

34. Rursum perfecti numeri: perpulchre tantum ex diminutis / sed extremis: maxime inq; et minime diminutis nascuntur.

Nā pariter par / numerus est minime diminutus. Sola quippe vnitare diminutus est: et a perfectione deficiens. Numerus autē primus: sūme est diminut⁹. vt qui sola vnitare / ad pfectionē assurgit. Nascitur autē perfectus: ex pariter pare / in numerum primum. Sunt igitur ipsius perfecti numeri / dissimillime radices: que in diminutorum numerorum specie / extreme dicuntur. Nam maxime et minime diminute.

Omnis numerus / quē ternarius metitur: est et ternario insignis.

35. Numerus ternario insignis. signatūq; dicitur: cuius omnes note simul iuncte: numerum efficiunt ternario diuisibile. Hoc enim pacto omnis ternario numerabilis numerus: haudquaq; ternarii legē imutat / aut excedit ternarii finibus. Sed velut ternario express⁹ et ab eo immutabilis: in quātācūq; se summā fundat / in suis tamen notis ternarii formā seruat: reditq; in ternarium. Vt dodecadis note iuncte 1 et 2: que simul ternariū implent. Note vero penthadedadis / sunt 1 et 5: que simul senarium / ternarii multiplicem gignunt.

Pulchra et admiranda ternarii proprietates

Omnis item numerus ternario insignis: est et eodem numerabilis.

36. Hec est precedētis conuersa. Qz si alicuius note simul iuncte: aut ternarium / aut ternarii multiplicem fecerint: oportere eundem / illico et ternariā habere partem.


Continue omnium numerorum ternario diuisibilia: omnes note simul iuncte / dempto quotiens potest ab eis nouenario: residuos faciunt hos numeros: tria / sex / nouem.

Hec liquet ex subiecta figura.

1	3	6	9	12	15	18	21	24	27	30	33	36	39	42	45	48	51	54
	tres		tres		tres		tres		tres		tres		tres		tres		tres	

38. In cunctis numeris tantum sunt tria signata: vnum tria / nouem.

Vnitas est omniū pars numerorū. cuiusuis autē nūeri: oēs note simul sūpte: referūt vnitare: id est nūerū vnitare partibile. Ternarius et ipse quorū est pars / eorū iuncte in vnū figure: ternariū exprimit: gignitq; (vt dixim⁹) nūerū partibile ternario. Nouenarius quoq; simpliciu numerorū suprem⁹: et ipse vnitare ac ternariū imitat. Oibus enī numeris quos numerat / sua impressit vestigia. Eorū quippe note simul sūpte: aut nouenariū faciūt / aut nouenarii multiplicē. Vt decimioctau figure sunt 1 et 8: q; simul nouenarium gignūt. Et dūtaxat: hec tria / in nūeris / reperiūtur figurata: q; et ab inuice trinitate / trinaue pportione distāt. Nā ternari⁹ ter vnitare: Nouenari⁹ vero ternariū: ternario multiplicat. Et ex hac nūerorū insigni signataue trinitate: complura sciu dignissima / vt assūre ditionis elici possunt.



Tantū tria in numeris signata

39. Omnes perfecti numeri: duobus primis perfectis numeris / senario et octauo supra vigesimum: finiuntur.

Senarius et viginti octo: primi sunt et simplicissimi perfectorū. in quos alternatim / perfecti redeunt vniuersi. Omnes enim perfecti: nascuntur ducti 4 in 7 / aut 1 in 6: pro figuris vltimis. Gignit autem 4 in 7 / 28: At vnitatis in 6 / senarium profert.

A ij

Nullus perfectus numerus/in tot figuris consistit: quotus est minor imparium primorum/numerum parem senario diuisibileu/ circumstantium. 49

Hec propositio docet/que numerorū sedes sint perfecto numero vacue/atq; desitire. Quia enim senarium/ circumstant duo primi impares 5 et 7/ quorū quinario minor est: ideo in quinque figuris/ perfectus reperitur nullus. estq; quinta numerorum sedes: que a decē millibus: ad centena sese extendit millia: perfecto orbata/ ac vacua numero. **I**dentidē et vndecima sedes et decima septima: et vigesima nona. he enim sedes/ denominantur a minoribus imparium primorū: senarii multiplices circumstantium. **E**st autem hec propositio intelligenda/ duntaxat in prima perfectorū numerorū reuolutione: que octo et viginti perfectos numeros claudit. Nam vigesimus nonus perfectus: quinque et triginta figuris cōtat. Numerus autem trigessimus quintus: licet sit impar/ vnitatem minor senarii multiplice scilicet sexto et trigesimo: incompositus tamen et primus non est. Numeratur enim quinario et septenario. Atq; ideo vbi primū sese offert: occurritq; minor impariū senarii multiplice circumstantiū/ non primus: variantur et perfecto: un numerorū sedes. **P**ost primā quippe reuolutionē/ he sedes que continue perfectis carent numeris: denominantur a paribus numeris/ vno minoribus/ his imparib⁹: qui sunt minores/ duorū quorūcunq; senarii multiplices circumstantiū. **N**ā nona et vigesima sedes: vltima est prime reuolutionis/ in qua stat perfectus nullus. Est enim 29 numerus primus: vno minor 30 senarii multiplice. Succedit autem illi proxima sedes/ perfectum ferens nullū: quarta est trigesima. Nullus enim reperitur perfectus: cōstans quattuor et triginta figuris. Est autē 34 numerus par/ vnitatem trigesimo quinto minor. Post vero quartā ac trigesimā sedē: quadragesima numerorū regio/ ac sedes: rursum perfecto numero/ inanis est et vacua. Quadragesima succedit sexta et quadragesima: perfecto deserta numero. Et ita deinceps procede: per senarias distantias/ vsq; ad secundē reuolutionis finem. **I**n tertia nāq; reuolutione/ rursum minuere debes vnitatem ad eliciendas eas sedes/ que perfectis numeris carent. Nam vt in prima reuolutione/ ad vacantes perfecto numero sedes promendas: sumere debes numeros/ cōtinue vnitatem minores continuis senarii multiplicibus: ita et in secundo ordine/ sumendi sunt numeri continue senarii multiplicibus/ binario minores. **I**n tertio vero ordine/ tertiæ reuolutione: eorūde perfectorū numerorum sedes/ perfectis numeris carētes: ab his denominantur numeris/ qui isdem senarii multiplicibus sunt ternario minores. **E**t ita deinceps: primariū sedū denominationes/ vnitatem minuendo. Cōstāt enim perfectorum reuolutiones numerorū: octo et viginti perfectis: ad secundū perfecti octauū et vigesimi numerum. **I**n omni autē reuolutione/ id est in octo et viginti perfectorum spacio: quinque sunt sedes perfecto numero/ carentes/ que continue senariis distantis abinuicem dispescuntur. Prioris tamen reuolutionis vltima sedes/ perfecto carens numero: a proxime reuolutionis/ sede prima perfecto idētidem careere numero: solo distat quinario. Prime autē reuolutionis numeri: denominantes sedes perfectis orbatas/ sunt. 5/ 11/ 17/ 23/ 29/ Secundē reuolutionis numeri: sunt 34/ 40/ 46/ 52/ 58. Tertie vero 63/ 69/ 75/ 81/ 87/ Et hec omnia liquidius ex subiecta pandūtur figura.

Prime reuolutionis numeri	5	11	17	23	29
sedū perfectis carētium			(5)		
S e c u n d e	34	40	46	52	58
			(5)		
T e r t i e	63	69	75	81	87
	6	6	6	6	6

Posita vnitatem/ vt primo perfecto nūero (que reuera et ipsa/ omnē perfectio nis rationē subit) fiet cōtinue in naturali perfectorū numerorū serie: ab ipsa vnitatem/ sexto quoq; loco: capitaliū notarū/ atq; figurarū i vnitates reuolutio. **S**tatue vnitatem/ vt primū perfectum numerum. Nam et in omni ferme numerorū specie: primatum obtinet vnitatem/ censeturq; prima. Sextus ab vnitatem/ perfectus numerus hic est 130816: cui⁹ capitalis figura ac nota vnitatem est. Rursum ab hoc sexto/ iste ē 137438691328 cui⁹ rerum capit/ precipuūq; character est vnitatem. Et ita in cunctis/ sexto quoq; loco distantibus/ eueniet.

42 **C**A septimo perfecto numero/per senas item distātiās: ternarius cunctorū perfectorum/est caput.

Hec vt et precedentes: ex perfectorum numerorum tabula euadit manifesta. Septimus enim perfectus numerus/est hic: 33 55 0336. cuius ternarius est caput/capitalisue nota. Ab hoc vero sextus est 34 35 97 38367: cuius iterum ternarius/fastigium obtinet. Et ita in ceteris/sexto quoq; loco reperies.

43 **C**A secundo pfecto numero/continue oēs perfecti: tot habent partes/quoti sunt a quinario numeri impares: sese quaternario transilientes.

Primus perfectus numerus senarius partes habet tantum tres. 1. 3. 2. secundus 28 partes habet quinq; 1. 2. 4. 7. 14. Ab hoc vero secundo: ceteri omnes tot habent partes/quoti sūt numeri impares a quinario: transilientes se quaternario. Nam tertius perfectus 496 partes habet nouem 1. 2. 4. 8. 16. 31. 63. 124. 248. Quartus partes habet tredecim: quirus decem et septem/et hoc pacto deinceps.

44 **C**Perfectorū numerorum/ qui in senariū desinunt: ab eorum tertio qui est 130816: secunde a dextris/in sinistrum figure sunt continue quinq; primi imparēs 1. 3. 5. 7. 9.

Eorundem rursus quorum penultime/siue secunde a dextris note sunt vnitates: eorū et vltime/ siue capitales sunt vnitates, sed minime econuerso. Et quibus rursus ternarius/est secunda nota: iisdē ternarius est caput/sed non conuertitur.

Eorum autē perfectorum/qui in octonarium desinunt: ab eorum tertio/omnes tertie a dextris in sinistrum note: in tres primos impares 1. 3. et 5 continue redeunt: hoc ordine 1. 5. 3. 5. 1. deinde iterum 1. 5. 3. 5. 1.

He propositiones/ex perfectorum numerorum tabula/oculis subdita liquent. dici autem possunt cuncti perfecti numeri: qui senario finiuntur/ masculi. qui vero in octonariū desinunt feminini. Senarius enī numerus/ potior est octonario: et ad octonariū vt masculus quidam Ex senario autem et octonario perfectorum numerorū finibus/vltimisq; notis: constat quā tesseredecadē vocam; secūdi perfecti medietatem: cuius anagogē ad presens relinquitur.


45 **O**mnis perfectus numerus: in sua sede/est vnicus et solus.

Hec est merito gutture aeneo serenāq; fronte/pronuncianda: que perfectis numeris regum vendicat honorem. summo illos imperii fastigio/ considere predicat: cūctisue prestantiores numeris ostendit. **Q**uanto etenim quippiā rarius: minusue prostritum fuerit: tanto illud honorabilius/ melius/ ac prestantius censemus. Rarissimi autē sunt inter numeros/ perfecti. Ois item perfectus: in sua sede est vnicus/ ac solus/ imultiplicabilis/ impatiens consortis et coheredis. vt qui sui presentia: regionē propriā/ ac sedē/ implet/ occupatue totā. Et sicut vnicus est in orbe sol ac fons lucis tātū vn; ita et queuis numerorū vnitatis/ ac sedes: tantū vno honoratur perfecto. Nulla autem sedes duorū est capax. Sed et pleraq; vt iam docuim; regiones/ māsiōes/ ac sedes/ regiū illud pfectionis fastigiū repudiat: atq; dedit

Nūeri perfecti quidā masculi quidā feminini

Sūma perfectorū numerorū dignitas

gnat. Itaq; inter vnum atq; decem prima regione/ versat senari;. Secundā regione/ actedē: a denis/ ad ceteros: octauus er vt gesimus implet. Regionē tertiam/ q̄ a centenis ad millia distenditur: possidet 496. Quar



A. iii.

Vertical text on the left margin, partially cut off, containing various notes and references.

tam regionē/a millibus ad dena millia: occupat 8128. Quintā a denis millibus: ad millia centena: possidet occupatue nullus. Et hec regio prima deserta est et perfectionis culmine vacua atq; desolata. ¶ Unde fit vt omnis perfectus/ numerus proxime minorem perfectū: suarum notarum et figurarū numero transiliat/ ac vincat. Nam si duorū perfectorū essent numero equales figure: hi essent et regionis ac mansionis eiusdem.

46

¶ Perfectionis perfectorum numerorum/ trinā licet afferre causam: Equa- litatem/ Dissimilitudinem et Solitudinem.

Triaperfe-
ctorum nu-
merorū per-
fectio

¶ Equalitas in perfectis numeris: est attendenda in totis ipsis et eorū partib⁹. Ipsi eni totti cunctis suis simul sumptis partibus/ probantur equales. ¶ Dissimilitudo autem: in eorum radicibus/ est expetenda. Oriuntur enim dissimilissimi/ extremis et q̄maxime etherogeneis radicibus/ vt prius ostēdimus. scilicet pariter pare/ minime diminuto: et numero ipare pri- mo/ maxime diminuto. ¶ Porro solitudo est: qua perfecti numeri in suis sedib⁹ et locis/ soli et vnici esse dicuntur. Tria igitur est numerorū perfectorum perfectio: Equalitas/ dissimi- litudo solitudo. Est enim equalitas/ perfectio quedā. Partium quoq; dissimilitudo/ quedā est perfectio. quādoquidē etherogenea q̄q; et dissimiliū partiū entia: homogeneis et indifferen- tibus/ perfectiora et prestantiora/ censentur. Solitudo item quedā est perfectio: perinde atq; et vnitas. Est enī entis in sua sede et regione/ solitudo: vnitatis ipsius/ singularitatis/ am- plissime virtutis/ dominationis sese propagantis: et regie cuiusdam plenitudinis/ atq; digni- tatis signum.

47

¶ Omnis numerus perfectus/ preter senarium: est impariter par.

¶ Senarius primus perfectus: est pariter impar. Ceteri autem cūcti perfecti/ sunt impariter pares. Nam pariter pares esse nequeunt: cum omnis pariter par/ sit diminutus. Et cū pro- deant vniuersi ex pariter paris in imparem ductu: necesse est eorum medietates non esse impares. Sunt igitur preter senarium vniuersi perfecti impariter pares.

¶ Cuiuslibet perfecti numeri/ omnes submultiplices: sunt diminuti. Om- nes vero eius multiplices: habundantes.

48

¶ Hanc iordanus in septimo libro/ quinquagesima quinta et quinquagesima sexta pro- ponit. Residet enim hoc pacto perfectus numerus/ in extremorū medio et equalitate: vitro citroq; equidistans a diminutis et a superfluis. Omnis enī perfecti numeri pars: est dimi- nuta. Omne vero eius multiplex et totum: habundās est atq; superfluum. Quicquid itē partiū subest perfe- cto: est imperfectū atq; insufficiens. Quicquid vero eidē superstat: excedit sese/ atq; transcendit.

	Submultiplex	Equale	Multi.
	Diminutus	Perfect⁹	Habū.
	(14)	(28)	(56)

¶ Cuiuslibet perfecti numeri medietas/ intantum a per- fectione deficit: quātus est pariter par aggregatorū ma- ximus/ totius perfecti radix. Eius autē duplū/ tāto perfe- ctionem exuperat/ et habundat: quantum est eiusdem pariter paris duplū.

49

3 6 12
1 3 6
1 7 4
1 3
2
1
1 6 16
2 0 4

Habundā-
tia ad defe-
ctū dupla.

¶ Senarii primi perfecti medietas/ ternarius est: quē constat esse diminutū. Nā et prim⁹ est et pars eius sola vnitas. Deficit igitur ternari⁹ a perfectione/ binario: qui est numerus pari- ter par/ aggregatorū maximus: senarii radix: quē senariū/ ductus in ternariū binarius pro- fert. Senarii autem duplus/ duodenarius est/ habundans. cuius oēs partes sunt 1. 2. 3. 4. 6. que simul sumpte sextū decimū efficiunt. Habundat igitur duodenarius: quaternario/ bina- rii duplo. ¶ Sume rursū secundū perfectum 28: cuius medietas. 14/ quaternario est dimi- nuta/ imperfecta et a perfectione deficiens. Eius enim partes. 1. 2. 7. simul: denariū constāt quē decimus/ quartus quaternario transcendit/ octauū et vigesimi radice. Octauū autē et vige- simū duplū est 56: cuius omnes partes sunt 1. 2. 4. 7. 8. 14. et 28. quib⁹ simul sumptis/ sit numerus 64: qui 56. transcendit octonario/ quaternarii duplo. ¶ Et ita in cūctis perfectis euenire cōprobabis: dupli ipsorū habūdantiā ad medietatis eorū dē perfectorū insufficien- tiā/ atq; defectum: esse duplā. Semper enim medietatis ipsi⁹ perfecti numeri/ a pfectione et equalitate defectus/ erit pariter par aggregatorum maximus/ totius perfecti radix.

vero cubus 27 / super senarii multiplicat 24 / tres addit vnitates. Quartus cubus / sexaginta quattuor / super 60: quattuor addit vnitates. Quintus cubus 125: senarii multiplice 120: quinario maior probatur. Sextus deniq; cubus 216 / senarii multiplex est / diuisusq; senario / nichil relinquit. Septimus rursus cubus: super senarii multiplicem: addit vnitatem. Octauo binarium: Ternariū: nonus / Decimus / quattuor: Vndecimus / quinq;. Duodecimus iterum / nichil. Est enim senarii multiplex. Et eodem modo hec series / in iumentum pergit. A primo enim cubo / dempro. quotiens potest senario: relinquitur vnitas. A secundo cubo / duo relinquantur. A tertio / tria: A quarto / quattuor. A quinto quinq; / A sexto nichil. A septimo / rursus vnus: et ita deinceps.

Cubi	1	8	27	64	125	216	343
Senarii multiplices	0	6	24	60	120	216	342
Residui	1	2	3	4	5	0	1

¶ A quolibet cubo / dempto quoties potest senario: aut id quod relinquitur / 55
latus est cubi: aut additus ei senarius / aut senarii multiplex: lat⁹ gignit cubi.
Si autem nichil ex diuisione superat: aut senari⁹ / aut eius multiplex erit cubi
latus.

¶ Ab vnitate primo cubo / nulla facta senarii substractiōe: superest vnitas / q̄ est et lat⁹ vnitatis. Ab octonario secundo cubo / demptus semel senarius / residuū facit binarium / octonarii cubi latus. Tertius cubus 27 senario diuisus: ternarium suum latus relinquit. Quartus 64: quaternarium suum latus. Quint⁹ 125: quinarium. Sextus 216: nichil. Eius enim lat⁹ est / ipsemet senarius. ¶ Post sextum autem cubum / ad duodecimū vsq; cubū: residuis numeris / additus semel senarius: latera cuborum profert. A duodecimo cubo / ad decimū octauum: residuis (senaria diuisione) numeris / bis / est addendus senarius / ad elicienda cuborū latera. A decimo octauo cubo vsq; ad quartum et vigesimum: ter senarius est addendus. Et ita continue perge / secundum series et senarias cuborum reuolutiones: vno pluries / ad residuos numeros senariū addendo. Et ex hac ppositione poterit elici / ppositi cubi radix.

¶ Cōtinue cuborum omniū note / atq; figure simul iuncte: dempto quoties 56
potest / nouenario: aut duos primos cubos vnū et octo relinquit / aut nichil.

pulchra cuborum proprietates

¶ In hec tria: vnū octo nichil: cubi omnes redeunt / atq; reuoluuntur. Iunctis enim cōtinue cuborum omnium figuris: dempto quotiens potest ab eis nouenario / continue superabūt vnū / octo: nichil. Prim⁹ enim cub⁹ vnitas est. Secū⁹ octo. Tertius 27: cui⁹ ambe note simul nouenarium conflant. Quartus cubus 64 / geminis constat figuris. quibus iunctis / sit denarius: a quo nouem sublati / relinquant vnitatē. Quinti cubi 127 / note simul sumpte: octonarium gignunt. Sexti cubi 216 figure tres simul sumpte nouenarium conflant. Et ita in vniuersa cuborum serie contingit. Hinc facile est dinoscere: an propositus numerus cubus sit / nec ne. Nam datus numerus / cubus esse nō potest: si simul sumpte eius figure / substractiōni nouenarii: alium ab his tribus / residuum fecerint. 1. 8. 0.

1	8	27	64	125	216	343	512	729
1	1	8	0	1	0	1	8	0

¶ Omni numero simplici definit: finiturue cubus.

¶ Numeri simplices & minimi: sūt hi. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Et i hos / omnes desinūt cubi. Nā eorum vnusquisq; vltima est cubi nota / atq; figura. vt et precedentis figura ostendit. 57

¶ Tetragoni omnes: in has tantum desinunt notas. 1. 4. 5. 6. 9. 0.

¶ Sextantum sunt quadratorum fines et vltime note 1. 4. 5. 6. 9. 0. In has quippe / vniuersi quadrati desinunt. Repudiant autem metas has quattuor. 2. 3. 7. 8. Nam quadratum repetas nullum: qui aliqua harum metarum limitetur. In nouem namq; quadratis / omnem experimur quadratorum reuolutionem et finem. vt subditi quadrati declarant. 58

N o u e m								qua drati	
1	4	9	25	36	49	64	81	100	
Quadratorum fines	1	4	5	6	9	0			

Trigoni autem omnes: habent et pro metis / suisue limitibus notas sex. 1. 3. 6. 0. 5. 8. Omnes enim trigoni: sex his limitibus finiuntur. Repudiāt autem notas quattuor: scilicet. 2. 4. 7. 9.


In quas trigonus definit nullus. Et huius quoque rei periculum / nouem trigoni pandunt. Na

Nouem trigoni	1	3	6	10	15	21	28	36	45
Trigonorum fines				1	3	6	10	15	21

post trigonos / nouem: ceteri omnes trigoni / in easdem notas resoluuntur. Identidem et omnes quadrati / eisdem habent fines: quos et primi nouem quadrati

59 Multiplicationis modus promendus est: maioribus numeris / vt perfectis eliciendis: vulgato modo accommodatior.

¶ Is quo bassim vtuntur multiplicationis modus: in ingentioribus numeris / confusionem facile parit. ob eas vnitates que prius scribantur: mente sunt reseruande. hic autem quem promemus / illo et certior et apertior est: nullasq; menti commendat vnitates. ¶ Sit igitur numerus quicumq; vt 1 4 4: in alium quemuis / vt in 2 3 2 4: multiplicandus. Dispono ambo numeros / per suas vnitates / in angulo recto. cuius anguli recti vertex / sit hec nota (c) que in numeris nichil exprimit. ita vt hec nota o / precedat vtriusq; numeri caput / capitale ue notam. Deinde compleo totius recti anguli / parallelogrammum. quem secundum vtriusq; numeri vnitates: per rectas lineas partior / in minores quadratos. Si enim ambo numeri fuerint (notarum suarum numero) equales: totus parallelogrammus erit quadratus. Si inaequales: erit altera parte longior / pluresq; fient latere vno quadratuli q; alio. Diuido rursus minores mediasue quadratos per dyametros ductas a totius parallelogrammi sinistro inferiore angulo / ad eiusdem angulum oppositum scilicet superiorem dextrum. hasq; dyametros protendo in vtramq; partem / extra totum parallelogrammum / vni9 minorum quadratorum spacio. ¶ Duco igitur imprimis primam vnius notam / in primam alterius: scilicet vn9 in 2. et productum 2: scribo in angularis ambarum notarum quadrati / inferiore triangulo. Dein de eadem / sinistra numeri primam notam 1 duco in alterius / scilicet superioris secundam vt in ternarium. Et productum tertium / scribo rursus in angularis ambarum notarum quadrati / inferiore triangulo. Rursus eadem / duco in tertiam vt in 2: productumq; binarium / in angularis earum quadrati inferiore triangulo dispono. Postremo duco eandem in quartam vt in 4: et productum 4 / eodem modo in angularis quadrati inferiore medietate statuo. Rursus secundam sinistri numeri figuram 4 / duco in superioris primam 2: et in angularis quadrati inferiore medietate: productum 8 scribo. Eandem secundam / duco in alterius secundam 3: et producti duodenarij ambas notas / in angulari scribo quadrato: in superiore eius triangulo vnitatem / in inferiore vero 2. ¶ Et ita perge multiplicans quodlibet vnius in quodlibet alterius: quoadusq; totus vnus numerus / in totum alium ductus sit. Nam quicumq; numerus ex vnius note / in aliam ductu concreuit: in angulari ambarum notarum quadrato / est collocandus. Si inferior denario fuerit in inferiore triangulo: si denarius aut denario maior constans tamē simplici figura: in superiore eius triangulo. Si vero duas notas habuerit: superiorem in superiore triangulo: inferiorem vero / in inferiore / collocare debes. Hoc enim pacto nichil mente seruandum est: sed productus numerus illico scribendus.



¶ Perfecta autem multiplicatione tota: addendi sunt simul cuncti numeri / qui inter parallellas et equidistantes dyametros continetur. Et qd ex eorum additioe denarij supat: ferendum ē ad superiores dyametros / parallellas: et in earum interuallo / ac spacio collocandū: quoadusq; totam collegeris producti numeri summam. ¶ Est autem inchoanda huiusmodi additio / ab angulo dextro inferiore: ascendendo ad oppositum angulum. Numerus quippe qui est in vltimi angularis quadrati inferiore triangulo: per se sumendus est: et statuendus pro vltima et inferiore figura / colligende summe, vt numerus 6.

A 70


¶ Deinde tres numeri. 6. 1. 8 : qui sunt in superiorum dyametrorum spacio / simul addendi. quibus fit 15 : qui cum duabus constet figuris 1 et 5 : transfero vnitatem / ad superiorum dyametrorū spaciū : et residuam figurā 5 / scribo post priorem. 6. ¶ Rursū numeros in tertio dyametrorum spacio sitos +. 1. 8. 2. cum vnitatem / collecta ex inferiore intervallo / simul iūgo quibus fit 16 / cuius notam 1 / transfero ad superiores dyametros. 6 autem scribo pergendo a dextris / post 5. ¶ Deinde quarti spaciū numeros 2. 2. 1. 8. iungo : addita eis vnitatem / ex inferiore collecta in intervallo. hūc faciunt 14 : cuius notam + scribo post senarium / ad eliciendā summam experitam. vnitatem vero colloco extra parallelogrammū / in superiorū dyametrorū intervallo. ¶ Quinti quoq; spaciū iungo numeros 3. 1. 8. addita eis vnitatem : quibus surgit 13 : cuius notam 1 statuo in superiore intervallo : 3 autem dispono post +.

¶ Deniq; sexti intervalli numerum vnicum 2 / sumo per se / cum vnitatem collecta ex proxime inferiore spacio. et conflatum 3 / scribo post alium 3 : eritq; hec petiti producti numeri / suprema et capitalis figura. Erit enim totus productus hic 33 + 656. ¶ Et ita in cunctis multiplicandis pergens : falleris nunq. reperiesq; hūc multiplicationis modum / vulgatiore modo certiozem. Atq; hac vtēs multiplicatione : quantoscunq; perfectos numeros facile / paruoq; labore elicies.

¶ Probande multiplicationis facte : facilis quispiam et expeditus promend⁹ eit modus. Vnde manifestū est si totū / profertorū i totū : et residuū residuū / proferre aliud totum : cuius residuum / erit prioris totius residuo equum.


2 6
1 4
1 0 4
2 6 0
3 6 4

¶ Ducatur numerus 14 / in numerum 26 : sitq; productus 364. petitur probande et iuce multiplicationis / facilis aliquis modus : an hec sine errore sit pfecta. Sit igitur recta linea a b : quam secet perpendicularis c d. et sit c d / equalis a b. Iungo ambas notas numerum multiplicantis 14 : que simul quinarij notulam cōplent / quam colloco in puncto a. Iūgo pariter multiplicati numeri 26 / ambas notulas : que simul octonarium conflant. quem in puncto b / contra quinarium dispono. Eodem quoq; modo iungo et numeri pducti 364 / omnes notas : que decimum tertium numerū gignunt a quo demptus quotiens potest nouenarius / quaternarium facit residuum. Quaternarij igitur notulā / sisto in puncto c. Et duco a



in b / id est quinarium in octo : qui ex sese / quadragesimum numerum proferunt : constantem duabus figuris / notula scilicet 4 et signo 0. quib; simul additis / dempto ab eis nouenario superat tantum quaternarij notula : quam statuo in puncto d / e regione puncti c. Quia igitur ambo numeri c et d / in eadem linea ex opposito dispositi sunt / similes et equales : conat priorem multiplicationem / rite esse perfectam. et numerum 364 : ex ductu 14 in 26 / veraciter esse adiuerū et productum. ¶ Et eo semmodo / in omni multiplicatione procede. Nā si totus multiplicans / in totum multiplicatum / infer totum productum : ita et quod fit ex totius multiplicantis (post subtractionem nouenarij) notulis / in numerum factum / ex totū multiplicati simul sumpris notis / post subtractionem nouenariam : equum et simile erit (dempto item quotiens potest nouenario) et quod fit ex totius producti notis simul iunctis / facta iterum ab eisdem omni nouenaria subtractione.


¶ Nouenarij quippe / simplicium numerorū supremi subtractione : nullius multiplicationis modum / nullorumue numerorum seriem ac legem immutat. ¶ Eadem eni est lex partium simplicium et residuorum / dempto nouenario / q fuit seruato eode nouenario : totorū cōpositorū et i sua iregularitate manētūm cū in omni numerorum sede et vnitatū coordinatiōe : si at post nouenarium / cunctorum ad sua principia / ad similia / ad eadem et ad vnitatem reciprocatio. ¶ In omni itaq; multiplicatione probanda : statue in linea a b / iunctarum notularum vtriusq; multiplicantis et



Proprietas nouenarij

(dempto nouenario quotiens potest) residua. in linea vero c d / sistite productorum residua in puncto c / residuū totius producti ex toto multiplicante in totum multiplicatum in puncto vero d / residuum producti ex residuo in residuum id est ex a in b Et si nu. acci

In linea e d siti / sint idem numerus / perfecta est / et in erronea multiplicatio. Sin vero sint inaequales / scito in multiplicatione te esse lapsum / atq; aberrasse. ¶ Si enim totum in totum proferat totum / vtriq; et ex coniunctis notulis / post nouenariam subtractionem / residua in seiuicem ducta / totum pariter elicient / cuius nouenarie subtractionis residuum / prioris totius / (post sublatum nouenarium / residuo erit equum. ¶ Amborum enim totorum / eius scilicet quod profertur ex totis / et eius quod elicitur e residuis / erunt equa residua. ¶ Sit enim vt ex ductu a in b / totius in totum producat e totum. Et sit e / residuum notulari ipsius a / post nouenariam subtractionem. f vero sit residuum b. d autem sit residuum totius c. duco e in f / residuum multiplicatis / in residuum multiplicati / sitq; productum g. cuius residuum (nouenaria ab ipsius simul iunctis notulis / facta subtractione) sit h. dico quoniam si rite pcessit multiplicatio / futurum esse vt a b o r totoru et productorum c et g residua / d et h sint equalia. Et hoc in omni multiplicatione / per necessarium comperies.



LIBRI PERFECTORVM NUMERORVM FINIS.

Perfecto / trinog; deo laudes ingentes. Anno domini / 1509 / Ianuarij 4.

CAROLVS BOVILLVS SAMAROBINVS SPECTATISSIMO VIRO IVDOCO CLITHOUEO SACRE THEOLOGIE PROFESSORI.



EMATHEMATICA ROSA STVDIOSISSIME VIR: HACTENUS quod norim ab hoie nemine / quicq; litterarum monumentis / ad posteros manauit. idq; me pmouit / vt et inuisitatam et cognitu dignam figuram / hoc tractatulo versandam trutinandamq; susceperim. Hec enim non modo in magnitudine / sed et proportionabiliter in numeris reperitur. Neq; dntaxat in hexagonorum specie / sed et in cunctis polygoniarum figurarum generibus / tam i numero q; in magnitudine / inuenitur distributa. Quotquot enim ciclis / Geometrica Rosa per omnem figurarum speciem / absolutur / totidem vnitatebus Arithmetica Rosula / in omni identidem figurarum specie conflatur. Quinimo nec geometrica Rosa / sine Arithmetica / pingi et exprimi potest. quemadmodum neq; circulus esse sine centro. neq; sine numero magnitudo. Hec aut sine illa pingibilis ac scriptibilis est / perinde atq; centru designari potest sine circulo / et numerus esse sine magnitudine. At tamen Geometrica / Rose nomen / imprimis ex rosei floris similitudine sibi vendicat. q; i exagona et vulgatissima rosa / intexti sibi inuicem vndecunq; circuli / velut ab vno centro pfecti / per pulchre rosei flosculi / circuncunctellata seq; prementia foliola expressisse videantur. Igitur quecunq; de vtraq; et Geometrica et Arithmetica rosa / tractatulus hic prosequitur / tuo nomini dicata / animo suscipe beniuolo. V A L E .

Marginal notes on the left side of the page, including the word 'Multiplicans' and 'Multiplicatum' written vertically.



Caroli Bouilli Samarobrini Libellus de Mathematicis rosis ad litteratissimum virum Iudocum Clichoueam Sacre theologie professorē.


Quid geometrica rosa.



Geometrica rosa: est equalium circularum / regularis et integra sectio.

Equalium circularum regularis sectio dicitur: quando eorum centra sunt in mutuis circumferentiis. Integra autem et absoluta dicitur sectio: quando a quo digressa est puncto / ad idem redit.

Sit circulus a / cuius centrum a. Eius circumferentiam partior in sex partes equales: ductis circa eundem / eadem semidiametro sex circulis. b. c. d. e. f. g. quorum omnium centra / erunt in circumferentia circuli primi a. eritq; i primis septem huiusmodi equalium circularum / regularis sectio. Sed et erit sectio integra atq; absoluta. Nam a puncto b cepta / ad idem punctum redit. Sex enim extremi circuli / interiore circulo a circunvallant / circunsepuntq; totum.



Propositiones

Geometrica rosa: eidem medio circulo / plures alios secantes circunseribit

Vt in superiore rosa / sex circuli b. c. d. e. f. g. interiori circulo a circunscripti / sunt eundem et seinuicem secantes.

Omnis circulus: sex sibi equalibus circulis / circunscribi potest

Clarius intueberis / quopacto queant eidem circulo dū taxat sex circuli / eidem equales circunscribi: si exteriores circuli sine sectione / circa medium circulum fuerint dispositi: et seinuicem et medium circulum contingentes.



Sit enim circulus a cuius circumferentiam semidiametri spacio: diuido in sex arcus equales / punctis b. c. d. e. f. g. Et a centro a / ducor per eadem puncta / sex rectas lineas: equales totius circuli diametro. Deinde super harum rectarum extrema: ducor sex circulos / circulo medio a. equales. Clarum est quomiam hi circuli / nulla se sectione partientur. sed erunt et medium circulum et sese contingentes. totumq; spaciū quod circunstat a circulum ambibunt

Eruntq; hi septē circuli: vt geometrica rosa. Intereit enim q in rosa: extremi circuli et sese mutuo et circulum mediū prementes concludunt / atq; intersecant. Hic autem incommicantes sunt seq; contingentes.

Et huius propositionis archana doctrina / ac eleuatio mentis: mysterium promit creationis vniuersorum. que septem diebus perfecta fuit / atq; absoluta. Causam simul exprimit: cur septima dies / requies diuine diuine dies est: qua factū est a deo etc. ul. Sex vero primi dies sunt diuini totius operis tempus ac mensura.

Vnde fit vt totius planicie / perfecta plenitudo: sit septem circularum equalium.

Nam medius circulus et sex extremi: totam occupant superficies plenitudinem: Eandem tamen plenitudinem ambit occupatue circuli vnus. Ambit enim omnis circumferentia: vni



Assurrectio
et iomētis.




versum spatium / quod circūstat eius cētrum: id est quattuor rectorum angulorum spaciūm.

4. ¶ In geometrica rosa: circuli oppositi: minime seinu cem secant. ¶ Circuli in rosa oppositi sunt: qui dyametro distant. Vt in superiore figura circuli b et e et f: d et g. Hi enim duo et duo / contrapositi sunt et in cōmunicantes: scq; contingūt in pūcto a / mediij circuli centro.


5. ¶ Duorum circularum regularis intersecctio: fit secundum tertiam circunferentie vtriusq; partem.

¶ In precedentis rose figura / circulus a et circulus b: sese tertia parte circunferentie subeunt / atq; intersecant. Nam arcus a g: tertia pars est: circunferentie circuli b. Arcus vero c b g: tertia pars circunferentie circuli a. Et ita de ceteris dicas. Omnes enim equales circuli / quorum vnus centrum est in circunferentia alterius: tertia parte circunferentie subeunt sese / atq; intersecant. Nam et recta linea / que mutue intersecctiois copular pūcta: la tus est triangoni ysoleuri / vtriq; circulo inscribēdi: vt linea c g.



6. ¶ Geometrica rosa / quantuncumq; per circulos augetur: semper exagonam figuram seruat

¶ Inchoat enim omnis rosa / diuisione interioris / primi et mediij circuli in sex partes equales: mensura et longitudine semidyametri. Inscripto enim exagono in interiori / medioque circulo: eiusdem exagoni / anguli et verticalia pūcta: extremorum circularum sunt centra. Seruant igitur extremi circuli / primo / atq; interiori circulo circūscripti / figuram eandem: quam et sua ipsorum centra / in interioris et mediij circuli circunferentia designata. ¶ Producantur igitur ab a centro / per sex pūcta b c d e f g: sex recte / ad usq; extremorum circularum circunferentias. quibus circunferentiis occurrant in pūctis. h. i. k. l. m. n. Manifestum est hec nouissima / sex pūcta / distare regulari exagono. quem eductis sex lineis / absolute: cernetq; quopactio geometrica rosa exagonam / quantuncumq; augetur / seruabit figuram.



7. ¶ Geometrica rosa: ut per circulos equales eadem semidyametro communicantes.

8. ¶ Circulus a et circulus b: cōmunicant semidyametro a et b: Identidē et circulus a et circulus c. Similiter circulus b et circulus c. Et ita de ceteris dixeris.

¶ Tota est vnaqueq; rosa: quotquot habet in singulis lateribus ciclos.

¶ Eadem de rosa: que et de polygonijs arithmeticis figuris iunt dicenda. Arithmetica enī omnis polygonia / in sua specie centerur tota: quotquot habet in latere vnitates. Ita et rosa / tota est in sua specie: quotquot in latere quolibet gestat circulos. ¶ Vnicus enim et per se scriptus circulus: est prima rosa. sicut et ipsa vnitas: est omnis prima polygonia. Que vero septem circulis constat: rosa secunda est. Habet enim in quouis latere ciclos duos. Eius enī latera sūt b c. c d. d e. e f. f g. Tertia rosa: tribus circulis / in quolibet latere perficitur. Quarta in quouis latere / quattuor habet ciclos: Et ita deinceps.

9. ¶ Dispositis cōtinue ab vnitate senario & senarij multiplicibus / hisq; simul iunctis: surgunt continue rosarum omnium numeri / impares primi.

¶ Ex superiore libro / de numeris perfectis: constat omnes senarij multiplices / collectos ab vnitate efficere numeros impares primos. Hi autem impares primi: sunt continui rosarum omnium numeri. ¶ Rosa enim prima vnitas est / vnulue circulus. Rosa secunda: septē constat ciclis. Circumscribit enī prime rose / circulos sex. Tertia rosa: secundam rosam duodecim circulis transcendit. Quarta / tertie: circulos octodecim superaddit. Et hoc pacto pro

Vertical text in the left margin, partially obscured and difficult to read. It appears to be a continuation of the text or a commentary.


Rosarum
numeri

cede sequente n senarij multiplicem/prioribus rosis ab vnitare simul sumptis/adjiciendo.	1	6	12	18	24	30	36
Senarij multiplices	1	7	19	37	61	91	127
Rosa um numeri impares primi	1	2	3	4	5	6	7

Profert enim rosarum omnium numeros. Prima namq; rosa / vnico constat circulo. Secunda septem. Tertia decem et nouem circulis. Quarta circulis septem et triginta. Et ita consequenter.



Rosarū oīm nūeri/tribus tm nūeris finiunt: vnitare senario ac nouenario
 Prima rosa 1: secunda 7: tertia 19: qui numerus nouenario finitur. Quarta 37: que in 7 redit. Quinta 61: q̄ resoluit i 1. Et ita deinceps: expiere cūctas rosas/ desinere his tm tribus 1. 7. 9.
 Sumptis continue quiq; rosis: ab extremis ad mediam / earum fines erūt hoc ordine, 1. 7. 9.



De rosis et rosarum numeris idem censemus iudicium. Nam rosa geometrico modo per circulos: Arithmetico vero modo per sola centra/ ipsorumue circulorum vnitates pingitur Sumatur igit: quiq; rose siue rosarū nūeri 1. 7. 19. 37. 61. Harū prima et vltima finitur: vnitare. Secūda et quarta/ septenario. Tertia ac media/ nouenara. Ab extremis igitur rosis/ ad rosam mediam: hic metarum est ordo 1. 7. 9. Et in ceteris. idem contingit.

1	7	19	37	61	91	127	169	217	271
1	7	99	17	1	1	7	99	7	1
Quinq;			ro se			Quinq;			ro se

Si nūerorū rosarum oīm/ note simul iugantur: dempto quoties potest ab eis nouenario/ relinquentur cōtinne hi nūeri. 1. 7 et rursū. 1. 7. Ei ita deinceps.

Prime due rose sunt vnum et 7 atq; in has duas cuncte resoluntur ac redeunt. Nam tertie rose que est 19/ note simulū Revolutiones } 1 | 7 | 1 | 1 | 7 | 1 | 1 | 7
 pte: nouenarie subtractioni/ Rose } 1 | 7 | 19 | 37 | 61 | 91 | 127 | 169

residuam faciunt vnitatem. Id et faciunt/ quarte rose que est 37 figure. Quinta autem rosa/ que est 61: iūcta sibi met/ septenarium gignit. Sexta rursū. et septima/ nouenario sublatō: vnitatem faciunt residuam. Octaua relinquit septenarium. Et ita consequenter.

Cōtinue rosarū oīm numeri/ ab vnitare simul sumpti: naturales assiduosue cubos ab vnitare gignunt.

Hec constat ex libro perfectorum numerorum. in quo ostendimus/ quopacto cōtinū ab vnitare senarij multiplices: nūeros gignūt primos. qui rursū ab vnitare simul supri: naturales continuosue cubos eliciunt. Huiusmodi enim numeri primi/ qui continuis senarij multiplicibus/ ab vnitare procreantur: sunt rosarum numeri.

7
1 3 4
1 2
1 2

Rosarum numeri	1	7	19	37	61	91	127
Continui cubi	1	8	27	64	125	216	343


Dato cuiusuis exagone rose latere/ totius summam reperire

19
1 3 4
3 3
2 3

Duc datum latus in seipsum: et in numerum eo proxime minorem: ipsumq; proxime minorem/ duc iterum in seipsum. et ex tribus productis numeris: totius rose numerus: ac summa coalescit. Ductus enim binarius/ in se: gignit quattuor. Ductus deinde in vnum/ gignit duo. Vnum deniq; in vnum/ profert vnum. Tres autem producti 4. 2. 1. secunde rose summam/ id est 4 implent. Similiter ternarius in se/ nouem profert. Idem in duo/ sex elicit. duo mero in se/ quattuor gignit. His autem tribus prolatis/ scilicet 9. 6. 4: tertie coulatur rose summa/ cuius latus tria. Et ita ex cuncto proposito latere: q̄ facillime totius rose scrutaberis summam.

Vnde manifestum est omnem rosam: ex duobus proximis quadratis et altera parte longiore/ medio eorum proportionabili esse compositam.

Nam ad eliciendam totius rose summam: ducuntur proximi numeri/ a m̄bo in seipsum: et alter in alterū. Qui autem amborum in seipsum ductu nascuntur sunt proximi quadrati. qui vero alterius/ in alterum ductu profertur: est al



¶ Ostendimus prius continue rosarum numeros: esse vnitatem senario/ ac senarij multiplicibus maiores. Omnium autem rosarum latera: sunt continue huiusmodi senarij multiplicis un/ rosas proxime minorū partes: denominate a ternario/ eiusq; multiplicibus. Secunde enim rose 7: latus est binarij/ qui senarij ē pars tertia. Tertio rose 19/ latus/ ternarius est: qui proxime minoris numeri/ senarij multiplicis: id est decimoctauū ps est sexta. Quarte rose 37/ latus est 4. qui proxime minoris numeri 36/ pars est nona. Quinte rose 61/ latus est 5: quem numeri 60/ constat duodecimā esse partem.

¶ Et ita consequenter/ reperies secundum ternarij multiplices: cuiuslibet rose latus/ in numero proxime minore et senarij multiplice sumi. ¶ Et ex hac propositione elici potest/ propositio cuiusvis rose latus. dempra enim a totius rose summa vnitatem residui senarij multiplicis pars: aut ternario/ aut ternarij denominata multiplice: totius est rose lat⁹. Vt aut tertiar/ Aut sexta: Aut nona/ Aut duodecima: Aut decimaquinta. Et ita deinceps.



Rosarum numeri	1	7	19	37	61	91	127
Senarij multiplices	0	9	18	36	60	90	126
Rosarum latera		2	3	4	5	6	7
Partium denominationes		3	6	9	12	15	18

¶ Per geometricam rosam/ liquet proportionem circuli/ ad inscriptum sibi exagonum: ferme esse vt 18 ad 15: Ad inscriptum vero yfopleurum: vt 18 ad 7 et vnam secundam.

¶ Fiat circulus a: rosa absoluta/ atq; perfecta. Dicitur enim rosa perfecta: quando in ea est absoluta/ omnis circuli sectio. Est autem absoluta sectio: quando circulus eius omnis/ in octodecim partes est sectus/ atq; diuisus. ¶ Diuidatur enim circumferentia circuli a: in sex partes/ spacio semidiametri: in punctis b. c. d. e. f. g. Et ab his punctis: compleatur 12 partes/ erunt aspectu et curuitate dissimiles/ quaedam etiam sunt concaue: que totius rose/ folia/ nuncupentur. Reliquæ vero conuexe sunt: que dicantur foliorum/ aut florum interualla. Eruntq; in toto circulo a/ (vbi rosa fuerit absoluta) duodecim folia. Sex a centro ad circumferentiam extēta: scilicet a b. a c. a d. a e. a f. et a g. Reliquæ vero sex/ ad circumferentiam scilicet b c. c d. d e. e f. f g. In eadem autem rosa erunt et sex foliorū interualla: scilicet a b. a c. a d. a e. a f. a g. et a g b. eritq; totus circulus a/ sectus in octodecim partes. In duodecim folia inter se equalia: Et in sex foliorum interualla/ pariter inter se equalia.

¶ Vbi autem demonstrari possit/ folijs/ equa esse eorum interualla: constaret totum circulum a/ sectum atq; diuisum esse: in 18 partes equalēs. et proportionem eius: a d inscriptum sibi exagonum: esse vt 18 ad 15. Nam perficiatur exagonum/ b c d e f g. manifestum est lunulas sex/ que inter totius circuli circumferentiam et totum exagonum relinquuntur: esse vt totus circuli/ tres decimas octauas. que vero intra exagonum superant: esse vt eiusdem decimas octauas quindecim. Demonstrata igitur foliorum et interuallorum equalitate: esset circulus ad inscriptū sibi exagonum/ vt 18 ad 15/ id est sesquiquintus. Ad inscriptum vero yfopleurum. vt 18/ ad 7 et vnam secundam.

¶ Fiat enim in circulo a yfopleurus c e g. Manifestum est extrayfopleurum/ quod relinquuntur: esse integra folia sex. et dimidia folia identidem sex: et dimidia interualla sex. que simul sunt vt decem decime octauæ: et vnius secundæ quod vero superat et clauditur in yfopleuro: sūt folia integra tria/ folia dimidia tria: dimidia interualla sex. que simul sunt vt decime octauæ septem: et vnius dimidia.




De ceteris rosis.



Disimilitudinem exagone rose contingunt et in omni poligona figurarum specie: et arithmetico et geometrico modo rose.

Hactenus de exagona rosa: utroque modo et geometrico et arithmetico sumus locuti. Geometrica enim rosa fit per circulos: aut se contingentes aut secantes. Arithmetica vero fit per unitates et ipsorum circulorum centra: de quibus: ut et de circulis: idem est iudicium. Nam et circulorum et centrorum: idem est numerus. Nunc autem ostendere volumus: quopactonem modo inter exagons: sed et in omni polygoniarum specie / utrouis modo et arithmetico et geometrico contingant rose. Nam partitione circumferentie circuli in quotlibet partes equales complebis in vnaquaque specie: geometrica quatacunq; volueris rosam: cuius numerus est arithmetica rosa. Sit enim circuli a circumferentia: in equales partes tris diuisa punctis ce g. ducaturq; recte a c / a e / a g. Et ceteris ce g: earum longitudine / ducatur tres circuli. hi tres: cum medio circulo a: geometricam rosam trigonam implet: in sua specie secundam. Habet enim in quolibet latere: circulos duos. Prima autem trigona rosa / est circulus vnus. Secunda circuli quattuor. Tertia circuli decem. Superat enim secundam: tertia: circulis sex. Quo autem pacto in singulis speciebus / contingant Rose: sequentibus propositionibus sumus explanaturi.




De trigona rosa.



In genere trigone Geometrice rose: modum explanare.

Geometrica rosa in specie trigonorum prima: est (ut diximus) circulus vnus. Secunda: circuli quattuor. que quopactio fiat in superiore propositione docuimus. Tertia autem est hoc pacto describenda. Proferantur quatuorlibet a centro a: linee a c / a e et a g. que secunde rose circulos c. e. g. secant in punctis h. i. k. Puncta vero intersectionis trium circulorum c. e. g.: sint b d f. Facio puncta h i k: circulorum equalium centra. Similiter et tria puncta b d f: descriptis circa huiusmodi centra / equalibus circulis. eritq; ex decem equis circulis: absoluta Geometrica Rosa trigona in sua specie tertia. Et eodem modo quartam / quintam / et ceteras absolues: si tam extremorum circulorum sectiones / quibus sectiones rectorum a c / a e et a g: fiat posteriorum circulorum centra.



Trigone rose Arithmetico descripte modo.

Geometrica trigona Rosa / quotcunq; circulis augeatur: yfopleuri trigoni seruat figuram.

Ex precedenti figura / liquet tria puncta c. e. g. in circumferentia medii circuli a / trigono distare yfopleuro. Identidem et tria puncta h. i. k. que sunt ut secunde rose anguli. Et ita quattis circulis / increseat trigona rosa: nusquam ab yfopleuri equalitate / ac norma deficiet.

Trigonas arithmetico modo describere rosas.

Describatur (ut prius docuimus) rosa eadem / geometrico modo: per aut sese contingentes / aut secantes circulos. quorum centra / punctorum notulis / atq; unitatibus designetur. Constat horum centrorum numerum: esse trigonam rosam: modo arithmetico suis unitatibus explicitam / atq; descriptam. Erunt enim hec centra / equaliter abinuicem distantia: et yfopleuri trigoni / complectentur figuram. In pingenda autem arithmetico modo / trigona rosa: circuli / aut sibi sunt faciendi / centra autem eorum visibilia.

Si ab unitate / numeri post ternarium / sese ternario transilientes simul sumantur: surgent continui trigonarum rosarum numeri.

Prima trigona rosa vnitas est. Secunda quattuor / constans unitate et ternario. Tertia

B. J.



Marginal notes on the left side of the page, including a table of numbers and various annotations.

decem: constans vnitate: ternario et senario. Quarta 19: tertiam/nouenario superas. Et ita quotiens priori rose trigone/sequentes ternarij multiplices aggregaueris: cūctas trigonas rosas elicies.

1
10
3
3
1

Ternarii multiplices ab vnitate	1	3	6	9	12	15	18	21	24
Triangonarum rosarum nūeri.	1	4	10	19	31	46	64	85	109

¶ Propositi trigone rose lateris: totius summa est inuelliganda.

¶ Duc propositum latus: in numerum eo proxime minorem. deinde vtriusuis (eius scilicet qui par fuerit) medietatem: duc in reliquū id est in imparem: et productis adde vnitatē. Ex his enim petite totius rose summa consurget. Vt proposito ternario latere: duc ternarium in binarium: quo ductu nascitur senarius. Dein binarii medietatem id est vnitatem: duc in eundem ternarium: fitque eo ductu ternarius. qui cum senario addita vnitate: denarium tertie trigone rose numerum gignit atq; implet. Et hoc pacto in ceteris procede.

De tetragona rosa.


Tetragone rose Arithmetice

1
5
13
25



Geometrica rosa tetragona pingenda est.

¶ Partior circulum a in quattuor partes equales: punctis b/c/d/e. quib9 circumducto circulos quattuor: longitudine semidyametri a b. Hi enim quattuor circuli cum circulo primo: eandem tetragonā rosā geometrico modo complent. Prima namq; tetragona rosa est circulus vn9. Secūda circuli quib9. Tertia autem secūda: octo circulis transe-



dir. Quarta tertiam: circulis duodecim.

¶ Eadem tetragona rosa: est et arithmetico modo explananda.

¶ Describe (vt pri9) geometricā tetragonam rosam. erūt enim eius centra: arithmetica tetragona rosa, quē admodū superius, de trigona rosa docuimus.

¶ Si numeri ab vnitate post quaternariū sese quaternario superates coaceruati fuerint: omnium tetragonarum rosarum numeros elicient.

¶ Sicut trigone rose constant ab vnitate ternarij multiplicib9: ita et tetragone ex multiplicitibus quaternarij ab vnitate sumptis.

Quaternarij multiplices	1	4	8	12	16	20	24	28
Tetragone rose	1	5	13	25	41	61	85	113

¶ Cuiuslibet tetragone rose: dyametrus est impar.

¶ Secūda tetragona rosa: duas habet in latere vnitates. Plus vero dyametrus/tribus est vnitatibus distēta. Rose tertie Dyametr9: quinq; habet vnitates. Quarte septem: Quinte nouem. Et ita deinceps.

¶ Omnis tetragona rosa: constat ex duobus proximis quadratis.

¶ Secūda tetragona rosa 5: cōstat secūdo et primo quadratis: 1 et 4. Tertia 13: secūdo & tertio quadratis: 4 et 9 claudit. Quarta 25: tertio et quarto quadratis: 9 & 16 cōflata est.

Quadrati	0	1	4	9	16	25	36	49	64
Rose tetragone	1	5	13	25	41	61	85	113	

¶ Proposito tetragone rose latere: totius summam reperire.

¶ Duc propositum latus in seipsum: et numerum eo proxime minorem in seipsum. Et ex productis quadratis simul iunctis totius tetragone rose summa consurget.

¶ Continue omnes tetragone rose: his numeris finiuntur. 1. 5. 13. 25. 41. 61. 85. 113.

¶ Prima tetragona rosa 1: Secūda 5. Tertia 13: que ternario clauditur / finiturq;. Quarta 25: in quinarium redit. Quinta 41: in vnum reuoluitur. Et ita deinceps.


De pentagonis rosas



Geometrica pentagona rosa est describenda.

¶ Sit circumferentiā circuli a: secta in quinq; partes equales: punctis b.c.d.e.f.

fiantq; circa eadem pūcta/longitudine semidyametri: quinq; circuli. Hi igitur circuli cum circulo primo/pentagonā rosam figurantsecundam: sex circulis cōstantem. Prima etenim pēthagona rosa: vnicus est circulus. Secunda circuli sex.



Pentagone rose Arithmetice.

2 Pentagona rosa/quantūlibet aucta: pentagonam figurā seruat.


Nam quo se habent ordine/quinq; puncta b. c. d. e. f. in circumferentia circuli a: eodem et circuli omnes/secūdi et extremi se se habebunt. Seruabit igit pentagona ois rosa: regularis pentagoni figuram.

3 Pēthagone rose arithmetice:sunt figurā de.

Superioris rose cētra/atq; vnitates:pēthagonā arithmeticā rosam exprimūt, quēadmodū et de ceteris rosas speciebus dictum est. Qui enim quadratas nouerit pingere rosas: is et eadem lege/pentagonas rosas debet.

4 Continue ab vnitate/quinarij et quinarij multiplices coaceruati:pentagonas rosas gignunt.

Sicut trigone rose ternarij:tetragone vero/quaternarij multiplicibus ab vnitate oriuntur:ita et pentagone/continuis quinarij multiplicibus ab vnitate sumptis, vt subiecta figura pandit.



Quinarij multiplices	1	5	10	15	20	25	30	35	40
Pentagone rose	1	6	16	31	51	76	106	141	181


5 Omnes pentagone rose vnitate/aut senario finiuntur.

Prima pentagona rosa 1. Secūda 6. Tertia 16: qui senario finitur. Quarta 31: que in vnitate redit. Quinta 51: rursū vnitate finita est. Et ita consequenter: reperies omnes pentagonas rosas: alternatim proximas duas/ in senarium: et sequentes proximas duas: in vnitatem reuolui.

31	9
16	6
4	3
4	2

6 Dato latere/cuiusuis pentagone rose:totius summā reperire.

Sume numerum/proposito latere proxime minorem, et vtrumq; duc in seipsum. Deinde alterum in alterius medietatem: eū scilicet qui impar fuerit/ in medietatem paris, et pductos numeros iunge. Hec enim erit petite pentagone rose/ summa. Vt proposito quaternario latere: duco quattuor in se/ qui gignit 16. Ternariū quoq; proxime eo minorem/ voluo in semet: quo nouenarius accrescit. Postremo quaternarij medium hoc est binarium: duco in ternarium/ surgitq; senarius. Iungo deniq; productos: 16. 9. et 6. qui 31 conflant/ quarte pentagone rose numerum. Et ita in ceteris faciendum.




7 Vnde manifestum est omnem pentagonam rosam: esse compositā/ ex duobus proximis quadratis: et trigono/ cum minore quadratorum toto.

Nā ex ductu duorum proximorū numerorū in seiplos: gignuntur proximi quadrati duo. Ex ductu vero medietatis vni9 eorū/ in alterū: nascit trigonus tot9 quotus est minor quadratorū. Is aut trigon9: cū duob9 quadratis/ pentagonā gignit rosam. Omnium enim proximorū numerorū: medietas vni9 ducta in alterū: trigonū gignit. Vt quarta pēthagona rosa est numerus 31: cōstans quarto et tercio quadratis: scilicet 16 et 9 et senario tercio trigono.

Et de pentagona rosa hactenus.

Hexagona aut rosa: prius sumus locuti. q̄ sola vera est et prestantissima rosarū. Nā sex circuli equales eundē et equalē circulū cōtingētes: totū eundē circumstāt/ vacuū relinquentes nullū. Que aut rose sunt infra exagonā: scilicet trigona/ tetragona et pēthagona: imperfecte sunt, et aliqua parte circa mediū circulum inanes/ ac vacue. Nam et tres et quattuor et quinq; tantū circuli: pauciores sunt/ q̄ ad mediū circuli sufficiāt ambitum. Que vero rose hexagonā rosam sequuntur, vt heptagona/ octogona et cetera/ secundū omnium polygoniarū species: sunt habundantes. Nā plures q̄ sex circuli equi: aptari nequeūt eidem circulo medio/ sine sectione se inuicem contingentes. Atamen et heptagonarum et octogonarum et ceterarum quarumcūq; rosarum numeros: eadem coaceruatorum multiplicium lege elicies.



B ij

Ab unitate nãq; sũpti septenarii multiplices: heptagonas gignũt rosas. Octonarij mul-
 tiplices ab unitate octogonas. Et hoc pacto deinceps. ¶ Vnde manifestum est heptago-
 nas rosas post unitatẽ: esse alterna supputatione assidue / duas pares et duas impares. Octo-
 gonas vero rosas: omnes esse assidue impares quadratos, vt liquet ex superiore figura.

Septenarii multiplices.	1	7	14	21	28	35	42	49
Rose heptagone	1	8	22	43	71	106	148	197
Octonarii multiplices.	1	8	16	24	32	40	48	56
Octogone rose	1	9	25	49	81	121	169	225

tiplices ab unitate octogonas. Et hoc pacto deinceps. ¶ Vnde manifestum est heptago-
 nas rosas post unitatẽ: esse alterna supputatione assidue / duas pares et duas impares. Octo-
 gonas vero rosas: omnes esse assidue impares quadratos, vt liquet ex superiore figura.

¶ Porro contingit et in omni rosarum specie / perinde atq; et in cũctis arithmetice polygo-
 nis: erigi pyramides trigonas / tetragonas / pentagonas / exagonas. et ita secundum om-
 nem speciem. que similium / eiusdemq; speciei rosarum coaceruatione ab unitate / gignun-
 tur. Sunt enim arithmetice rose: noue quedam / et insolite polygoniarum species: ceteris ali-
 quo pacto veriores. q̄ ceteris: descripte per suas unitates: centro / mediaue unitate care-
 ant. Omnes autem rose centrum possident / ac mediam unitatem: a qua inchoant / ceteras

Arithmetice polygonie centro carentes	
Arithmetice rose cen- trum possidentes.	

et extremas illi circumscribentes. Eadem quoq; lege / in qualibet rosarum specie: confici-
 es cubos / columnas et parallela corpora / quecũq; ex Arithmetice polygonijs: per singulas
 species surgunt / atq; eriguntur. Sed de his hactenus.

¶ Libelli mathematica-
 rum rosarum Finis
 Anno humane sa-
 lutis 1509 Ia-
 nuarii
 o cta ua.

¶ CAROLVS BOVILLVS STUDIOSSIMO VIRO PETRO DE GOR-
 RIS DOCTORI MEDICO.



¶ Si Geometricum inductorium / dudum a me emissum studiosissime
 vir: libellum vnum de Mathematicis corporibus contineat: hic tamen li-
 ber / plura de isdem corporibus disertans: altius eorum naturas perquir-
 rit. docetq; quo pacto eadem corpora struenda sint. Et presertim ex quor-
 et quarum planarum figurarum angulis: solidi eorum anguli / procreetur
 atq; consurgant. quod profecto in trinitatis numero: haud sine mysterio
 completur. Nam trium duntaxat primarum figurarum (Trigoni Quadra-
 ti et Pẽthagoni) plani anguli / solidum angulum procreantes: regularium
 corporum prouentui ac generationi adaptantur. Has ergo planorum angulorum potesta-
 tes eorumue ad solidorum angulorum procreationem: naturales / rationabile sue coitus: cu-
 iuslibet item regularis corporis numeros: et alia pauca / libellus hic discutit: quẽ tibi dica-
 tum pari beniuolentia suscipe: qua te prosequimur. VALE,



Caroli Bouillii amarobrini Liber de mathematicis corporibus: Ad studiosissimum virum/ Petrum de gorris medicine doctorem.

Quid regulare corpus.



Regulare corpus: est quod vndiq; equis/ ac similibus superficiebus/ basibusue clauditur.

Hec diffinitio de regulari corpore angulari/ est intelligenda. Nam sphaera/ regulare quidem est et vni forme corpus: vnica tamen illa ambit/ clauditur superficiebus. Angularis autem corpus: pluribus ambitur et continetur basibus. perinde atq; plana/ angularis figura/ lineis pluribus. Circulus autem/ tantum linea vna clauditur. Sicut enim plana figura/ primaue angularis superficies/ tribus excepta est lineis: ita et necesse est angulare corpus primu/ quattuor esse distentium superficiebus. Et quemadmodum due tantum recte lineae/ superficiem claudunt nulla: angulum tamen planu/ conuincunt: ita & tres tantum plane superficies/ angulare corpus efficiunt nullum: gignunt tamen solidum angulum/ angularis corporis initium. Id igitur angulare corpus: regulare/ vni forme q; censetur: cuius bases cuncte/ et equales et similes sunt. vt aut omnes trigone/ aut omnes quadratae/ aut vniuerse pentagone. Ex opposito autem irregulare corpus/ cuius aut inequales: aut dissimiles fuerint bases.



Propositiones

Angulare vni forme corpus/ est equiangulum.

Sicut plane regulares figure/ sunt equilaterae et equiangule: ita et solide vni formes atq; regulares figure/ sunt et equalium basiu/ et equaliu/ angulorum. Quod enim est/ latus/ in planis: hoc in solidis basis appellatur. Et quod in planis/ est planus angulus: hoc idem in solidis/ solidus angulus esse comprobatur. Et sicut planarum regularium figurarum species/ ex planorum angulorum differentia colliguntur/ non autem ex varietate ac differentia laterum: ita et solidarum regularium figurarum species/ haud ex suarum basium ac superficialium differentia variantur. sed ex solidorum anguloru/ varietate/ plures esse colliguntur. Quia enim sunt tantum quinque species solidorum angulorum: ideo sunt et tantum quinque species/ regularium corporum.


Tantum e tribus planis angularibus figuris trigono/ tetragono atq; pentagono: regularia confurgunt gignunturue corpora.

Ex cunctis planis angularibus figuris: tres tantum prime/ simplicissime et precipue: Trigonus/ Tetragonus et Pentagonus/ regularia corpora gignunt. Hec enim sola trinitas/ est regularium corporu/ genitrix/ atq; secunda. Cetera vero omnis polygonia/ post pentagonu/ est regulatum corporu/ sterilis/ atq; infecunda. vt in sequentibus propositionibus ostendemus.

Trinitas secunda.


Si super eiu/ dem yfopleuri latera/ tres fiat yfopleuri eidem equales: et ut duo et duo proximi/ duorum rectorum angulorum seu trium yfopleuoru/ prepostere iacentium spacio abinuicem distantes.

Si yfopleurus triangulus a b c: super cuius latera fiant tres alii yfopleuri eidem equales a. d. b: b. e. c: et c f a. Liqueat proximos yfopleuros/ a d b et b e c: distare abinuicem/ duorum rectorum angulorum spacio. Amborum enim latera d b et b e: sunt vnica recta linea. Similiter et b e c et c f a: distat recta linea e c f/ que amborum lateribus conflata est. Ceteri quoq; yfopleuri/ c f a et a d b: duorum rectorum distant spacio/ per lineam f a d/ que amborum latera complectitur. Possunt autem super lineam d b e/ fieri tres yfopleuri: vt d g b/ g b b.



B.iii.


h/et h b e prepositeri. Super lineam quoq; e c f: fieri possunt alii tres e c i/ i c k et k c f. Alii insuper tres/ super lineam f a d: scilicet e c f a l. l. a/ m. et m a d. Tribus igitur equalibus yfopleuris/ super eiusdem yfopleuri latera descriptis: distant duo et duo proximi/ duorum rectorum angulorum/ triue yfopleurorum spacio/ atq; interuallo.



Quattuor quadratis equalibus/ super eiusdem et equalis quadrati latera descriptis: proximi quiq; duo/ vnus recti anguli spacio/ vnoue quadrato ab/ inuicem distant.

Tres yfopleuri/ super eundem yfopleurum facti: distant duo et angulis/ tribusue yfopleuris. In quadratis autem: minuitur distantia et vacuus spaciū. Quattuor enim quadrati/ circa eundem quadratum descripti: distant proximi duo et duo/ tantum vnus recti anguli spacio/ vnoue quadrato. Sit enim quadrat⁹ a b c d. super cuius quattuor latera/ quattuor alii fiant quadrati/ a e f b/ b g h c/ c i k d/ et d l m a. Manifestum est angulum a e/ esse rectum. Similiter et angulum f b g: et h c i/ et k d l. Et posse inter duos proximos quosq; quadratos: vnus recti anguli spacio/ claudii/ atq; intercipi quadratum vnum. Vnter quadratum a e f b et quadratum b g h c: quadratus interhiat f n g b. Inter quadratos b g h c et c i k d quadratus h o i c. Inter c i k d et d l m a: quadratus d k p l. Inter deniq; quadratos/ d l m a et a e f b: quadratus m q e a. Distant igitur quattuor quadrati/ eidem quadrato circumscripi: duo et duo proximi/ vnus recti anguli/ vnusue quadrati interuallo.



duo proximi / duobus rectis



Si circa eundem pentagonum/ quinque pentagoni eidem equales collocentur: erit duorum quorumcunq; proximorum/ distantia: angulus acutus: anguli recti due quinte: anguli vero pentagoni/ vna tertia.

Sit pentagonus a b c d e. cui insistant quinque pentagoni eidem equales: a f g h b. b i k l c. c m n o d. d p q r e e t s t v a. dico duorum quorumcunq; proximorum distantia: esse vt vnus recti anguli/ duas quintas: totius vero anguli pentagoni/ duas tertias. Sunt autem eorum distantie: quinque acuti anguli. v a f. h b i. l c m. o d p. et r. e. s. quorum vnusquisq; est vt vnus recti due quinte: et totius anguli pentagoni (vt anguli a b c) vna tertia.

Hoc autem manifestum est ex resolutione quinque angulorum pentagoni medii a b c d e: in tres partes equales productis intra eundem/ quiq; lineis a c/ a d/ b d/ b e/ et c e. que singulos eiusdem pentagoni angulos: in tres angulos equales partientur. Quod et si feceris in reliquis/ extremisue pentagonis: productis paribus lineis/ que eorum angulos tripartito secet: erit vnusquodq; spaciū/ quod circumstiat quinque puncta a. b. c. d. e: sectum in decem angulos acutos/ inuicem equales. quorum




singuli erunt totius anguli pentagoni vna tertia: anguli vero recti due quinte. Nam spacium totum quod punctum in plano circumstat: equum est rectis angulis quattuor. Idem quoque spacium: equum est decem huiusmodi angulis acutis. Est igitur quilibet acutorum huiusmodi angulorum: vt vnus recti due quinte. Nam si est vna decima quattuor rectorum: erit duorum rectorum vna quinta: vnus vero recti due quinte. Et ita de ceteris argue angulis.

6 Sex exagoni eidem exagono circumscripti: vacuum spacium relinquunt nullum, suntque duorum quorumcumque proximorum latera coniuncta et linea vna.

Sicut senarius primus est perfectus numerus neque seipso maior neque minor: sed equa laesemeritum restituens: ita et prima in figuris exagonis reperitur integra plenitudo. in qua nichil inanis ac vacui spacii relinquatur nichil quoque exuberantis contingit. Sex enim exagoni equales eidem circumscripti exagono: illum ambiunt totum suntque proximorum latera coniuncta et linea vna.


Sit enim exagonus a b c d e f. cui circumscribantur sex alii hexagoni eidem equales. Manifestum est duorum proximorum latera esse coniuncta et lineam vnam nullumque inter proximorum exagonos interhyare spacium. Tres enim anguli exagoni coniuncti sunt quattuor rectis equalibus. occupantque spacium totum: quod punctum quodlibet circumstat in plano. Hec autem clariora sunt quam vt ratione ageant.



7 Angulus rectus: angulum trigoni yfopleuri hemiolia proportione excedit: estque vt tria ad duo.


Sit circulus a: cuius circumferentia diuisa sit in sex arcus equales punctis b c d e f g. Perficiatur in eo exagonum: ductis sex rectis arcuum cordis. deinde ducatur a centro sex semidiametros: ad sex puncta b c d e f g. Manifestum est hexagonum totum: sectum diuisumque esse in sex trigonos yfopleuros inter se equales. Cum igitur spacium totum circumstans centrum a equum sit quattuor rectis angulis: idem quoque sit equum sex angulis yfopleurorum qui sunt ad centrum: relinquitur proportionem recti anguli ad angulum yfopleuri: esse vt sex ad quattuor siue vt tria ad duo: quae sesquialteram nuncupamus.

Et hoc clarius intueberis: ducta recta linea a h perpendiculari ad a e. Erit enim h a e rectus angulus vt tria. d a e vero angulus yfopleuri: vt duo. Nam arcus h d e ad arcum d e: est vt tria ad duo.



8 Rectus angulus ad angulum pentagoni: est vt 5 ad 6.

Hec propositio liquet ex superiore resolutione: angulorum pentagonorum eidem pentagono circumscriptorum distantiam: esse acutum angulum qui est vt recti anguli due quinte: totius vero anguli pentagonici vna tertia. Est igitur pentagonicus angulus: ad rectum angulum sesquiquintus et vt 6 ad 5. Nam binarius idem numerus: est quinarium due quinte et vna senarii tertia. Quod si in eodem circulo super centrum feceris vtrumque angulum rectum scilicet & pentagonicum: erit arcus pentagonicum distendens ad arcum quo distenditur et adaperitur angulus rectus: vt 6 ad 5. et amborum arcuum differentia: erit vt vna huius quinta: illius vero sexta pars. Vt arcus d b c: sesquiquintus est ad arcum b c. arcus vero d b: amborum differentia huius est quinta: illius autem sexta.




Sesquiquintus
6 5
Tertia due
vna quite

9 Tres anguli yfopleuri ad idem punctum coniuncti: totius circumstantis implent/capiuntque dimidium: duorum scilicet rectorum spacium.


B iij

L.

Tres yfopleurici anguli ad centrū duorū rectorū implentes spacium



Sex yfopleurici anguli spacium implētes totū



¶ Hec manifesta est / ex ante precedente. Nā in sex yfopleuros / diuiditur torus hexagonus circulo in scriptus. Tres igitur yfopleurici anguli ad centrū facti: dimidium occupant ceteri ambitum / duorumue rectorum spacium implent. vt b a c. c a d. et d a e.


¶ Quattuor yfopleurici anguli coniuncti: totius circūstāris punctum spacium capiunt quattuor sextas. Quinq; vero quinq; sextas / sex autem spacium ambiunt totum.

¶ Hec declaratione eget nulla: q̄ resolutione in scripti circulo hexagoni / in sex trigonos yfopleuros.

Tres anguli quadrati / siue recti cōiuncti: totius eiusdem spacii / tres occupant quartas.

¶ Nam quattuor recti / id spacium ambiunt totū. Igitur et tres recti: tres occupant quartas ac vni tantū recti / vacuū relinquit spacium.

¶ Tres anguli pentagoni eodē modo coniuncti: eiusdem spacii / nouē decimas capiunt: vnus decime vacuum spacium relinquentes.



¶ Nam vt prius demonstraui: quattuor anguli recti / sunt vt decem decime: Tres vero pentagonici anguli / vt nouē decime. Coniunctis igitur ad idem punctū / tribus pentagonis: aut tri pentagonorum angulis: quod superest in occupatum / ac vacuum spacium: est vt totius circūstantis punctum spacii / decima vna. ¶ Vnde fit vt tres pentagonici anguli et vna vnus tertia: sint vt tota puncti circūstantia plana.



Tres hexagonici anguli quattuor sūt rectis equales.

¶ Coniuncti vt prius / tres hexagoni / aut tres hexagonici anguli: vniuersum puncti planū implent / occupantue ambitū. Nam et tres hexagonici anguli: sunt vt sex yfopleurici anguli. Est enī hexagoni angulus: ad yfopleuri angulū dupl⁹.

¶ He du taxat figure / regulare corpus gignūt: que ad punctum vnum coniuncte / aut quarum coniuncti anguli / in eadem superficie siti: totius spacii / punctum in plano circūstantis: vacuā aliquā relinquit partē.

¶ De polygonis figuris: ad punctum idem coniunctis / siue de earum angulis: iudicium vnum cōsemus. Sūt autem necessarij plani anguli tres / equales et similes: ad solidi regularis anguli constitutionē: vt prius diximus. ¶ St igitur tres polygonie equales et speciei eiusdem / siue tres earum anguli / in eadem superficie siti: totum id obtineant spacium / quod punctum circūstant in plano: he polygonie nullum regulare corpus gignūt: neq; earum anguli / solido angulo prestant initium. Quod primitus (vt docuimus) in exagons accidit. Nam et tres hexagoni et trium hexagonorum anguli (vt precedens docuit) siti in eadē superficie: eodēue puncto coniuncti: vniuersam puncti planam circūstantiam occupant. Sunt enim quattuor rectis equales: nullāq; relinquent eiusdem spacii / portionem vacuum.

Que polygonie gignunt solidum angulum et que non



¶ Omnes quoq; post hexagonum poligonie: nullum regulare corpus gignūt. Vt pote qu a rum tres anguli: quattuor rectorum spacium transiliunt ¶ Relinquitur ergo vt ab his solis figuris/ que sunt infra hexagonum: Vt penthagonis/ Quadratis/atq; Trigonis: regula ria surgant/ gignanturue corpora. ¶ Cuiuscunq; enim poligonie/ tres anguli simul quattu a or rectorum superant/ aut quattuor sunt rectorum equales: hec regularium corporum est infe cunda.

¶ Cuius vero tres anguli simul sumpti sunt quattuor rectorum minores: hec re gulari corpori prestat originem. Nam cuius poligonie tres anguli/ in eadem superficie sūt et puncto vno cōiuncti: sunt aut quattuor rectorum equales/ aut maiores: hi tres anguli/ quip e nulllo interstite vacuo/ in solidum angulum/ ab ea superficie in qua sunt sūt: eleuari et a daptari nequeunt. Se etenim premūt/ artantq; semetiplos contingentes/ aut secantes.

¶ Eius autem poligonie cuius anguli tres: sūt in superficie eadem/ atq; puncto vno cōiun cti/ sunt quattuor rectorum minores: cum hi partem aliquam spacij punctum circumstantis/ re linquant interhyantem/ ac vacuum: hoc interstite vacuo/ atq; inane: contingit eosdem an gulos in solidum angulum adaptari ac erigi: qui solidus angulus/ est regularis corporis initi um. ¶ Quecunq; enim poligonie/ solidum gignunt angulum: he et in regulare corpus ada prantur. Et quecunq; angulum solidum claudere nequeunt: he et regulare corpus nullum constant.

¶ Ab solis igitur trigonis/ tetrago nis et penthagonis: regulare/ atq; vni forme conturgit corpus. ¶ Ostēdimus enim tres an gulos/ yfopleuri trigoni/ inferiores esse quat

Yfopleuri	Duo
Quadrati	Tres
Penthagoni	Tres & tres quite
Hexagoni	Quattuor

tur rectorum. et coniuictos eodem puncto/ dimidiantur puncti eiusdem/ obtinere cir cunstanciam. ¶ Tres vero tetragonos coniuictos: vnius rectorum spacium/ relinquere iane.

¶ Tres autem penthagonos: esse vt tres rectorum et duas quintas: et ab his relinqui quinta rum trium/ inane spacium. ¶ Tres vero hexagonos angulos: esse vt quattuor rectorum/ nichilq; ab eis relinqui inane.

14 ¶ Yfopleurus trigonus/ ceteris fecundior poligoniis: regularia corpora/ tria gignit.

¶ Maior in trigono/ q̄ in ceteris poligonijs: reperitur corporum fecunditas. Nam quia tri gonus/ trinitas que dam est: idem sub trinitatis numerum/ secundus esse comperitur. Tria enim regularia corpora gignit. ¶ Possunt quippe trinitate aptari yfopleurici anguli: vt non nichil vacui/ circa punctum idem relinquunt. Nam tres yfopleuri coniuicti/ circa idem pu ctum: dinudium spacium/ relinquūt inane. Quattuor vero eidem puncto adaptati: reliquūt inane spacium/ duorum yfopleurorum. Adaptatis vero eidem puncto quinq;: residuum i= ane spacium est vnius yfopleuri. Sex vero yfopleuri spacium implent totum. ¶ Gignunt igitur et yfopleurus et yfopleuricus angulus: regularia corpora tria.



¶ De Tetracedro.

Yfopleurici anguli tres solidum tetrace dri angulum gignunt.

¶ Scribe tres yfopleuros/ in eadem superficie eodem coniuictos puncto. deinde medio yfopleuro/ stante im mobili intellige ceteros duos super medium eleuari. quoad op positio eorum vertices concurrant fiantq; punctum vnum. hoc pacto hi tres yfopleuri/ siue yfopleurici anguli: tetracedri angulum finient/ cludentq;.

2 ¶ Quattuor yfopleuri trigoni: tetracedron gignūt.

¶ Sit yfopleurus a bc/ cuius centrum d. sint et alij tres yfopleuri/ et dē cir cumscripsi/ atq; in eadem superficie sūt: a e b. b f c et c g a. Intelligo sen si eosdem circūstantes/ super medium eleuari: quoadulq; concurrant/ op positio eorum vertices. hi enim concurrent in puncto perpendiculari: a quo recta linea ad punctum d/ medi yfopleuri centrum totiusq; tetracedri ba sim producta: erit super eundem medium yfopleurum perpendicularis




B o ∴

Vertical text in the left margin, partially obscured and difficult to read, likely containing additional mathematical notes or references.

Hec autem perpendicularis/totius tetracedri axis nuncupatur. hoc pacto ex quattuor yfopleuris tetracedron corpus confurgit/ clauditur finiturq;


¶ Tetracedri omnes axes producti: sibi in tetracedri centro occurrunt, seq; interfecant.

¶ Axis tetracedri: est recta linea/ ab eius angulo/ ad oppofite basim centrum producta: que et eidem basi perpendiculariter incidit. Quot autem sunt tetracedri anguli vel/ quotquot eius bases: totidem contingit et axes in eo protendi, qui sibi in centro occurrunt seq; interfecant: in totius tetracedri centro. Idem enim de tetracedro: quod et de yfopleuro iudicium putandum est. In yfopleuro autem a b c: tres producti axes a d/ b f et c e;: sibi inuicem occurrunt in puncto g/ totius yfopleuri centro. Quare et ita erit in tetracedro.



¶ In constitutione tetracedri: eleuationes extremorum yfopleurorum/ super medium yfopleurum: contingunt secundum semicirculi sextas quattuor. 4

¶ Hec ex proportione yfopleuri/ ad tetracedron: euadit q̄ manifestissima. Nam pro tetracedro/ statue tibi ante oculos yfopleurum. pro superficie/ interm lineas spectato. et clare itueberis quanta in constitutione tetracedri/ fiat triū yfopleurorum super basim/ mediumue yfopleurum eleuatio. Sit enim tres linee a b/ a c/ et b d: ad inuicem dire. te et linea vna. Eleuentur autem extreme a c et b d/ super mediam a b: ad creandum yfopleurum. In cuius vertice extrema earum puncta c et d: concurrent/ eruntq; punctum vñ. Manifestum est hanc eleuationem factam/ secundum



arcus semicirculi/ sextas quattuor. Ducantur ergo duo semicirculi/ centris a et b: longitudine linearum a c et b d. Horum arcuum sectio/ erit yfopleuri vertex: et eleuationum linearum concurrentia. Ducantur et a punctis a et b: due perpendiculares/ vsq; ad arcum contactum a e et b f. Manifestum est laterum yfopleuri eleuationes: esse vtrinq; arcus c e et d f d. Yfopleuri namq; verticem: permixtum appellamus aut c/ aut d: ob laterū cōcurrentiam. Vterq; autem arcus c e et d f d est quattuor sexte/ totius semicirculi. Residui vero arcus: qui angulos ipsos ad yfopleuri basim distendunt/ sunt due sexte semicirculi. ¶ Eadem igitur que de yfopleuro dicim;: dicitur et de eleuatione trium yfopleurorū: super mediū yfopleurum: in constitutione tetracedri. Yfopleurus enim mediū: erit vt linea a b. Extremi vero: vt linee a c et b d. Eorum quoq; concurrentia/ erit vt yfopleuri vertex. Eleuationes quoq; eorum: vt arcus c e et d f d.

¶ Totius tetracedri: sunt quattuor anguli/ Superficies totidē/ linee sex / corpus vnum.

¶ Hec ppō: toti; tetracedri exprimit nūerū. Sūt ei tetracedri pūcta/ siue āgularū vertices quattuor. superficies/ siue bases quattuor. Angulares linee siue latera: quibus ei; superficies copulantur sex. Corpus vero ipsum interiorue tetracedri substantia/ sub ipsis terminis abditā: vnum.

Est enim rei substantia/ immultiplicabilis et semper vna. Termini vero/ (que eius quedam sunt accidentia) multiplicantur/ euaduntq; plurimi. Vniuersus igitur tetracedri numerus est penthadecas vna. cōflans terminorum tesserecade: et corporis ac substantie totius/ vnitatis.

	Puncta	+
Tetracedri	Linee.	6
	Superficies	4 15
	Corpus	1

¶ Quattuor yfopleurici anguli: solidū octocedri/ creāt angulum.

¶ Quopacto diximus/ tribus yfopleuricis angulis/ angulum constitui tetracedri/ ita et eo pacto intellige ex quattuor paribus angulis: angulū confurgere octocedri. Quo enim modo fiat/ exprimitur in planicie ac pignequit.




¶ De octocedro.

1 **R**igoni yfopleurici octo: regulare corpus gignūt / octocedro



¶ Sit quadratus a b c d / cuius centrum e. Circū scribo illi quattuor yfopleuros / sitos in eadē superficie a f b. b g c. c h d. et d i a. Hos quoq; senſi eleuari intelligo / super medium quadratum: quoad oppositi eorum vertices concurrant / ſiantq; vertex vnus: ad cētri e perpendiculum. Ab eo enim concursū: recta linea ad e centrum producta: erit super quadratum a b c d perpendicularis / eritq; totius tetracedri / axis dimidius. Hoc pacto conflabis dimidium tetracedron. Intellige autem ex opposito / siue ex parte inferiore: pares quattuor yfopleuros / ad oppositum concurrere verticem. Hi quattuor inferiores yfopleuri / cum superioribus quattuor: integrum absoluent regulare corpus / quod tetracedron nuncupamus.




2 **O**ctocedri sector / est quadratus cuius centrum / est et totius centrum:

¶ Quadratus a b c d: est totius tetracedri sector. vt cuius pars media / est supra quadratum: Pars alia media infra quadratum relinquitur. Insuper & punctum e / quadrati centrum: est totius tetracedri centrū. in quo cuncti ipsius tetracedri axes: sibi ipsis occurrunt / seq; concludunt. sunt enim tetracedri axes: y inuerse recte lineae ab eo angulo ad oppositum angulum protense.

3 **I**n constituendo octocedro: eleuationes yfopleurorum / super mediū quadratum: fiunt secundum circuli portionem / quadrante maiorem.

¶ Intellige vt prius quattuor yfopleuros circa quadratum a b c d / in eadem superficie sitos. Manifestum est eorum vertices id est quattuor puncta f g h i: distare a perpendiculo / siue ab zenithi cētri e: plusq; quarta circuli portione / atq; quadrante. qua singuli yfopleuri super medium quadratum: quoad usq; in eius perpendiculum / ac zenithi concurrant / eleuantur. Nam idē yfopleuri / super quadratum: plusq; recto angulo eleuantur. Eleuatio autē rectangularis: fit q̄rta circuli portione eiusue quadrante. ¶ Sit enim vt prius linea a b; c



super quam eleuentur a c / et b d. Et sint super a et b due perpendiculares: a e et b f. Arcus eleuationis lineae a e / super lineam a c: eleuatio item b f / super b d: sunt arcus c e et d f / totius circuli quadrantes: rectos angulos / c a e et d b f distidentes. Superant igitur arcus eleuationis yfopleurorum / super medium quadrantum: quartam circuli portionem / eiusue quadrantem.

4 **O**ctocedri: sex sunt anguli / siue puncta: latera / siue lineae duodeci: Superficies octo / Corpus vnum

¶ Hec nūerum promit octocedri: Sunt enim eius anguli / siue angulorum capita et puncta: sex. latera / siue lineae āgulares: duodecim. Superficies / octo. Corpus vero totaue eius substantia / sub terminis oclusa: vna. ¶ Vnde fit vt vniuersus octocedri numerus sit 27 tertius arithmeticus cubus. 12 / 8 / 1 / simul iuncti procreant / ac gignunt.

	Puncta	6
Octocedri	Lineae	12
	Supficies	8 27
	Corpus	1
quem lu quattuor numeri: 6 /		


1 **D**ycocedro Vinq; yfopleurici anguli: ycocedri pcreant angulum.

¶ Yfopleurici anguli quinq; (vt prius docuimus) simul coaptati: vacuum totius spaciij / pūctum idem circumstantis relinquant: quantum capit yfopleurus vnus. Ab his igitur quinq; / hoc pacto coaptatis: surgit ycocedri angulus. que est vltima et suprema / yfopleurici anguli potentia. Nā sex yfopleuri: corpus gignūt nullum.





Angulus ycocedri quinq; yfopleurici conſurgēs.

Puncta	6
Lineae	12
Superficies	8
Corpus	1




Cylopleurici trigoni/viginti: regulare corpus gignunt ycocedron.

¶ Sit pentagonus a b c d e / cuius centrum f. circūscribo illi quinque yfopleuros / eidem pentagono equilateros: a g b. b h c. c i d. d k e. et e l a: in eadem superficie / cum Pentagono sitos. Hi sensim eleuati / ad perpendicularū et zenith mediū pentagoni: tandem concurrent / clauduntq; angulum ycocedri. a quo recta linea / ad f pentagoni centrum producta: erit super eundem pentagonum perpendicularis. Hi igitur quinque yfopleuri: partem vnam ycocedri constituunt. ¶ Intellige et alios qui per yfopleuros: eodem pacto super parem et equalē pentagonum / ad eius zenith erigi / atq; concurrere. Hi et portionem ycocedri / priori respondentem / eidemq; oppositam / parē et equalē componunt. Superant autem et alij decem trigoni: dispari modo ad ceteros aptandi. Hi enī disponendi sunt / inter duas equidistantes: in parallelogrammo Rhombō / altera parte longiore. vti parallelogrammo / m / n / o / p: quiescit rhombus altera parte lon-



gior. qui totus diuisus in decem yfopleuros / prioribus equalēs / flexusq; in seipsum per cunctorū yfopleurorum costas / ac latera: quoad extremorum yfopleurorū latera / ac coste libimet occurrant / sicutq; linea vna: mediam ycocedri portionem / vtiur quandam extremarum et angularium proportionum zenulam absoluent. Super hanc autē mediam portionē: ceterae extremae / an gularēue portiones sunt statuende.

Explicatio superflua
qui sunt viginti



Suprema ycocedri portio quae constans yfopleuris.

¶ Sector ycocedri: est decagonus equilaterus et equi angulus / cuius centrum est totius centrum.


¶ Sectorem ycocedri / appellamus superficiem in ycocedro: que mediam eius portionem / in duo equalia partitur. Cū enim media ycocedri portio consistat decem yfopleuris: totius sectoris latera / extremeq; lineae: erūt in huiusmodi yfopleuris. Erit igitur hic sector: decagonus equilateralis et equi angulus. Et hūc sectorem / sūge per rectā lineam: transeuntem per decem yfopleuros / quibus constat media ycocedri portio: totumq; decem yfopleurorum rhombum: per equalia partientem. quemmodum linea a b: diuidit parallelogrammum b c d e. Erit enim linea a b: vt totius sectoris ycocedri / decagona periferia cuius centrum erit et totius ycocedri centrū. ¶ Sunt tamen tres totius ycocedri sectores. Nā is sector: quo de nuper locuti sumus: est regularis decagonus / concentricus ycocedro. Alij sunt sectores: qui extremas ycocedri portiones distinguunt / separantq; a media. Et si sunt regulares pentagoni: in ycocedro: equalēs et ab inuicem equidistantes: toti ycocedro eccentrici. Per amboꝝ tamen centra: transit totius ycocedri axis / oppositos eius distēdens angulos. ¶ Alius est ycocedri sector: transiens per oppositos eius angulos / diuidensq; omnē eius portionem per equalia. Et hic sector est regularis hexagonus: toti concentricus. Est enim hic sector: qui stante / fixoq; super vnam suarum / basium ycocedro: illud totū a summo in imū per equalia partit. f. basim quoq; eandem et priores sectores: rectis / ac perpendicularibus an-



ciem ycocedri yfopleuri.



Ima portio ycocedri constans quinque yfopleuris.



gulis / per equalia diuidit.

Vertical text in the right margin, partially cut off, containing various notes and references.

4 Cycocedron duodecim gestat angulos / ac puncta. latera vero / lineasq; triginta. Superficies / ac bases viginti / corpus vnum.

Hec est ex promptrix / numeri ycocedri. Huius eni anguli / ac puncta siue anguloru ac u-
mina: sunt duodecim / sex ad superiorē portio-
nem et sex ad inferiorē. Latera vero / lineasq;
gestat terdenas / siue triginta . Nam in supe-
riore sui portione: lineas habet decem / In infe-
riore decem / in media decem. Superficies autem / basesq; yfopleuras: habet viginti. Corp⁹
deniq; vnum. Hi itaq; numeri simul coacti: numerum tertium et sexagesimum gignūt. quē
totius ycocedri numerum nuncupamus.

Ex his manifestum est trigoni yfopleuri / potentiam esse trinam.

5 Hec mathematicam assurrectionem proponit, quam tamen his reliquimus perscrutandā
qui ex sensibilibus / ac mathematicis signis: arcana / profundaq; mente: sublimes intelli-
gitur rerum veritates capescere sufficiunt. Trigonus igitur: suo se numero inuoluit / po-
testq; tāta quantus ipse ē. Trinus est: tria potest. Vt trinitatis insignitur nomine: ita et triū
fecundus est: triaq; gignit / ac profert / vt diximus / corpora: Tetracedron / Octocedron / Yco-
cedron. quotiens inq; aptati sumptiue eius anguli: sunt quattuor rectis minores.

In tribus / trigonus est potens: in seipso / in quadrato et in penthagono.

Mira trigoni fecunditas / sueq; nature propagatio. qui et in seipso manens: fecundus exi-
sit. et extra seipsum fusus / atq; profect⁹: reperitur fecundissimus. Insiēs quippe sibimet
ipsum seq; circūplectens: gignit tetracedron / corporum simplicissimū et primū. Nam tres
yfopleuri eundem yfopleurum circūstantes vniuersam tetracedri periferiam / oculis pan-
dunt. Idem autem yfopleurus quadratum complexus insistentisq; quadrato: gignit octoce-
dron. Quattuor namq; yfopleuri. quadrato vt diximus circūscripti: mediam octocedri por-
tionem ac superficiem cum medio sectorē: expandunt oculis . Idem deniq; yfopleurus
reperitur et in penthagono fecundus. Nam duos penthagonos / seorsum complectentes &
circūscribentes yfopleuri: extremas ycocedri (vt diximus) portiones / cum medijs sectori-
bus penthagonis absoluunt . Et haud aliter in creando ycocedro / procedendū est q̄ p yfo-
pleuros hoc pacto seorsum binis penthagonis / insistentes / atq; circūscriptos.

6 Vniuersa trigoni yfopleuri potentia: est numerus impar / ternarij multi-
plex.

Est et hac de causa admirandus ternarius / ac trigonus: q̄ quicquid potest ternarij / ac tri-
gonus / ab lege naturaq; ternarij deficit nusq;. Nam et imparitate seruat: et ternarij multi-
plicitatem. Est enim potentia trigoni numerus impar / ternarij multiplex. Et non modo
tota ternarij potentia: sed et singula per se / eadem lege reperitur immutabilis. Potentia ei
trigoni prima / in tetracedro: est numerus 15 /

Tetracedron	1	15
Trigoni potētia	2	27 105
Octocedron		
Ycocedro	3	63


est 27 / cubus ternarij / nonusq; eius multiplex. Suprema vero eius potestas in ycocedro: nu-
merus est 63 / impar primus / ac vigesimus ternarij multiplex. Vniuersa autem eius secun-
dita est numerus / 105: qui trigies et quinquies ternarium inuoluit. Est igitur trigoni et si-
gula et tota potestas: numerus impar ternarij multiplex.

De hexacedro.



Vadrati tres: angulum conflant hexa-
cedri.

Solidus hexacedri angulus: tribus gigni-
tur / exprimiturue quadratis. Nā hi tres in ea-
dem superficie siti / atq; inuicem coaptati: va-
cuum totius puncti circumstantie / relinquunt
vnius recti spacium. hoc vero inani spacio: cō-
tingit tres huiusmodi quadratos / eleuari super se / ad rectum an-
gulum. Atq; hoc pacto / hexacedri angulum gignunt.




Mathema-
tica assurre-
ctio.

Vertical text on the left margin, partially obscured and difficult to read.

Vertical text on the left margin, partially obscured and difficult to read.

¶ Sex quadrati: regulare corpus gignūt: hexacedrō
¶ Sit qua fratus a b c d. circunferbo illi quattuor quadratos /
 eidem equales a e f b. b g h c. c i k d. et d l m a. Hi distant ab
 inuicem proximi quibz: recti anguli spacio / vnoue quadrato.
 Horum igitur quattuor quadratorum / super medium a b c d
 eleuatio: spacio quadrantis totius circuli / quod est et rectangu
 lum spaciū: regulare corpus hexacedron inchoabit. Addito
 enim alio quadrato desuper / basi opposito: hexacedron totum
 concipiet / absoluetqz. Erūt enim lineae a m et a e: linea vna. Si
 militer f b. et b g: Item c h et c i: pariter d k et d l. Erūt eni quat
 tuor extre mi quadrati: perpēdiculare s / super medium a b c d.



¶ Hexacedri sector: est parallellogrām⁹ altera par
 te longior / ad qua mlbet eius basim asymeter.

¶ Que de quadrato / in planis figuris sunt dicta: possit et pari pportione de cubo siue hexa
 cedro dici. Nam sicut plani quadrati sector: est recta linea in quadrato / per oppositos ei⁹
 angulos quadratum partiens medium: que et ipsa quadrati costas / improportionabili lon
 gitudine transcēdit: ita et cubi siue hexacedri sector: est plana superficies: in cubo eundem cu
 bum in angulis oppositis partiens medium. Hec autē m est parallellogrammus altera par
 te longior: ad singulas quadratas cubi bases asymeter atqz improportionabilis. cuius alte
 rum iatus: est quadratarum basium / dyameter. reliquum vero / earundem costa. Et hunc
 sectorem / intellige in precedentis figura: per lineam a c aut d b. In toto enim cubo: duo p
 tendi possunt sectores: similes et equales. quorum sectio / erit totius cubi axis. medium ve
 ro eiusdem sectionis / siue axis punctum: est totius cubi centrum. perinde atqz in quadrato /
 duarum dyametrorum sectio: est totius quadrati centrum.

¶ Toti⁹ cubi anguli / siue pūcta: sūt octo. Linee / ac latera: duodecim. Superfi
 cies / sex. Corpus vnicum.

¶ Hec numerum colligit cubi / atqz hexacedri. habet eni puncta / siue solidos angulos octo:
 quattuor ad quadratum superius / quattuor ad inferius. Lineas vero ac latera gestat duo
 decim: quattuor in superiore quadrato / quattuor in inferiore: et quattuor in medijs. Ambif
 aut et sex superficies: Superiore / Infera / Dextra / Sinistra / Antica / Postrema. Ipsū deniqz
 est corpus vnicum. Vniuersus igitur cubi nu
 merus: est 27 / arithmeticus tertius cubus: quē
 superius demonstrauimus / numerum esse octo
 cedri. **¶** Vnde fit vt ppuichre Geometrici cu
 bi numerus / ac mensura: sit arithmeticus cubus. Idem quoqz sunt sigillatim / numeri octo
 cedri: et totius cubi numeri / hi scilicet: 8 / 12 / 6 / 1. sed non eorundem / neqz ordinis eiusdem.
 Nam in octocedron / hoc ordine aptantur: 6. 12. 8. 1.

	Puncta	8	
	Linee	12	
	Superficies	6	27
	Corpus	1	

¶ Hexacedrō: est tota quadrati potentia.


Quadrat⁹
 tantum
 in seipso po
 tens

¶ Quadratus: in trigono nichil potest / estqz infecundus. Trigonom tamen in quadrato fe
 cundū esse docuim⁹ ac gignere octocedrō. Quadrat⁹ aut in seipso / sibiqz ipsi insiliens: ac se
 se complectens: fecundus existit: gignitqz (vt nuper monstraui⁹) hexacedron / siue cubum.
 Idem vero in penthagono et in omni cetera polygonia: manet infecundus. Nā circūpositi
 penthagono / aut alij polygonie quotus quadrati: regulare corpus gignūt efficiuntqz nul
 lum. Est igitur quadratus: in seipso fecundus et potens. Extra se vero / infecundus et impo
 tens: eiusqz tota potestas: est cubus.



¶ De dodecedro.
 Anguli penthagonici tres: solidum do
 decedri angulum creant.


¶ Statue in superficie eadē: aut penthagonos
 tres / aut trium penthagonorum angulos. Hi
 (vt supra demonstratum est) eodem coniuncti
 aptatiue puncto: haud totam eius circunstanti
 am ambibunt. Superabit enim v acuim / ac in
 anc eiusdē circunstantie spaciū: egle duabus vni⁹ recti anguli qui



tis: et vni vnus pentagonici anguli tertie. Vt tres anguli a b c. e b d et d b e: aptati puncto et centro b: vacuum relinquunt angulum a b e. quo vacuo eleuari eodẽ angulos cõtingit: in solidum angulum dodecedri.

2 Pentagoni duodecim: regulare corpus dodecedron gignunt.


Sit pentagonus vnus a b c d e: cui insistat alij quicq; pentagoni in eadem superficie siti. Prius docuimus/ quanti sint anguli qui inter proximos quosq; duos pentagonos relinquuntur. His igitur inanibus spaciis: eleuati extremi pentagoni / super mediũ pentagonum quoad usq; proxima eorũ latera cõcurrant/ fiantq; vnũ: mediam dodecedri portionem absoluent. cui ex paribus sex pentagonis/ alia adiuncta portio: vniuersũ dodecedri corpus ambibit/ complebitq;.



3 In cõstitutione dodecedri: extremorum pentagonorũ / super medium eleuatio: est minor angulo recto/ circuliue quadrante.

Nam in constituẽdo hexacedro/ siue cubo: quattuor quadratorum / super medium quadratum, eleuatio: fit vnus recti anguli spacio/ siue circuli quadrante. Est autẽ pentagoni angul9 / angulo quadrati maior. Angul9 quoq; dodecedri pari pportioẽ latior ac maior est: angulo hexacedri.

est ei hexacedri angulus: solid9 angul9 rectus. Dodecedri vero angul9: solid9 obtus9 / solido recto maior. Nã anguli dodecedri: sũt vt anguli plani ea b et f b a / qui sunt anguli pentagoni. Eleuatio autẽ linee a e / super a c: et eleuatio linee b f / super b d: minor est angulis rectis/ c a g et d b f. Arcus quoq; e c / eleuationis linee a e super a c: minor est cõcirculi quadrans e c e g. Similiter et arcus d f / eleuationis b f super b d: minor est quadrante d f h. Est igitur in constitutione dodecedri: extremorum pentagonorum / super medium pentagonum eleuatio: minor angulo recto/ circuliue quadrante.



4 Verus dodecedri sector / est regularis hexagonus: cuius centrum est et totius dodecedri centrum.

Siste corpus dodecedrũ / super aliquam suarum basium: manifestum est cum pares habeat numero superficies et bases: superiorem basim / ei basi qua sedet / stabiliturq; esse contra positam et equidistantem. Omnes quippe in eo oppositae bases: sunt equidistantes. Is igitur sector / eaque plana superficies: que per oppositas et equidistantes eius transiens bases / totũ dodecedri corpus medium partitur: verus est dodecedri sector. estq; regularis hexagonus: cuius centrum / est totius dodecedri centrum. Eius etenim hexagoni / tria latera: erũt tres costae / triaue latera eiusdẽ dodecedri. reliq; vero tria / latera: erũt tres linee / medias eius bases partientes.

5 Totius dodecedri anguli / siue puncta: sunt viginti. Linee / triginta. Superficies / duodecim: Corpus vnũ.

Colligitur hec nũmerũ dodecedri. Habet ei dodecedrũ angulos siue puncta viginti. Lineas / ac latera: triginta. Superficies: duodecim. Vnũ deniq; corp9 / ex qb9 nũmeris cõflat nũmer9 63. quẽ cõstat totũ eẽ nũmerũ dodecedri: quẽue supius / totũ yocedri nũmerũ eẽ demonstrauim9 / quãq; alio ordie. Nã in yocedro hoc ordie colligitur 12. 30. 20. 1. Habet enim yocedrũ duodecim puncta: Lineas triginta / Superficies vnginti / Corpus vnũ.

Puncta	20
Dodece. Linee	30
Supficies	12
Corpus	1

6 Vniuersa pentagoni potestas: est corpus dodecedron.

Nã pẽthagoni extra semetiplos / nichil possũt: nullũue corp9 gignũt. quãq; trigon9 / vt docuim9 / i pẽthagono sit fecundus / gignatq; yocedron. In seipso autẽ pẽthagon9 fecũd9 eẽ potẽs. gignitq; suo cõplexu / dodecedrũ: q̃ est et sola et vniuersa eius potentia.

Omne regulare corpus/omnisue potestas: est trigoni potestas.

Trigoni tanta est fecunditas: vt solus tria protulerit corpora: Tetracedron/Octocedron et Ycocedron. quorum et singuli numeri seorsum et simul sumpti: a ternaria lege nusq̄ deficiunt. Gignunt enim ternarij multiplicem imparem. Sed & ea quoq̄ corpora/que trigon9

	Tetracedron	Octocedron	Ycocedron	Hexacedron	Dodecedro
Puncta	4	6	12	8	20
Linee	6	12	30	12	30
Superficies	4	8	20	6	12
Corpora	1	1	1	1	1
Collecti nūeri	15	27	63	27	63
Numerus omnium	195		corporum si mul		

minime gignit: vt hexacedron/atq̄ dodecedron: ab ipso ternario/ miro cōplexu atq̄ ambitu in ternaria natura et multiplicitate cōtinetur. v̄dicatq̄ sibi ternarij alienas potestates et ea que non peperit nūerat. Omnium ei regulariū corporū nūeri: sunt ternarij multiplices ipares scilicet 15. 27. 63. Nam octocedri et hexacedri idem est numerus 27. Idem quoq̄ numerus ycocedri/atq̄ dodecedri/63. Est igitur omne regulare corpus/ omnisue potestas: vt trigoni/ siue ternarij potestas: ternarij naturā et multipliciter seruans. Ex quinque autem numeris/ quinque regularium corporum coalescit nūer9 195. qui et ipse ternarij multiplex est: et numerus totius corporee fecunditatis/ ac solidi prouentus

De sphaera

Sphaera est regularium corporum prestantissimum et primum.



Hactenus de regulari corpore angulari sumus locuti. Nam sphaera et ipsa quidem regularis est/ atq̄ vniiforme corpus. Angulis autem et lateribus caret. Vnica enim ambitur superficie: perinde atq̄ et circulus/ linea cōtinetur vna. Dissimilis est sphaera cunctis corporibus: neque et circulus/ a cunctis polygonis diuersissimus reperitur. Vnica ratione et circulus et sphaera hec a solidis/ ille a planis angularibus figuris distat/ receduntq̄. Sunt ei angulares figure/ vt sensibiliū rerum forme: diuidue/ ac vnde constantes actu et potentia: angulo scilicet et latere/ que in eis sensibilibus diuersa conspiciuntur. Circulus autem et sphaera intelligibilia sunt rerum forme: ac species in apte natura indiuidue/ prime et simplicissime. in quibus aut tota est potentia/ aut totus actus: aut item totus angulus/ aut totū latus. Sicut igitur circulus prestantior/ ac prior est: planis cunctis/ angularibus figuris: ita et sphaera/ angularia cuncta precellit corpora. et est vt eorum continentia: et totius ipsorum vnde tatis simplex/ atq̄ vniiformis glomeratio.

Vnde fit vt per pulchre cuncta regularia/ atq̄ vniiformia corpora: sint senario primo perfecto numero consumata

Senarius perfectus numerus primus: euadit regularium/ atq̄ vniiformium corporum mensura. Sunt enim duntaxat sex regularium corporum species. Angularium quinque: Tetracedron/ Octocedron/ Ycocedron/ Hexacedron et Dodecedron. Spherica vna quam sphaeram nuncupamus. Cetera omnia corpora/ sunt irregularia: dissimilio/ atq̄ inequalibus superficialibus circumdata.

Vniuersa eiusdem puncti solida circumstantia: solidis rectis angulis octo/ euadit equalis.

Solida puncti circumstantia: est id spacium/ quod punctum quodlibet in solido et corpore tota plentudine circumstat. quod octo solidis rectis angulis est equum. quemadmodum et plana cuiuslibet puncti circumstantia/ idue spacium quod punctum in plano circumstat: quattuor rectis planis angulis/ probatur equalis. Nam intellige tres diametros/ perpendiculari sectione sibi autem/ in eiusdem sphaere centro occurrentes/ siue tres circulos: clare videbis quopacto he tres diametri/ aut tres circuli: super idem centrum/ solidos angulos rectos octo deficiant absoluentq̄.

Eadem circumstantia: est equalis viginti angulis tetracedri.

¶ Nā ex viginti yfopleuris: surgit regulare corp⁹ ycocedron/ viginti basium. cui quot habet bases: tot anguli tetraedri/ ad eius cētrū insunt. vnicuiq; enim sue basi siue yfopleuro: qu super totius cētrū respōdet angulus/ est angulus tetraedri. Totius igitur ycocedri cētrū: viginti angulis tetraedri ambitur/ circunvallaturq;.

5 **¶** Eadē rursū circūstātia: vniuersis hexacedri angulis equa esse probatur.

¶ Nā hexacedri vniuersi anguli: sunt octo recti. Cōstat enim hexacedrō, sex quadratis: qui sibiinuicem perpendiculariter adaptantur/ copulanturq;.


6 **¶** Idem iterum ambitus dodecedri angulis quattuor: probatur equalis.

¶ Quippe dodecedron: duodecim penthagonis clauditur. Tres aut pēthagoni: creant angulum dodecedri. Cum igitur tres penthagoni: sint quater in periferia dodecedri/ que totū ipsius ambit cētrū: erit et vniuersus eiusdem centri ambitus/ vt quater tres penthagoni: siue vt quattuor anguli/ totius dodecedri.

7 **¶** Eadem deniq; circūstantia: quinq; angulis octocedri et duobus ycocedri simul sumptis/ euadit equalis.

¶ Hanc propositionē q̄ facillime intelliges: cōpositō irregulari corpore/ ex quadratis quiq; et decē yfopleuris. Nā si seorsū/ ex quinq; et quinq; yfopleuris: cōflaueris geminos angulos ycocedri, dispositisq; quiq; quadratis/ in parallelogrāmo altera parte longiore: deinde iisdē in corporeā formā redactis/ corpore e huiusmodi portioni ex vtraq; parte: abos āgulos ycocedri adieceris: confurget irregulare corpus penthagonicū. contiāns ex quinq; quadratis mediis et decē yfopleuris. cuius qui ad centrum anguli: erunt vt quinq; anguli octocedri et duo ycocedri. Nam quiq; quadrati:

Explicatio superficierū irregularis corporis pētha-



8 **¶** Est et eadē solida puncti circūstantia tanta: quāti plani recti anguli duodecim.

¶ Hec alia nulla ratione indiget q̄ mutua et perpēdiculari sectione triū dyametrorū / super eiusdem sphere centrū. Hec enim triū dyametrorum


mutua/ ac perpendicularis sectio/ super eiusdem sphere cētrū: rectos angulos planos finit/ clauditq; duodenos. **¶** Intellige enim in eadē sphaera/ carundē trium dyametrorū circulos quorum singuli/ sphaerā eandē partientur mediā. ij vero et semetipsos per equalia: recta/ ac ppēdiculari iectiōne diuident. Eruntq; et ipsi/ ab suis dyametris/ equaliter secti. et eorū circūferentie. in quattuor secte quadrantes. eruntq; triū circulorum: duodecim quadrantes. qui singuli: sunt vt vnus rectus planus angulus. Erunt igitur super totius sphere centrū a: tribus circulis facti plani recti anguli duodecim.

9 **¶** Vnde fit vt solida eiusdem sphere circūstantia: sit vt sphere duodecim.

¶ Plana eiusdem puncti circūstantia: est vt quattuor recti anguli. Solida vero eiusdem intercapedo: vt octo solidi recti. Solide igitur intercapedis ratio dūpla est ad plane circūstantiē numerū. Nam octo ad quattuor/ dūplus. Quattuor quadratus est: octo vero cubus.

¶ Rursum planus eiusdem circuli ambitus: sex est circulorū equalium. Licet enim (vt in libro de rosa docuimus) haud plures q̄ sex equales circulos: eidē circulo coaptari/ atq; circūscribi. Solida autem eiusdē sphere circūuallatio: duodecim equaliū spherarū est capax. Est enim solida ratio ad planā/ dūpla: vt 12 ad 6 Senarius aut prim⁹

est perfectorum numerorū. Duodecim vero habundantiū et superiorū primus existit. **¶** Quo autē pacto duodeci equales sphaere eiusdem sphere vniuersū absoluāt ambitum: intellige ex precedente per planos rectos angulos duodeci. qui ad eiusdē sphere cētrū/ fieri possūt. Erit eni vnicuiq; q; rectorū planorū: vni sphere capax. Hoc et facili experimēto/ per materiales spherulas/ ac globos sibiinuicē adaptatos disces. Per tres quoq; circulos/ eiusdem



C. i.

[Marginal notes on the left side of the page, partially obscured and difficult to read.]

sphere sectores et equales: seq; perpendicularibus angulis secantes/ idipsum comprobabis. Mystica insuper duodenarij numeri ratio/ qua nunc consulto relinquimus/ id perq; necessarium esse ostendit.

Manifestum quoq; ex his euadit/ regularem omnem solidum angulum: aut vnus in tribus/ aut trium in vno potestate procreari ac gigni.

Hec propositio/ in mysterio posita est. docetq; quo pacto mens nostra/ ex quinq; regularium angulorum solidorum speciebus: ad dinoscenda summi principij vnitrinitate eleuetur.




Omnis enim solidus angulus: gignitur eleuatione rectilineorum angulorum/ super suas bases: et mutuo eorumde in vnu mucrone coitu. Atqui rectilineorum angulorum trine sunt species: acutorum/ rectorum/ obtusorum. Ex omnibus autem acutis: tantum vnus regularis (que yfopleuricum vocamur) solidum angulum gignit. Et ex cunctis pariter obtusis: tantum regularis vnus/ qui est pentagoni angulus: solido angulo procreando adaptatur. Tantum igitur ex tribus planis angulis: Acuto yfopleurico/ Recto tetragonico/ et Penthagonico obtulo/ solidus angulus consurgit. Sed et tantum tres superficies: cunctorum solidorum et angulorum et angularium corporum sunt bases. yfopleurica/ Quadrata et Penthagonica: que velut potentie et substernicula quedam: tribus rectilineis angulis/ vt propriis actibus: in solidorum procreatione corporum subtenduntur. Ex trinis igitur actibus/ trinifq; potentiis: totus solidorum angulorum quaternarius coarscit atq; coalescit. Trini actus/ sunt/ trini anguli. Yfopleuricus/ Tetragonicus/ Penthagonicus. Trine vero potentie sunt tres superficies: Yfopleurica/ Quadrata/ pentagona. Coeutes enim rectilinei anguli duntaxat super tres huiusmodi superficies: solidos angulos gignunt.

Nam neq; hexagonus/ neq; hexagoni angulus/ neq; posterior vlla figura/ aut posterior angulus: solidis competunt angulis. Hanc itaq; et actu et potentiarum trinitatem: vtrinque ad vnitatem/ in solidorum angulorum prouentu reducere satagimus: dicentes omnem solidum angulum: aut vnus in tribus/ aut triu in vno potestate procreari ac gigni. Nam (vt superius docuimus) primus/ precipuue planus angulus/ qui est yfopleuricus: actus est trinipotens id est vnus/ potes in tribus. Est enim potes et in ppria potentia/ id est in yfopleuro: et potes in aliorum actu/ siue angulorum potentis: scilicet in quadrato et in pentagono. In ppria quippe potentia/ vt in yfopleuro: gignit trigone pyramidis angulum. In quadrato gignit angulum tetraedri. In pentagono: angulum ycoedri. Gignuntur igitur solidi anguli tres: vnus in tribus potentia. que est yfopleurici anguli in tribus basibus insistentia. Rursum si cum ceteris angulis: tetragonico et pentagonico/ yfopleurico relumpseris: hi tres actus/ in quo quoque modo in vna tantum potentia/ ac basi reperiuntur secundi: tresq; proferunt solidorum angulorum species. Nam yfopleuricus (vt diximus) angulus/ in yfopleuro: trigonam pyramidem proferit. In eodem vero yfopleuro tetragonicus/ rectusue angulus: cubi angulum claudit in quo et pentagonicus/ angulum dodecedri complet. Tres enim recti anguli/ super eiusdem

Vnius in tribus potestas.

Anguli
Tetraedri

Trium in
vno potest




Ang. Octoedri.

Ycoedri:

Hexaeptri

vnus in
tribus



Dodecedri

en
tia




yfopleurici latera facti/ cubi angulum expandunt. Tres vero pentagonici anguli eadem yfopleurici latera cingentes: dodecedri angulum conficiunt. Et hec oia/ presens figuram deonstrat. in qua quinque solidorum angulorum species: in modum

superius latet/ ab sinistro cornu in dextrum: vnus in tribus/ indicat potentiam. qua actus yfopleurici anguli: trinas potentias/ ac bases peruagatur. Reliquum vero latus/ a sinistro in dextrum prominens: triu actu/ atq; angulorum: yfopleurici/ recti et pentagonici: in vnus potentie/ ac basis substerniculo copulam/ secundat atq; declarat. Liqueat igitur ex his/ omnem solidum angulum: concinniter ex vnus actu/ cum tribus potentis: aut triu actu/ cum eadem potentia congressione et copula/ procreari. Haud enim distincti: tres actus/ in potentis tribus: aut tantum vnus actus/ in tribus potentis fecundi sunt. sed vnus in tribus et tres in vna vnus actus/ tria potest: tres actus/ vnum sunt. Actus vnus/ tribus potentis congressus: tria gignit. Actus trini/ eidem potentie congregantes: tria identidem proferunt. Ab his tamen prolata: sunt tantum quinque. Nam trigone pyramidis angulus

margin notes on the right side of the page, including 'Angulus yfopleuricus' and 'Angulus pentagonicus'.

in vtroq; ordine/communiter profertur. in eo scilicet et quo vnus actus/ siue angulus: cense-
tur triuipotens. et in eo/ quo vnica potentia/ siue basi: sub trinis actibus/ euadit, triuipara.
Et yfopleuricus angulus: vt precipuus et primus: tam in propria potentia/ q; in exteris ba-
sibus: potēs efficit. ¶ Ceteri vero anguli tetragonice ac pethagonice: ad yfopleurici anguli ba-
sim: potēs/ secundiq; sunt. in propriis vero potētis/ singuli impotētes. Nā rectus angulus/
vbi propriam basim/ id est quadratam figurā infedit: sterilefcit. Nullum etenim solidū an-
gulum gignit: nullum in proprio territorio corp⁹ profert. Circumpositi quippe eidem qua-
drato/ quattuor recti anguli: cum sint quadrare superficie equalē/ in conū siue eiusdē qua-
drati perpendicularū (creationis solidi anguli causa) eleuari nequeunt. ¶ Sit enim quadrat⁹

ab c d: super cui⁹ latera/ fiant recti anguli quattuor: a e b. b f d. d g c. et c h a. cum quattuor trianguli a e b. b f d. d g c. et c h a: sint equalē toti quadrato a b c d: idem trianguli/ eleuati super perpendicularū quadrati: in eiusdē quadrati cen-
tro concurrent. nullumq; cōcipient corporeum spaciū/ nul-
lum solidū angulū procreabunt. sed simul conuincti in su-
perficiem redibunt quadratā. Omnes enim concurrent in
centro quadrati. ¶ Similiter et penthagonicus angulus:
in propriis sinibus/ in propriaue potentia/ vt pethagono:
euadit impotens/ solidū angulū gignens nullū. Nā eticū
scripti eidem penthagono/ quinq; penthagonici anguli:
minores sunt totius penthagoni superficie. Vnde fit vt ab
ipsi⁹ penthagoni lateribus/ ad eius perpendicularū: nulq; ele-
uari/ aut concurrere in vnū/ solidū ue creare angulū
posse dinoscantur. ¶ Sit enim penthagon⁹ a b c d e/
cuius centrū f. sup cuius singula latera/ fiāt quinq;
penthagonici anguli: a g b. b h c. c i d. d k e. et e l a.
Manifestum est hos quinq; angulos simul: minores
esse totius penthagoni a b c d e superficie. nec posse
eleuari/ ad vsq; eius perpendicularū et centrū f. neq;
simul coire posse in constitutionē solidi anguli. Fiāt
enim intra penthagonū a b c d e: super singula eius
latera/ pares quinq; penthagonici anguli: priorib⁹
equalē/ sed oppositi: a m b. b n c. c o d. d p e. et e q
a. Horū quinq; interiorū angulorū conū m. n. o. p. q:
haudquaq; concurrunt/ neq; centrū f attingunt.
Ab exteris igitur angulis/ qui interioribus equi sūt:
nulla fiet aut ad centrū f/ aut ad totius penthago-
ni perpendicularū concursio: qua solidus angulus procreetur. Est itaq; penthagonicus an-
gulus: in sua pte figura/ ac basi manis/ nulliusq; potestatis. ¶ Vnde fit vt miro quodā (vt di-
ximus) modo/ omne regulare corpus quinq; tantum potestatibus confurgat. Potestate sci-
licet vnus actus/ in trinis potētis: et potestate trium actū in potētia vna. P oteitas enim
vnus actus in trinis potētis est ductus yfopleurici anguli in yfopleurum/ in quadratū et
in penthagonum. fecunditas vero trium actuum hoc est angulorum in potentia vna est in
eundem subiectum yfopleurum ductus yfopleurici anguli/ ductus tetragonici et ductus
penthagonici.




¶ Sit enim quadrat⁹ ab c d: super cui⁹ latera/ fiant recti anguli quattuor: a e b. b f d. d g c. et c h a. cum quattuor trianguli a e b. b f d. d g c. et c h a: sint equalē toti quadrato a b c d: idem trianguli/ eleuati super perpendicularū quadrati: in eiusdē quadrati cen-
tro concurrent. nullumq; cōcipient corporeum spaciū/ nul-
lum solidū angulū procreabunt. sed simul conuincti in su-
perficiem redibunt quadratā. Omnes enim concurrent in
centro quadrati. ¶ Similiter et penthagonicus angulus:
in propriis sinibus/ in propriaue potentia/ vt pethagono:
euadit impotens/ solidū angulū gignens nullū. Nā eticū
scripti eidem penthagono/ quinq; penthagonici anguli:
minores sunt totius penthagoni superficie. Vnde fit vt ab
ipsi⁹ penthagoni lateribus/ ad eius perpendicularū: nulq; ele-
uari/ aut concurrere in vnū/ solidū ue creare angulū
posse dinoscantur. ¶ Sit enim penthagon⁹ a b c d e/
cuius centrū f. sup cuius singula latera/ fiāt quinq;
penthagonici anguli: a g b. b h c. c i d. d k e. et e l a.
Manifestum est hos quinq; angulos simul: minores
esse totius penthagoni a b c d e superficie. nec posse
eleuari/ ad vsq; eius perpendicularū et centrū f. neq;
simul coire posse in constitutionē solidi anguli. Fiāt
enim intra penthagonū a b c d e: super singula eius
latera/ pares quinq; penthagonici anguli: priorib⁹
equalē/ sed oppositi: a m b. b n c. c o d. d p e. et e q
a. Horū quinq; interiorū angulorū conū m. n. o. p. q:
haudquaq; concurrunt/ neq; centrū f attingunt.
Ab exteris igitur angulis/ qui interioribus equi sūt:
nulla fiet aut ad centrū f/ aut ad totius penthago-
ni perpendicularū concursio: qua solidus angulus procreetur. Est itaq; penthagonicus an-
gulus: in sua pte figura/ ac basi manis/ nulliusq; potestatis. ¶ Vnde fit vt miro quodā (vt di-
ximus) modo/ omne regulare corpus quinq; tantum potestatibus confurgat. Potestate sci-
licet vnus actus/ in trinis potētis: et potestate trium actū in potētia vna. P oteitas enim
vnus actus in trinis potētis est ductus yfopleurici anguli in yfopleurum/ in quadratū et
in penthagonum. fecunditas vero trium actuum hoc est angulorum in potentia vna est in
eundem subiectum yfopleurum ductus yfopleurici anguli/ ductus tetragonici et ductus
penthagonici.

Angulus yfopleuri	In yfopleurū	Angulū Tetracedri	Profert
Angulus yfopleuri	In quadratum	Augulum octocedri	Profert
Angulus yfopleuri	In penthagonū	Augulum ycocedri	Profert
In yfopleurum	Angul⁹ yfopleuri	Augulum tetracedri	Profert
In yfopleurum	Angul⁹ quadrati	Augulum Hexacedri	Profert
In yfopleurum	Angul⁹ pethagoni	Augulum dodecedri	Profert.

CLIBELLI de Mathematicis corporibus
Finit Anno dñi 1509 Ianuarii
die decima quarta.

C.ij.



Yocodā: vbi anguli...

CAROLVS bouillus integerrimo viro Remundo boucherlo iurisperito.

S




Mensa numerorū et magnitudinū propagatio amātilime Remūde: causa est/ vt et eorum scientie/ ab humana mente pertransiri/ abfolui et exhaustiri nequeant. Mathematicae enim discipline: licet certis quidem initijs/ fundamentisq; prodierint: perpeti tamē quadā mentis indagine/ sine modo excrefcunt. recētibusq; nōmodo supplementis sed et supplementorū supplementis indies pficiunt/ locupletātur/ ditant. Nicolaus Tufanus (vir cum in diuinis: tum in humanis disciplinis/ pre cunctis admirandus) eximij ad protelanda mathematā ingenij: prior de mathematicis supplementis libellū edidit. quo rectarum curuarūq; linearum proportiones et equalitates: tam priscis q̄ nostratibus hominibus incognitas demonstrauit. e quibus et circuli quadraturā (quāq; obfcurissima et perq; paucissimis cognita ratione) patefecit. Hunc igitur nos infecuti: nōnulla Geometrica supplementa/ qualia dietatim sese obtulere in hunc libellum cōcumulauimus grandius fortassis opus: nonnunq̄ pro temporū cōmoditate/ in iisdem supplementis editu i. VALE.

CAROLI BOVILLI SAMAROBRIINI LIBELLVS DE MATHEMATICIS SVPPLEMENTIS AD STVDIOSISSIMVM VIRVM REMVNDVM BOVCHERIVM IVRISPERITVM.




Rectam lineam/ in quotlibet partes equales diuidere. Quo pacto rectā lineā liceat in duo equa parti: demōstrat Euclides. Quo autem modo sit quotlibet equalium partium numero/ diuidēda: haecenus quod norm proposuit demonstrauitq; nemo. hufus tamē scientia: haud parum Geometricis conduxit disciplinis. Nam frequentiuscule/ in geometricis demonstrationibus: expetitur recte lineae quātaliber sectio/ atq; diuisio. Si igitur recta linea a b: in quinq; partes equas diuidēda.

Super puncta a et b/ educo in diuersam partē: duas perpendiculares/ cuiuscūq; quātūtatē (Nā nil differt/ debent tamen esse inter se equales) a c et b d. que super lineā a b: creant rectos angulos coalternos c a b et a b d. Partior deinde ambas lineas a c et b d: in quattuor partes equales a c/ in punctis e f g: b d vero punctis h i k. Et duco lineas quattuor: c h/ e i/ f k/ et g d. quib; pposita linea a b: erit in quinq; partes equalē secta/ atq; diuisa: in punctis l. m. n. o. **C**hui; enī rationē/ facile collige per lineas equidistantes et coalternos angulos. Erunt enim lineae c h/ e i/ f k/ et g d: inuicem equidistantes. quare et coalterni anguli/ qui ab ipsis super lineam a b: in punctis l m n o/ facti sūt: erunt equales: et intercepte inter equidistantē/ lineae c a l/ m/ m n/ n o/ et o b: angulorum coalternorum latera inter se equalia.



CEt eodem modo procedē/ in quātalibet recte lineae partitione factis super eam/ diuersa ex parte rectis angulis coalternis eorūq; lateribus/ vno minore numero equaliter sectis: q̄ sit propositae lineae expetita diuisio. **C**Si enim diuidēda est proposita linea ternario: partire coalternorum angulorū/ perpendicularia super datā lineā latera binario. Si in quattuor eam parti: vlueris: eadē latera in tria sunt partiēda. Si in septē/ data linea est diuidēda: latera eadem diuide ternario. Et ita deinceps.





CSuper datam rectam lineam/ quotlibet triangulos designare: cuius superiores anguli/ ad vtrosq; basis angulos: continue multiplicium proportionē seruent.

CHec propositio vniuersalissima est: et summe in geometricis vtilitatis. petiq; quopacto liceat super datam rectam lineam/ designare quotlibet triangulos yfochellos: quorum superiores anguli/ ad vtrosq; basis angulos: continue multiplicium omnium proportionē seruent/ vt duplam/ triplam/ quadruplam: et ita de ceteris.

Resolutio omnium angulorum uniuscuiusque polygonie: exprimitur liquido per rectas lineas/ productas a quolibet angulo: ad alios eiusdem polygonie angulos quoslibet.

Hec adiecta est / ad manifestanda oculis: angulorum uniuscuiusque polygonie: ad sue basis angulos: continua multiplicitate. In trigono/ ab angulo ad angulum linea producta: lateri coincidit. Est enim trigonus/ irresolubilis et simplex. In quadrato due diametri/ angulos distidentes oppositos: liquido pandunt/ angulos totius quadrati duplos esse ad eos.




qui fiunt ad basim siue ad diametrum. In pentagono autem contingit a quolibet eius angulo/ ad oppositos angulos: duas lineas preedit: quibus uniuersos eius angulos/ tres equos angulos partitur ostenduntque liquido eos triplos esse/ ad suarum basium angulos. In hexagono vero: tres linee a quolibet angulo/ ad oppositos angulos possunt extendi a quibus uniuersi eius anguli: in quatuor equos angulos diuisi: facile conspiciuntur ad sue basis angulos/ esse quadrupli. In heptagono autem a quolibet eius angulo/ ad ceteros angulos/ quattuor linee producte: omnes eius angulos/ in quinque equalia partitur. ostenduntque quilibet eius angulum/ ad basis angulum: esse quincuplum. In octogono vero ab omni ipsius angulo/ quicquid recte ad ceteros angulos extente: singulos eius angulos/ in sex equos angulos diuidunt. panduntque quilibet ipsius angulum/ ad sue basis angulos: esse septicuplum. Et ita in ceteris procedito figuris.

Vnde manifestum est trianguli ysochelis eum angulum/ qui ad sue basis angulos fuerit multiplex: eius esse polygonie/ que in numero polygoniarum est tota: quota fuerit ipsa multiplex proportio.


Trigonus ysochelus: est prima figurarum multangularium. Quadratus secundus/ Pentagonus tertius/ Hexagonus quartus. Et ita ex consequenti. Triangulus igitur ysochelus: cuius superior angulus/ ad sue basis angulos fuerit equus/ simplex/ et vnus: est angulus ysochelus. Cuius vero angulus superior/ ad inferiores fuerit duplex/ angulus est quadratus. Cuius superior angulus/ ad inferiores triplus: angulus est pentagonus. Cuius quadruplus: angulus hexagonus. Et ita deinceps.

Liquet etiam ex his/ super datam rectam lineam omnem multangulam figuram posse quod facillime describi.

Seruata secunde propositionis figura: super lineam a b/ petis describi pentagonum. Facio per doctrinam eiusdem secunde/ super lineam a b/ pentagoni angulum qui sit a n b. ut prius. Et produco lineas a n et b n: versus ad arcum a c h et b e g. quibus occurrant/ in punctis p et q. Et extendo lineas a p et b q. duco deinde lineam p q: super quam (ut prius) facio angulum pentagoni/ ad basis angulos tripulum. qui sit p r q. eritque super datam lineam a b: factus pentagonus equilaterus et equiangularis a p r q b.




Et eodē modo in ceteris polygonis faciendū. Nā factō sup
datā lineā. exsecūde propositionis doctrīna: eius que petitur
describi polygonie angulo q̄ facillimū erit/ reliquā totam ex
trudere polygonā. Nā si super eādē lineā/ hexagonū facere vo
les: sume angulū a o b. qui est angul⁹ hexagoni: ad basis an
gulos quadruplus. Duc deinde a o et b o: vsq; ad arcus a c h
et b e g. quibus occurrāt in pūctis s et t. Et productis lineis a
s et b t: habebis cōfectā mediā Hexagoni portionē/ sup lineā
a b. qua habita residua in prōpū est portio: que totū hexago
num absoluit. Omnis enim polygonia/ super a b futura ac descri
bēda: prima sui latera statuet a punctis a et b: vsq; ad arcus a c h et b e g.



Continui a senario pares numeri: cōtinuis a quinario nu
meris collati: angulorū omniū multangulariū figurarū a
pentagono: ad angulū rectum proportionē seruant.

¶ Angulus rectus: quedā est omniū angulorū mensura. vtpote ad quē
omnis regularis id est alicui⁹ polygonie angul⁹ est proportionalis: scq;
ad eū habet vt nūer⁹ ad nūerū. ¶ Imprimis enim rectus angul⁹ ad yso
pleuri angulū: est sesquialter q̄ est superparticulariū pportionū maxima.
Cōtinet enī rect⁹ angul⁹ ysopleuri angulū eiusq; medietatē. Initiū igitur
diuisionis recti angulū faciendū est a quinario nūero. Nā diuisio recto an
gulo/ in quīq; equos angulos: addita eidē vna quita/ angulū conflat pē
thagoni: qui ad rectū sesquiquitus esse pbat. ¶ Diuisio eodē recto/ in sex
equos angulos: addite due sexte/ angulū gignēt Hexagoni. qui rectū an
gulū sesquitertia proportione transcēdit: vt et octonarius/ senariū. ¶ Et
hoc pacto quoties pares nūeros a senario naturalib⁹ nūeris/ a quario cōruleris: angulorū
omniū multangulariū figurarū/ ad rectū angulū pportionē elicies. vt subiecta ostēdit figura.



	Pentagoni	Hexagoni	Heptagoni	Octogoni	Ennagoni	Decagoni	Endecagoni	Dodecagoni	Tridecag. goni.	Tetradecag. goni.	Pentadecag. goni.	Hexadecag. goni	Heptadecag. goni.
Pares a senario	6	8	10	12	14	16	18	20	22	24	26	28	30
Naturales. a gna.	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
Figura propor tionis angulorū multangulariū fi gurarum ad an gulum rectum.	Sesquiquintus.	Sesquitercius	Supertripartis septimas.	Sesquialter	Superquintipartis nonas.	Supertripartis quintas	Superseptipartis vnde cimas.	Superbipartis ternas.	Super nūcupartiens de cimas tertias.	Superquintipartiens se pimas.	Superundecupartis de cimas quintas	Supertripartiens quartas	Supertridecupartiens de cimas septimas.

¶ Tantum vnus multangularis figure/ angulus est acutus: Tantum vnus/
rectus: infinitarum vero sunt obtusi.



¶ Angulus ysopleuri/ est acutus. Quadrati vero angulus/ rectus est. Ceterarum aut omniū
multangulariū figurarū (que in immensum angulorum et laterum multitudi ne propaga
tur) anguli: sunt recto maiores/ atq; obtusi. Omnes igitur multangulares figure/ quāq; nu
mero indefinite/ atq; incomprehense: angulorū tamen suorum ratione/ sunt tantum trine:
Acutiangule/ Rectangule/ Obtusiangule.

¶ Que sit angulorum multangu lariū figurarū adinuicem proportio: con
tinuis numeris exprimere.

c iij.

Imprimis Angulus reclus: ad yfopleuri angulum/ est vt 3 ad 2. **Q**uia aut m penthago
 nic⁹ angul⁹/ ad rectum angulū est sesquiquintus: et ternari⁹ numer⁹/ quinta caret parte: au-
 geo vtroq; numeros binariū et ternariū quinario, fiuntq; 10 et 15. Est igitur angulus pen-
 thagoni vt 18: qui ad 15/ sesquiquintus esse probatur. **P**roportio autem penthagonici an-
 guli/ ad angulum yfopleuri: est vt 18 ad 10/ superquadriparti- Hexa. Pen. Qua. yfo.
 ens quintas. **H**exagoni autem angulus/ cum sit ad rectū go. tha. dra. pleu.
 angulū sesquitercius/ vt 8 ad sex/ erit hexagoni angul⁹ vt 20/ 20 18 15 10
 que ad 15 constat esse sesquiterciū. Erit igitur angulus hexagoni ad
 angulū penthagoni: vt 20 ad 18/ sesquiquintus: Ad angulū vero yfo-
 pleuri/ vt 20 ad 10 duplus. **Q**uia aut Heptagoni angulus/ ad re-
 ctum angulum: est vt 10 ad 7. Numer⁹ autem 15/ septima parte ca-
 ret: augeo hos quattuor numeros 20/ 18/ 15/ 10 septenario. et pro-
 ducti sūt hi: 140/ 126/ 105 et 70. Ad do numero Hepta. Hexa. Penth. Qua. yfo.
 105 (qui est anguli recti) ter suam septimam/ id 150 140 126 105 70
 est ter quindecim fitq; numerus 150: qui ad nu-
 merū 105/ est vt 10 ad 7: supertripartiens septi-
 mas/ siue vt angulus Heptagoni ad angulū re-
 ctum. Ad angulū vero yfopleuri/ vt 15 ad 7. Ad
 angulum penthagoni: vt 25 ad 21. Ad angulū
 Hexagoni: vt 15 ad 4. **R**ursum quia octo-
 goni angul⁹/ ad rectū angulū sesquialtera pro-
 portione coniungitur: Recti aut anguli numer⁹
 105 ipar/ medietate caret: augeo priores quicq;
 numeros binario. sicutq; pducti alii quinq;: 300
 280/ 252/ 210/ et 140. quorum eadē erit/ que et
 priorū proportio. **A**ddo deinde numero rec-
 ti anguli 210/ suam medietatem 105. fitq; nūe-
 rus 315: qui erit nūerus anguli octogoni ad nūe-
 um recti anguli 210 sesquialter. Ad nūerum ve-
 ro 140/ q est anguli yfopleuri: dupl⁹ sesquiquart⁹ et vt 9 ad 4. Ad pēthagonici anguli nūerū
 252/ sesquiquintus/ et vt 5/ ad 4/ Ad hexagonici anguli numerū 280/ sesquioctauus: siue vt
 9 ad 8. Ad angulū vero heptagoni sesquiquagesim⁹. **E**t eadē lege procede in ceteris angu-
 lis. Nā cū anguli recti numer⁹/ parte aliqua caruerit: multiplicandi sūt
 cuncti numeri per eum numerū quo
 pars huiusmodi denominaē. et ha-
 bebis cōtinue maiores numeros: in
 eadē proportione minorū/ in quib⁹
 erit aliūdua et cōtinua pluriū angu-
 lorum proportio.

Cuiuslibet multangule figu-
 re angulus: ad rectum angulū
 sese habet vt numerus ad nu-
 merum: quorū minor est tot⁹
 quotquot sunt ipsius poligo-
 nie latera/ siue anguli. Maior
 vero post minorem/ est totus:
 quot⁹ ipse minor est a quinario
Hec ex precedentibus/ est man-
 festa. Intelligenda autē est post qua-
 dratū: sumpto initio a penthagono.
 Nam diximus a pēthagono/ cōtinue
 omniū polygoniarū figurarū angu-




los: ad rectum angulum / esse vt vnuerfos pares numeros a fenario: ad naturales numeros a quinario. In ea igitur proportione / duorum angulorum adinuicem / vt numeri ad nume- rum: minor numerus / semper erit tantus: quotquot sunt ipsius multangule figure latera aut anguli. Maior vero erit post minorem totus: quotus ipse minor: est a quinario.

Vt si scire volueris quanta est penthagonici anguli ad rectum angulum proportio: quia pe- thagonus est et quinq; angulorum et laterum: minor numerus eius proportionis / erit qui- narius. maior vero post quinariu erit totus / quot⁹ quinarius a seipso. Erat eisenari⁹: qui post quinarium est primus / quemadmodum et quinarius a seipso primus. Erat igitur penthago- nici anguli ad rectu pportio: vt fenarij ad quinq;. ¶ Similiter petita pporio heptagonici anguli ad rectum: quia heptagonus septem et laterum et angulorum figura est: erit minor eiusce proportionis numerus / septenarius. maior vero denarius qui tertius est post septena- rium / quotus septenarius / est a quinario. ¶ Si endecagonici anguli ad rectum expetitur pro- portio: erit in ea proportione rectus angulus / vt vndecim. Angul⁹ vero endecagoni / vt octo- decim: qui post vndecimum numerum / est totus: quotus vn decimus est a quinario.

12 ¶ Circa datum circulum: continne multiplices circulos describere.

¶ Hec expetit multiplicem circuloru proportionalitatem: quo pacto quiuis circulus omni multiplici proportione inerescat / fiatq; maior. ¶ Sit igitur dat⁹ circulus a b c d / cuius centrum e. Pro- tendo ei⁹ dyametrum a c / quantum- libet in partem c. Et sit alia dyamet⁹ b d / super eandem perpendicularis. eritq; tota circuli circiferetia / in quat tuor secta quadrantes. Duco deinde rectam c b: que erit costa quadrati / da- to circulo inscribendi. cuius logitudi- ne / circa e centrum: duco circulum f g. quem dico ad interiozem datu cir- culum / esse duplum. Hoc enim mani- festum est: si eidem circulo quadrat⁹ inscribatur. qui dupl⁹ erit / ad quadra- rum minori circulo inscriptum. Nam dyametri quadratus: dupl⁹ existit ad costem quadratum. Et sicut quadratus



ad quadratum: ita et circumscriptus vni eorum circulus / ad circulum alteri circumscriptum.

¶ Deinde a puncto g / in quo circuli dati dyameter / secat circulum f g: ad punctum b / duco rectam g b. cuius iterum longitudine super centrum e circulum extendo h i. qui ad datum circulum erit triplus. ¶ Si vero a puncto i / quo dyameter a c: secat circulum h i / rectam duxeris i b: descriptus eius longitudine / circa centrum e circulus k l: erit ad datum circulu quadruplus. Nam duplus ad circulum f g. ¶ Et si eodem modo a puncto l / quo dyameter a c: occurrit circulo k l / rectam duxeris l b: factus eius interuallo / circa centrum e circulus m n: priori dato circulo quincuplus erit. ¶ Similiter et linea n b: semidyameter erit circuli ad eundem / scilicet. Et ita in pluribus perge. Nam semper a puncto b / ad punctum n / quo dy- ameter a c quantumlibet extenta posteriori circulo occurrit / producta recta linea: semidya- meter erit continue multiplicioris circuli.

13 ¶ Vnde manifestu est circulos cõcauos / q circulis reliquuntur siue exteriores huiusmodi circulorum portiones / in ea proportionalitate esse equales.

¶ Quẽadmodu vnitate / vnitas assidue addita: naturales pcreat nũeros / quoru eq̃lia sũt cre- mēta eq̃lesue differētie / scilicet vnitates: ita et in superiore circuli dati incremēto / ac pportioe iugt: assidua fit additio circuli cõcaui / siue exterioris portionis: que primo interiori. ac dato circulo est equa et vna. Sunt enim hi circuli / vt assidue vnitates: quibus sensim naturales: concresecunt / constanturue numeri. Vt spacium exterius b f c g / equum est quadranti inte-

C ~ ~



Vertical text on the left margin, partially obscured and difficult to read, likely containing additional mathematical notes or references.

16 **C**ausa proportionalitatis circularum per circūscriptas/aut inscriptas polygonias: est assidua angulorum omnium multangularium figurarum/ ad sue basis angulos multiplex proportio.

Cnam docuimus omnium multangularium figurarum āgulos/ ad sue basis angulos: esse assidue proportionales. Imprimis equales: vt in yfopleuro. Deinde per cunctos procurere multiplices: a dupla proportione/ vsq; in immensum. Incipit enim quadrati angulus: ad sue basis angulos/ esse duplus. Pentagonicus/ triplus. atq; ita deinceps. Hanc igitur angulorum omnium multangularium figurarum: iugem/ atq; assiduam/ ad sue basis angulos proportionem imitantur/ seruantq; cuncti circuli: qui assidua earundem polygoniarum aut circumscriptione/ aut inscriptione circa/ aut intra datum circulum procreantur. Nam qui circa fiunt: sunt ad eundem datum circulum/ assidui multiplices. Qui vero infra: submultiplices assidui. Angulus enim quadrati/ qui ad sue basis angulos est duplus: extendit/ separatq; ab inuicem circulos/ quorum est eadem proportio: dupla scilicet/ aut subdupla. Angulus pentagoni/ ad sue basis angulos triplus: circulos quoq; distinguit tripla et subtripla proportione sese inuicem habentes. et ita de ceteris angulis dicendum.

17 **O**mnes duo yfopleuri eodem distantes circulo/ aut duo circuli eodem yfopleuro: adinuicē quadrupla proportione copulantur.

Sit yfopleurus a b c: cui inscribo circulum d e f. eidem vero circulo/ inscribo aliu yfopleurū eiusdem nominis d e f. quem dico quartam esse partem exterioris ac maioris yfopleuri a b c. Nam idem yfopleurus a b c/ per interiorē yfopleurū d e f. in quattuor equos yfopleuros est resolutus/ ac sectus. scilicet in yfopleurum a d f. d b e. e c f. et d e f. Addit igitur exterior yfopleurus/ ad interiorē tres yfopleuros. Quare et totus exterior/ ad interiorē: quadruplus euadit. **E**t eadem dico de duobus circulis/ eodem distantibus yfopleuro. id est quorum vnus eodem yfopleuro circumscriptus fuerit: Reliquus vero eidem inscriptus. Erit enim circumscriptus circulus a ad interiorē inscriptum quadruplus. **E**adem enim est ratio duorum yfopleurorum/ distantium eodem circulo: et duorum circulorum/ distantium eodem yfopleuro.



18 **C**ontinue a pentagono/ oēs multangule figure: due et due eodem distantes circulo aut gemini circuli/ eadem distantes multangula figura: adinuicem omni superpartulari proportione/ sese habere dinoscuntur.



Trigonus prima multangula figura/ quos distinguit circulos: hi quadrupla (vt diximus) proportione sese habent. Similiter et ambo yfopleuri/ eodem distincti circulo: vnus eidem circumscriptus/ alter vero inscriptus. **Q**uadratus figura secunda: circulos dupla proportione dilungit. Circulus quoq; vnus eadem proportione: geminos circa et intra seipsum quadratos dilungit. **P**entagonus autem et reliqua deinceps omnis polygonia: continuis superpartularibus geminos circulos dispartuntur. Circulus quoq; proportionibus suisdem: ambas sibi circumscriptas/ inscriptasq; figuras dissepert diuiditq;. **N**am qui circuli pentagono distantes: sesquialtera proportione sese respiciunt. Eadem quoq; proportione/ sunt ambo circa eundem circulum pentagoni. **C**irculi vero hexagono distantes/ aut hexagoni circulo eodē: inuicem sūt epitriti/ ac sesquitertij. Dissiti heptagono circuli/ aut circulo heptagoni: sesquiquarti esse probantur. Octogoni sesquiquinti. Ennagoni sesquiseptimi. Et hoc pacto deinceps.



Sesquialteri Sesquitertij
Sesquiquinti Sesquiseptimi

Vertical text on the left margin, partially obscured and difficult to read, likely containing additional mathematical notes or references.

¶ Omnes quippe circuli eidem circulo: per multangulari
 un figurarum assidua spacia / at p̄terualla circumscripsi
 ad eandē circulū / sunt vt n̄ales n̄eri ad s̄otānā v̄nitatē
 assidue multiplices. Vt vero inter se cōparant̄ p̄ximi ad
 proximos: sunt vt numeri ad seinuicem / proxim⁹ ad p̄-
 ximum: continui superparticulares. Eadem enī est
 et numerorum et magnitudinum scientia. Et hoc per
 facile est oculis intuenti: per resolutionem v̄triusq̄ poli-
 gonie / inscripte et circumscrip̄te eidem circulo: in trian-
 gulos / aut portiones equales. quemadmodum seque-
 tes figure indicant. ¶ Nam pentagonus a b c d e m̄
 ior et vt circumscrip̄tus: minorem f g h i k / (qui vt inscri-
 ptus est) superat: quinq̄ triangulis f a g. g b h. h c i. i d k.
 k e f. Minor vero pentagonus f g h i k: sectus est in de-
 cem portiones / quarum quinq̄ exteriores: sunt quinq̄
 trianguli / prioribus quinq̄ equales et super eadē m̄
 bas. scilicet f l g. g m h. h n i. i o k et k p f. Residue vero
 portiones quinq̄ / que ad totius pentagoni centrum /
 claudunt egredientium angulorum
 p̄thagonū: sūt et quinq̄ prioribus equales / singule
 singulis. totusq̄ pentagonus egrediē-
 tium angulorum / scilicet f l g m h n i o k p f: totus
 pentagoni circumscrip̄ti a b c d e / ter-
 tia pars est. Inscripti vero f g h i k pars est secunda.
 Totus igitur circumscrip̄tus / ad iscriptum: est vt 1h
 ad decem / siue vt 3 ad 2 / sequalter. ¶ In hexagono
 quoq̄ par et apertior resolutio contingit. Nam pres-
 ens hexagon⁹ a b c d e f: resolut⁹ est in octo et qua-
 draginta triangulos equales. quorum vni⁹ / quinq̄
 medietas est vni⁹ yfopleuri. Interior autem hexa-
 gonus g h i k l m̄ priori inscrip̄tus: horum trian-
 gulorum capit sex et triginta. Sunt igitur ambo
 hexagoni / in ea adinuicem proportione: qua et 48
 ad 36. quam constat esse ep̄tritā. Et in heptagonis /
 pari resolutionis ordine procedendo reperies he-
 ptagonum circulo circumscrip̄tum: ad inscriptum
 heptagonum / esse sesquiquartum. Octogonum ve-
 ro sesquiquintum. Ennagonum sesquisextum. Et
 hoc pacto deinceps / per vniuersam superparticula-
 rium proportionum / seriem.




¶ Cuiuslibet multangule figure angulus
 eius species / differentia et act⁹ est / latus
 vero / eius est potentia.

¶ Id eī rei act⁹ est species / ac differentia: per q̄ distat / differt eximīq̄ a ceteris cūctis ḡneris
 ei⁹sdē. Omnes autem multāgule figure: sola anguli proprietate / abinuicem distare compes-
 riuntur. Nam vnicuiq̄ proprius est angulus: latus vero nulli proprium. Possunt siquidem
 adinuicem equilaterē esse omnes: et super idem constitui latus. Equiangule vero esse inter
 se: et ab eodem producti angulo nequeūt. Est igitur angulus vni⁹ / cui⁹q̄ multangule figu-
 re act⁹ / proprietas / differentia / ac species. Latus vero vt communis omnium potentia
 quandoquidem vniuersis / commune esse potest latus: Angulus vero communis esse nō po-
 test. Alius enī yfopleuri est angulus: Alius quadrati / Alius pentagoni: Et alij deinceps
 reliquarum omnium.


¶ Multangule figure simplices / sunt tantum due: triangulus et quadratus. 20
 quarum producta in directum latera / nusq̄ extra figuram concurrunt.

¶ Yfopleuri omnes anguli / sunt acuti. Prorensa igitur in directum / yfopleuri latera: extra
 yfopleurum angulos creant obtusos / nec vsq̄ concurrunt. Ita q̄ circūscribi nequit / aut con-


cludi ab egrediente yfopleuro: vniformis yfopleur⁹/manetq; semper nudus/ simplex et icircūscriptus. Quadrati autem/ omnes anguli recti sunt. Producta itaq; quadrati latera / in rectum: rectos quoq; angulos procreant extra quadratum . nec vilo pacto concurrentes ; quadratum vniforme egrediente quadrato circumscribunt . sed simplicem / nudum et icircūscriptum relinquunt.



21 CA pentagono/ omnes deinceps multāgule figure: parib⁹/ sed egredientium angulorum figuris: exteriore laterum concursu coituue circumscribuntur.





¶ Nam pentagoni angulus et ceterarum omnium multangularium figurarum anguli: sunt obtusi. Producta itaq; earum latera in directum: circa eadem figuras/ angulos claudunt acutos. tandemq; concurrentes: primas atq; vniformes figuras: paribus/ eiusdemq; specie/ sed egredientium angulorum figuris inuestiūt/ circumscribuntq;.



22 Cuiuslibet egredientium angulorum figure coniunctis per rectas lineas extremis angulis: quod adicitur spacium/ primo in pentagono equale est egredienti pentagono. In hexagono subduplum; In heptagono/ sub triplum. In octogono/ subquadrum; atq; ita deinceps.

¶ Sit pentagonus a b c d e: cuius latera in directum producta consēt pentagonum egredientium angulorum f g h i k. Huius vero egredientis pentagoni/ extremi anguli copulentur per rectas f g. g h. h i. i k et K f. Dico quoniam spacium/ quod ab his quinq; rectis/ adiectum est egredienti pentagono f g h i k: equum est eidem. Hoc ei spacium sūt quinq; trianguli f a g. g b h. h c i. i d K. & k e f. qui quinq; trianguli simul sumpti: iunt equales toti interiori pentagono/ egredientium angulorum f g h i k. Hic enim constat ex interiore vniformi pentagono a b c d e: et quinq; triangulis a g b. b h c. c i d. d k e. e f a. Et hanc equalitatem/ manifestus intueberis: productis quinq; lineis/ ab angulis extremis: ad punctum l totius pentagoni centrum. Nam triangulus f a g: equale est triangulari spacio l f g a: similiter et triangulus g b h: triangulari spacio g l b h. Triangulus vero h c i: equus est triangulari spacio h l i c. Triangulus item i d k triangulari spacio i l k d. Triangulus deniq; k e f: spacio triangulari k l f e. Hoc enim liquet productis aliis quib; lineis: a centro l/ ad media totius pentagoni latera. scilicet l a m. l b n. l c o. l d p. et l e q. Erit enim triangulus f a g/ siue duo trianguli f a m et g a m: equi duobus triangulis/ f l a et g l a. Et ita de ceteris triangulis argue. Totus igitur egrediens pentagon⁹ a g b h c i d k e f: equus est exteriori spacio/ quod per quinq; lineas g h. h i. i k. K f. & f g eidē est adiectū. Idē quoq; pentagonus egrediens: toti⁹ pentagoni f g h i k/ medietas est. Constat enim pentagonus f g h i k: ex egrediente pentagono et quinq; triangulis adiectis/ qui




egredienti pentagono sunt equi. ¶ Sit rursus hexagonus a b c d e f. cuius omnia latera producta/ claudant egredientem Hexagonum g h i k l m. eruntq; ab egrediente hexagono

Vertical text on the left margin, partially cut off, containing various mathematical notes and references.


24 Dato circulo/heptagonum inscribere.

Hanc Euclides minime proposuit: cuius si non demonstrationem/ certissimum tamen & cunctis peruium/ afferemus experimentum. Nam sagitta lunule hexagoni/ circulo dato inscripti: dempta ab eiusdem hexagoni latere/ quod circuli semidyametro est equale: heptagoni eidem circulo inscribendi latus relinquit. Superat enim hexagoni latus: latus heptagoni: sua sagitta. Sit igitur circulus a b: cuius semidyameter a b/ sitq; linea c d/ hexagoni eidem circulo inscribendi latus: equale semidyametro a b. quam semidyameter a b/ perpendiculariter secet in puncto e. eritq; sagitta e b/ differentia laterum hexagoni et heptagoni dato circulo inscribendorum: qua dempta a semidyametro a b: residua linea a e/ latus erit heptagoni/ dato circulo a b inscribendi. quo habito habetur & petitus heptagonus: dato circulo inscribendus.



25 Datum quadratum: quacūq; multiplici proportione augere.


Eadem est multiplicis quadratorum incrementi: que et circulorum ratio. Sit enim datus quadratus a b c d: cuius centrum e. Hunc partior in quattuor quadratos/ per lineas a c et b d: super eius cētrū perpendiculariter se secātes. Et ducō lineā b c/ vni9 paruorū quadratorum dyametrū: totius aut quadrati a b c d/ semidyametrū. Manifestū est lineam b c: esse mediā costā quadrati ad datū quadratum dupli. Est enī dyametrū quadratū: ad costē quadratū duplus. Protende igitur lineā e b/ quātūlibet extra datū quadratū. et cape in ea longitudinē lineę b c: q̄ sit e b f. Et a puncto f: ducis vtriq; ppēdiculari b9 p̄ f i cē quadratū q ad datū quadratū erit dupl9. Deī duc lineā c f et cape in lineā e b/ quātūlibet extra: mēsurā lineę c f. q̄ sit e g/ eritq; lineā e g/ e q̄lis lineę c f: medietas costę quadrati/ ad datū quadratū tripli. quē quadratū/ p̄fice vt pri9: circa datū quadratū/ ducis vtrinq; perpendicularibus/ sup punctū g.



Duc rurſū lineā g c/ et ex lineā e b/ designa ei equalē: que sit e h. eritq; e h/ mediā costā quadrati: q̄ datū quadratū/ quadrupla p̄ portione ſupabit. Ducta deinceps lineā h c: et ſūpta in lineā e b/ ei equali/ q̄ sit e i/ erit lineā e i/ medietas costę quadrati: ad datum quadratū ſeſcupli. Et hoc pacto deinceps p̄cedēdū. Semper enim vltim9 quadratus: ſequentem proportionalem/ indicabit.

26 Dato quadrato: circulus eidem equalis est producendus.

Sit datus quadratus a b c d/ cuius centrum e. Producis in eo duabus dyametris: vtrāq; diuido in decē pares equales. Et excludo ab vnaquaq; semidyametro vnā quintam. Longitudine vero quattuor quintarum/ que in vnaquaq; semidyametro ſuperant: produco circulum f g h i. Hic enim erit/ dato quadrato equalis.



27 Dato circulo: quadrat9 equalis est designā dus.

Sit datus circulus f g h i/ cuius cētrū e. Eius vtrāq; dyametrū f h et g i: partior in octo ptes e q̄les et pte do e a ſdem extra circulū/ ſpacio vnius quarte/ in vtrāq; partem: vsq; ad puncta a b c d. Et perficio quadratum a b c d. Hic enim erit ex conuerſione precedentis: dato circulo f g h i equalis. Et hanc proſitionem atq; precedentem: licet indemonſtratas/ nulliſq; rationib9 ſufful tas: certis tamen et indubijs experimentis/ veritati cō-

Marginal notes on the left side of the page, including references to other works and mathematical terms.

cordare expertus supprimere nolui. Preclara cuiusdam rusticuli incerti nominis inuenta: e
 vulgari lingua in latinā cōverti. Probauitq; ea nusq̄ dissidere: a q̄draura Nico lai cufani car
 dinalis. et ab ea etiāq; dratura quā in itroductorio geometrico pmulgauit. Atq; ideo qd Archi
 medes qd et Euclides nullo medio/ nulla ratiōe disgrete atq; adinuētre potuerit: ab illitera
 to/ et plebeo viro repertum: a nobis haud imerito/ licet sine demonstratiōe/ fuit promul
 gandum. Ex hoc enim inuento/ constat omnem circulum/ cuius dyameter est vt octo: equū
 esse omni quadrato/ cuius dyameter est vt decem. Et contra omnem quadratum / cuius dy
 ameter est vt decem: equum omni ciclo esse/ cuius dyameter est vt partes octo.



LIBELLI DE MATHEMATICIS SVPPLE-


mentis Finis Anno Salutis Humane

1509 Ianuarij Die Deci

mao ctava

EDITVM EST VNIVERSVM HOC VOLVMEN AMBIANIS IN EDIBVS RE
 uerendi In CHRISTO Patris Francisci De Halley in Eiusdem Locj Pontificis.
 Et emissum ex officina Henrici stephani. Impensis eiusdem et Ioannis parui in chalcotypa
 arte fociorum Anno CHRISTI Saluatoris omnium 1510. Primo CAL. Februarij.

P A R I S I I S



marc
sept
ras d
Prim
Secu
Ter
Qua
quatu
Quin
mens
Sextu
Septu
latu
Duo
De
V
Com
V